IMPERIALIS
IVDICII CAMERAE
CONSTITVTIO ET ORDINATIO, A DIVO CAROLO QVINTO IMPERATORE, ET D. FERDInando primo, diuis fratribus Auguſtis, & communibus ſacri Imperij Statibus, Anno Domini 1548. Auguſtæ Vindelicorum primùm Germanicè edita, deinde in Latinum per D. Iuſtinũ Goblerum Goarinum, Iuriſconſultum, conuerſa: additis Regalibus appendicibus & alijs, quæ hucuſq; acceſſerunt, alterationibus, emendationibus, & declarationibus: Similiter & Conſtitutione pacis publicæ, Tranſactione Patauienſi, et Aurea Bulla CAROLI QVARTI. Vnà cum Summarijs & Titulorum & Paragraphorum: atq; INDICE copioſo.

Iam recèns in lucem edita.

Cum Gratiâ & Priuilegio Imperiali nouo.

SALOMON.

Iuſtitia ſtabilitur thronus eius.



FRANC. *Apud Hæred. Chri. Egen.* 1564.



Quæ quondã uiguit, nunc ætas pallida canis
Premitur, & miris ſollicitata modis.
Qualibus inualuit primæ calor antè iuuentæ,
Nunc ſic extincto frigidus igne iacet.
Gramina ceu promunt pulchri noua gaudia ueris,
Dumq́; uirent, uarias parturit annus opes.
Pòſt ubi uernus honor defloruit omnis, ab illo
Omnia perturbat tempore, triſtis hyems.
Nuper Vere ſuo, ſic floruit indole, noſtra
Aetas, nunc ſenium cernit adeſſe ſuum.
Non rugas numera, non annos, perſpice curas,
Quas mihi ſollicito res bene geſta tulit.
Non meus ipſe fui, ſed iuſſa aliena ſecutus,
Meq́; meo haud licuit uiuere iure diu.
Quin potius uarium uitæ ſpectare tenorem
Iuſſit, & in certo non tulit Aula loco.
Vt citò decedit tempus Vernale, ſenectus
Sic ilicò accedit noxia triſte malum.
Falleris, ſi exoptas multa ſupereſſe ſenecta,
Quæ tantùm præbet flere, dolere, queri.

Heu mihi iam tales iteranti ſæpè querelas,
Faſtidit ſolitum nauſea facta cibum.
Amplius haud dulces delectant carmine Muſæ,
Nec mihi quæ quondam grata ſodalitia.
Ergò agite ô iuuenes (hortor) mea tempora uitæ
Aſpicite, & ſtudijs inuigilate bonis.
Ne ueniat uobis, baculo dum nixa ſenectus,
Cura, retexendi tempora, ſera nimis.
Ipſe meam anteactam dum uerſo pectore uitam
Anxius, inuenio quàm mea ſcripta nihil.
Quæ me iam forſan quondam uixiſſe probabunt,
Nec uitam ignaua præteriiſſe mora.
Cætera quid fuerint, quando omnia terra dehiſcit,
Omnia prætereunt præter amare Deum.
Diuitiæ nullæ, dominatio, gloria, honores,
Forma, genus, mores, omnia mortis erunt.
Sola immortalis uirtus, probitasq́; ſuperſtat,
Et bona quæ ingenij ſola parantur ope.

* *
*

INVICTISSIMO ROMANORVM REGI ET CAESARI, DIVO MAXIMILIANO SECVNDO, SEMPER AVGVSTO,

Domino ſuo clementiſsimo, Doctor Iuſtinus Goblerus Goarinus, Iuriſconſultus, Salutem dicit plurimam.

QVANQVAM, INVICTISSIME Rex & Cæſar Maximiliane, Domine clementiſsime, ante annos plus minus tredecim ordinationem Iudicij Cameræ, à Diuo Imperatore Carolo Quinto, patruo tuo, & ſereniſsimo Romanorum ac Bohemiæ Rege Domino Ferdinando primo, Diuis fratribus Auguſtis, patre tuo, cæteriſq; ſacri Imperij Electoribus, Principibus, & Statibus communibus, in Comitijs Auguſtanis Anno ſaluatoris Chriſti 1548. Germanicè publicatam, pro mei ingenij modulo, & exiguitate prorſus παχυμερέστερον, ut Iureconſultorum uerbo utar, in Latinum ſermonem conuerti, eo me hercle animo atque propoſito, ut ſi quid Reipublicæ uniuerſæ, tantiq; Imperialis Iudicij honori ac utilitati conferret, noſtra qualiſcunque uerſio hæc aliquando forſan euulgaretur: tamen ab eo uſque tempore ſæpè optaui, atque etiam expectaui, ut eruditus aliquis ac prudens Iuris Iuſtitiæq; cultor, ſeu Aſſeſſor ſeu Doctor eiuſdem tribunalis, ipſam Ordinationem uel Cōſtitutionem Germanicam, Latinam redderet. Factum eſt deinde, cùm in ſequentibus annis et Comitijs in eadem Ordinatione mutarentur quædam, præſertim Anno 1555. Auguſtæ Vindelicorum, præſidente & gubernante iam dicto Diuo Ferdinando, tunc Romanorum Rege, nunc Imperatore noſtro clementiſsimo, patri tuo: rurſus differrem editionem, atque ſic multorum impedimentorum, diuerſarumq; opinionum ſæpenumerò contrariarum cauſa, cùm hic taliter ſuaderet, alius aliter ſentiret, interruptus eſt ac remoratus noſter conatus & labor. Quidam enim, quibus eam ἐπίλυσιν noſtram ſeu παράφρασιν uidendam dedi, ſuaſerunt, cùm id laboris oneriſq; alijs uiris doctiſsimis & clariſsimis Doctoribus, D. Bruno & Viſchio, qui illam eandem Ordinationem uulgariter ſeu Teutonico ſermone ex mandato et precio conſcripſerant, etiam Latinè, pro eodem precio ſeu honorario, uidelicet mille & ducentorum aureorum, redderent: uelut ambobus illis iam antea à communibus Imperij Statibus iniunctum fuiſſet. Quamobrem decreueram apud me, hanc ἑρμηνείαν ſeu uerſionem domi continere, uel etiam prorſus abolere: Interea uerò temporis neſcio quo caſu, quáue occaſione, noſtra illa uerſio innotuerit alijs

adeóque ipſi etiam Bruno & Viſchio: cui equidem Viſchio poſcenti tanquam Iudicij illius Adminiſtratori, quanquam ex prima fœtura & planè αὐτοσχεδίως per meipſum impręmeditatè & craſſo quodam modo necdum quidem deſcriptam (non enim tunc deſcribendi dabatur ocium) ex arce Dillemberga Spiram tranſmiſi: ubi tanto eam tempore apud ſe Viſchius retinu t, donec ipſe in fata conceſsiſſet. Tranſmiſerat uerò ante obitum ſuum Viſchius Codicem Iuoni Scheffer typographo Moguntino, qui cùm & ipſe illo ferè tempore uita defungeretur, ignorabam aliquandiu quò codex deueniſſet, & ubi lateret: dum Doctor Caſpar Cuno Moguntinus, Cameræ Iudicij Aſſeſſor dignisſimus, & uetus noſter amicus, librum mihi reſtitui curaret, qui & hoc ſignificabat literis ſuis amantiſsimis, & dominis Doctoribus Aſſeſſoribus, & Viſchio ipſi, interpretationem noſtram nauatamq; operam, maiorem in modum probari, meq; ſic ad editionem pergebat adhortari. Ac deinde alij multi fuerunt boni & docti uiri amici, qui ad editionem maturandam me impulerunt, inter quos præter cæteros honoris cauſa referendos hic mihi eſſe arbitror, cumprimis clariſsimos uiros Iuriſconſultos, Dominos Doctores Caſparum Nidepontanum Maieſtatis tuæ Regiæ illo tempore conſiliarium, quondam Treueri diſcipulũ & commilitonem noſtrum chariſsimum: item Doctorem Chaſparum Cunonem Moguntinum ſuprà memoratum, Imperatorij Iudicij Cameræ πάρεδρον καὶ πρεσβύτερον τῶν ἄλλων συγκαθέδρων nunc, & ceu ueteranum, optimè de me meritum: item Doctorem Ioannem Fichardum Francofurtenſem, huius ciuitatis reiq; publicæ Aduocatum laudatiſsimum, ueterem mihi & ſingularem amicum, Doctorem Bartholomæum Blarerum Conſtantienſem Iuriſconſultum, fautorem integerrimum, Doctorem Tilemannũ Dichtelbachium Moguntinum Conſiliarium & Aduocatum, adeoq; ipſum quoq; Doctorem Cunradum Viſchium Archiepiſcopi Moguntinenſis & Principis Electoris conſiliarium, & Ordinationis huius ipſius renouatæ commentatorem, & Iudicij Camerę Adminiſtratorem &c. Cùm igitur interpretationem & operam noſtram omnes illi adeò non improbarent, ut etiam ad editionem me ſuis literis ſuaq; uoce inuitarent & hortarentur, non debui doctis hominibus illis amicis immorigerus eſſe, ſed dare locum petitioni eorum, ac uoluntati, cùm ea præſertim ſpectare uideretur ad publicam ſummi maximiq; in Germania, patria noſtra chariſsima, Imperatorij tribunalis laudem, utilitatem, decus, & celebrationem. Quanq; autem de uerſione quidem noſtra & editione hac, in diuerſum multa (ut ſunt diuerſa quoq; hominum ingenia, & uelle ſuum cuiq; eſt, nec uoto uiuitur uno) non argumenta ſolùm, ſed & impedimenta commemorare, adferreq; poſſem, ut qui πάρεργον ac uelut ἀπωδεσί et omnino αὐτοσχεδίως

ſponte

ſponte mea hunc interpretandi publicandiq; laborem ſub initio uulgatę Ordinationis, neſcio quàm feliciter, certè bono iuſtitiæ promouendæ zelo, ac pio (ut iam dixi) in Rempublicam Germanicam animo ſtudioq; aggreſſus fuerim, nullo (licet) inuitatus præmio, ſeu honorario aliquo, priuato uel publico: tamen cùm eò uſque perrexerim, ut tantis uiris tamq; laudatis (laudari enim à laudatis, inquit ille, ea demùm uera laus eſt) ἑρμηνεία & commentatio noſtra non diſpliceret, quin & ad editionem me adhortarentur, nolui tandem repugnare illis odioſiùs, ſed committere uela uentis uolui, haud quidquam aliud præter utilitatem publicam (ſi qua modò in eo labore eſt utilitas publica, & tanti tribunalis celebratio aliqua) ſpectans.

Addidi equidem & ea, quæ poſtea in Comitijs alteris Auguſtanis, præſertim Anno Domini 1555. nonnihil immutata ſunt, & acceſſerunt, unà cum alijs quibuſdam Receſſuum & Viſitationum (ut uocant) declarationibus, ad eiuſdem tribunalis Cameræ Ordinationem & Conſtitutionem pertinentibus. Et illa, quæ, ut dixi, poſt uulgatam Ordinationem ipſam deſiderari, ac aliquo modo illam interpretari uidebantur, deſiderabanturq;, uelut πλήρωμα uel ſupplementum quoddam compendioſum iuxtà ac utile Lectori adiecimus. Neq; ſic pleromate hoc omiſſo, conſtitutio hæc Auguſtalis amputata fortè ac minus perfecta cenſeretur: quin uolumen iſtud meliori cum intellectu pariter & uberiore fructu in manus quiſque ſumere & euoluere poſſet. Nonnulla quoq;, quæ potiſsimùm uidebantur ad rem facere, ex nobiliſsimorũ & clariſsimorum huius æui Iuriſconſultorũ DD. Ioannis Oldendorpij ſcriptis, & Ioachimi Mynſingeri Deciſionum obſeruationibus, quo efficeretur opus ipſum aliquantulum auctius & illuſtrius, adieci. Nec dubito, cùm ob alias cauſas, tum potiſsimùm his, qui Germanicam dictionem non ita exactè norunt, & Latinam mediocriter callent, huic ipſi Romani Imperij dicaſterio primario, ſummo et maximo, iuriſdictionis ergò ſubiecti ſunt, eoq; utuntur, noſtram uerſionem & operam impenſam aliquatenus profuturam eſſe. Aequiores etiam alios exteros ipſi Cõſtitutioni fore arbitror, ſi et autoritatẽ tanti tribunalis & integritatẽ, peregrini homines cõſpexerint & alijs (ut de noſtris interea ſileã, quib. & hæc cõuerſio editioq;, uelut ego exiſtimo, nonnihil profuerit) hac deſcriptione quaſi in tabella quadam depicta exhibeatur cõſpicienda. Quid enim toto terrarũ orbe uenerabilius, dignius atq; præſtantius hoc ipſo Iuſtitiæ theatro ſeu foro Germaniæ, in quo tot eruditi, pij, ſancti, ac celebres uiri quotidie conueniunt, de maximis & grauiſsimis quibuſq; rebus, cauſis, & negocijs, ad prouehendam iuſtitiam, ad conſeruandam Reipublicæ & Imperij pacem & tranquillitatem deliberantes & ſtatuentes? Quos Synedros, quos Ephoros, quos Dryadas, quæ denique Roſtra, aut

quæ, ut nunc uocant, parlamenta, dabis mihi, huic tribunali uel potiora uel paria? quidue magis neceſſarium hodie, aut præſtantius inueniri poteſt: neceſſarium dico, præſertim in hoc turbulento, exulcerato, maligno, ac peruerſo tempore? Vbi profectò fori non tantùm Romani ueteris, ſed Germani, imò & Romani Iudicialis celebritas & maieſ[illegible] [illegible]agna ex parte intuetur atq; ducet. Et quidem illius Romani fo[illegible] [illegible]itas ac maieſtas iamdudum concidit, atque ita concidit, ut iam uix eius ueſtigium extet: huius autem noſtri Germani gloria, adhuc Deò propitio manet. Sed non eius tantæ rei præconium agere nunc inſtitui, quod ab alijs multò fiet felicius atque opportunius: ſaltem de noſtræ conuerſionis & editionis conſilio paucula ad Cæſaream Maieſtatem tuam, Maximiliane Rex & Cæſar clementiſsime, iam præfari uiſum erat, ne quis eam interpretandi prouinciam temerè prorſus à me ſuſceptam fortè putaret, etiamſi mihi facultatem ingenij tantam non eſſe, ſatis ſciebam, ut Latino ſermone decenter & aptè, proq; ſua dignitate uniuerſa donarem. Verti enim, fateor, ut potui ſimpliciter, non omnino totam factam (quod dicitur) ad unguem, ſed ſi qua ſaltem Latinis auribus perciperetur, contentus eo: idq; melius fortè etiamſi præſtare potuiſſem, tamen licere mihi nequaquam exiſtimaui, procul à uerbis communibus & uſitatis diſcedere, multò minus à ſenſu ipſo uel ſententia longius expatiari. Magis enim, ut opinor, probanda eſt, ſeu religio ſeu ſuperſtitio interpretis, ſi fieri nequeat, quin in alteram partem peccetur, quàm licentia, quæ raró caret erroribus. Itaque ſimpliciter, ut dixi, & quàm proximè potui uerbum de uerbo, uel contra Flacci præceptum, Latinè pro mea mediocritate reddere conatus ſum. Cumq; magna quondam Romanæ linguæ mutatio facta ſit, præſertim ab ea tempeſtate, qua bellum inter Romanos & Carthaginenſes cœperat, quod Punicum dicebatur, & poſtea, ea linguæ Latinæ mutatio ferè in hodiernum diem ita graſſata ſit ac perdurauerit, ut etiam qui antiquitatis peritiſsimi, ut ſcribit Polybius, eſſent, pleraque non niſi difficulter intelligerent, adeóque horum temporum mores alij ſint, quàm priſcorum ſeculorum in foro & in Iudicijs: diſceſſum quoq; eſſe multum à uetere illa dicendi libertate & elegantia, meritò fateamur. Atque etiam linguæ ſuus cuiuſque, ut nationis, peculiaris eſt Genius, diuerſi mores, diuerſa ſtudia uel inſtituta inimitabilia nonnunquam alijs, ac ſæpè etiam contraria. Iam & altera uerſionis & editionis noſtræ cauſa eſt, quòd interpretationem publicorum ſeu criminalium Iudiciorum Conſtitutionis, & Legis, Reſpiciendum, tractationem, quam abhinc uigeſimo anno, Imperatoriæ & Regiæ Maieſtatibus, Diuo Carolo Quinto, & Ferdinando primo, Auguſtiſsimis fratribus, parenti & patruo tuo nuncupaueram, in Imperio Germaniæ

maniæ ac alibi receptam toleratamq; huc uſque fuiſſe, nec à doctis uiris penitus improbatam uiderem. In hac autem ſanctione atque Ordinatione tribunalis Cameræ conuertenda eò reſpexi potiſsimùm, ut non modò ſtatim, ac uelut primo intuitu à mediocriter Latinè doctis intelligeretur interpretatio noſtra, ſed etiam ut textui uulgari per omnia, quantum potuerim, appoſitè reſponderet: quanquam amplitudinem illam & grauitatem Germanicæ dictionis, phraſesq; oratorias, hac mea tenuitate atque infantia me nulla ex parte conſecuturum ſciebam. Sed quid multa? De Imperiali Cameræ Iudicio hodie in genere quidem non ineptè mihi dici poſſe uidentur ea, quæ Cicero uir tantus & eloquentiſsimus quondam in Verrinis actionibus ſcripſit. CICERO.
,, Vos (inquit) Iudices, putare debetis eſſe quiddam inter nos
,, commune atque coniunctum. Multa ſunt impoſita huic ordini mu-
,, nera, multi labores, multa pericula, non ſolùm Legum ac Iudicio-
,, rum, ſed etiam rumorum ac temporum. Sic eſt hic ordo quaſi pro-
,, poſitus atque editus in altum, ut ab omnibus uentis inuidiæ circum-
,, ſtari poſſe uideatur. In hac tam miſera & indigna conditione uitæ,
,, ne hoc quidem retinebimus Iudices, ut Magiſtratibus noſtris in ob-
,, tinendo Iure noſtro ne contemptiſsimi ac deſpectiſsimi eſſe uidea-
,, mur. Autoritas enim loci (inquit idem alibi) poſcit, ut nihil huc
,, niſi perfectum ingenium, elaboratum induſtria adferri oporteat &c.
,, Hæc hactenus Cicero. Tuæ uerò Maieſtati, inuictiſsime Rex & Cæſar Maximiliane, hanc operam meam qualemcunq;, uelut priorum ad maiores & parentes tuos, appendicem quandam conſecro, offeroq́;, præſertim cùm non ignorem, illam hoc maligno & corrupto tempore, quo ſub omni lapide, ut dicitur, Scorpius dormit, tanta tua autoritate, defenſione, & ceu tutelari numine cumprimis indigere: me igitur ſimul & has pagellas meas qualeſcunque Latinas, in communem Reipubl. Germaniæ, chariſsimæ patriæ, utilitatem ſcriptas, Auguſtiſsimæ Cæſareæ Maieſtati tuæ humilimè offero atque dedico. Magna enim ſpes me habet fouetq́;, ut non ſolùm quantum potentiæ, uerùm etiam prudentiæ atq; clementiæ præconio & laude antecellis, ſi modò ſummos Monarchas, non dico, propinquos tuos, Sigiſmundum Cęſarem, Matthiam Coruinum Pannoniæ Regem, ac deinde Maximilianum primum Auguſtum, ſed & Diuos Carolum Quintum, & Ferdinandum primum, Auguſtos Imperatores Cæſares, patruum & parentem tuum, in patrocinio pietatis, literarum ſtudijs, iuſtitiæ & pacis publicæ conſeruandæ præſtando, omnes uiceris, in tui tuorumq́ omnium ac Germaniæ patriæ decus, & gloriam ſempiternam. Vale, uiueq́ perpetuò felix atque incolumis. Et uotum ſtudiumq; tuum, ut Deus Optimus Maximus ritè colatur, & Chriſti regnum, ſublatis impedimentis, flo-

reat, paxq; publica ſalutaris conſeruetur, elargiatur ille idem Deus Optimus Maximus pater cœleſtis, Amen. Datum Francofurti ad Mœnum, ubi in Romanorum Regem & Cæſarem nuper inauguratus es, futurus Imperator. Quod tibi fauſtum, felix, & fortunatum exiſtat, Amen. Anno Domini Saluatoris noſtri 1564.

AD



AD CANDIDVM LECTOREM DOCTOR IVSTINVS GOBLERVS GOARINVS, INTERPRES.

NEc facunda ſatis, nec plenè reddita forſan
Omnibus eſt numeris pagina tota ſuis.
Hinc tamen in medios impartio candidus uſus,
Doctior interpres dum meliora dabit.
Carolus Auguſtam Cæſar quas ſanxit ad urbem,
Iuſtitiæ leges, iſte libellus habet.
Et quæ poſt illum Ferdnando fratre ſecuta eſt,
Iuriſiurandi formula certa magis.
Grande decus, leges procerum crebriore Senatu,
Deſerto patriæ reſtituiſſe foro.
Non bello uiciſſe ſatis, non ſanctio pacis
Firma diu ſteterit, iura ubi ſpreta iacent.
Ni ſua Iuſtitiæ decora, & ſua præmia noſtro
Tempore iudicibus conſtabilita forent.
Nam quid opes amplæ, quid magni fama triumphi
Profuerunt, fuerit non ubi Iuris honos?
Qui tantis alios ſuperat uirtutibus omnes,
Maior Iuſtitiæ laude uehendus erit.
Cuius iam nutu, cuius quoque numine dextro,
Publica firmato iure theatra nitent.
Quòd ſi Iura ſilent, uirtus ſimul interit omnis,
Et remanet nullo tempore pacis honos.
Optandum eſt igitur pulſo, exercere togatæ
Marte procul, liceat munera militiæ.
Quam tunc ritè uiam breuiter decurrere poſsis,
Ordine cùm tibi ſit cognitus iſte liber.
Vincit enim ueterum (numeroſa uolumina) praxeis
Multorum, præſtans utilitate ſua.
Ergò age quiſquis eris, ſiue iſta legenda putabis,
Seu minus, & forſan ſplendidiora petis:
Hic quoque, ne dubita, lex eſt tibi iuſta ſequenda,
Parua etiam magnum plurima pondus habent.
Cuique datum eſt, lingua legere ut iam poſsit utraque,
Siue uolet Latia, Teutonicáue uolet.
Prima uiris precio cura eſt mandata diſertis,
Sponte rudi ſumpta eſt altera cura mihi.
Quæ deſiderio ſi non reſponderit omni,
Indicet, ex animo me uoluiſſe tamen.

APO.

APOSTROPHE AD CAESAREM MAXIMILIANVM.

Qualiacunque mei ſint hæc monumenta laboris,
A.cipias placidè, Maxmiliane, precor.
ὦ νέα τέρπειν, δίδωμεν νέα, ἀλλὰ παρέργως.
Δώσει δ' ἐκ' αὖθ' ὅσα μείζονα τῶνδε χρόνος.
Hæc noua do, forſan poſt hæc maiora dabuntur,
Si uacat, & dextro numine tempus erit.
Hæc noua do (mea ſcripta prius) ſermone Latino,
Qui labor hoc noſtro nomine noſter erit.
Hæc capita Auguſtas præbent modò cernere leges,
Aſtreæ & monſtrant fila ſequenda Deæ.
Iuſtitiam ſemper qui dilexere, probantur,
Nec meritum hoc maius munere mundus habet.
Quare age iuſtitiam, pietatem, & religionem
Dilige, ſic tibi Dij proſpera cuncta dabunt.

παντ' αὐτοσχεδίως.

CON.



CONTENTA IN HOC OPERE

ORDINATIONIS IVDICII CAMERAE.

I. Præfatio dedicatoria ad Maximilianum Cæſarem, unà cum carmine, & effigie autoris interpretis à frontiſpicio.

II. Summaria ad ſingula capita ſeu articulos ordinationis ſuper tribus partibus eiuſdem.

III. Ordinatio ipſa Iudicij Cameræ de anno Domini 1548. Latinè cum apoſtillis in margine, & breuiter annotatis DD. Oldendorp. & Mynſingeri obſeruationibus, & alijs quæ indicis loco eſſe poſſunt.

IIII. Conſtitutio Imperatoria & communium Statuum Imperij de pace publica tenenda, publicata Anno Domini 1548. de nouo in Latinam linguam ex uernacula Germanica translata cum annotatiunculis quibuſdam interpretis.

V. Perioche interpretis in eandem de pace conſtitutionem.

VI. Punctum de Cameræ Iudicio ex Receſſu proximi Imperialis Comitij Auguſtani Anno 1551. è uulgari in Latinum conuerſus &c.

VII. Tranſactio Patauienſis per Romanorum Regem Ferdinandum ac quoſdam Germaniæ ſtatus facta Anno 1552.

VIII. Articulus ex Decreto ſeu Receſſu Romanorum Regis & communium ſtatuum in Comitijs Auguſtanis, Anno domini 1555.

IX. Alteratio & mutatio in quibuſdam punctis & articulis eiuſdem ordinationis in dictis Comitijs Auguſtanis 1555.

X. Decretum ſeu Receſſus habitæ actæq; Viſitationis Iudicij Cameræ Spiræ 18. Maij, Anno 1556.

XI. Decretum ſeu Receſſus, per Regiam Maieſtatem, Electores & Status Imperij, Anno 1557.

XII. Punctum ex Receſſu Auguſtanorum Comitiorum Anno 1559.

XIII. Ordinatio diui Maximiliani primi, Rom. Imp. ſemper Auguſti, de officio Notariatus, Anno 1512.

XIIII. De militum uagantium graſſatura compeſcenda Oratio.

XV. Pinax ſeu tabula de officio boni Principis.

XVI. Aurea Bulla Imperatoris Caroli Quarti.

XVII. Epilogus interpretis.





NON ſumus heu pariter, nec ab omni parte beati,
Donec in hac miſera mortali uiuimus umbra.
Conſumunt pauci uitam per gaudia, multi
Triſtitia exedunt uarijs ſua pectora curis.
Natus homo fragili ueniens mulieris ab ortu,
Ipſe ſibi uictum multo ſudore parare
Cogitur: ærumnas, tantosq; ſubire labores,
Dicitur ut uerè quondam ceciniſſe Poëta,
Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit: ſubeunt curæ, triſtisq; ſenectus,
Et tandem diræ rapit inclementia mortis,
Poſt uarios caſus, poſt totq; pericula Mundi,
Dum diſcant totum morti ſubmittere uitam.
Aſt à perpetua nos Chriſtus morte redemit,
Gloria cui ſit, honor, uirtus, laus, omne per æuum.

AMEN.

PRIMAE PARTIS HVIVS ORDINATIONIS SVMMARIA, AD SINGVLA CAPITA, SEV ARTICVLOS. ET PRIMO

1 *Iudex tribunalis Imperij genere Comes ſit aut Baro, uir honeſtus, prudens, aptus atq; idoneus, peritus & expertus rerum forenſium: Item ſecularis potius quàm eccleſiaſtici ſtatus.*
2 *Aſſeſſores ſint numero uiginti quatuor.*
3 *Aequalitas & tempus in præſentandis Aſſeſſoribus ſeruanda.*
4 *Imperator hoc tempore & pro hac uice ſex, Electores totidem: Sex uerò Circuli ſinguli binos Aſſeſſores præſentabunt.*
5 *Poſt hæc in futurum quomodo ab Electoribus, & ſex illis Circulis Aſſeſſorum præſentatio fieri debeat, commendant.*

IN SECVNDVM CAPVT.

1 *Nominatio ſex Circulorum, quibus ius & poteſtas eſt præſentandorum Aſſeſſorum.*

IN TERTIVM CAPVT SVMMARIA.

1 *Iudicium Cameræ eſt ſupremum tribunal in Germania.*
2 *A Iudicio Cameræ non appellatur.*
3 *Iudex Cameræ egregia ſit ac decens perſona, ex natione Teutonica oriunda, conſuetudinum ac morum paternorum guara.*
4 *Iudicem colant ac uenerentur cæteræ Iudicij perſonæ.*
5 *Honeſtæ uitæ ac morum ſint Aſſeſſores, ac legitimis orti parentibus.*
6 *Vterq; Comes aut Baro ſit idoneus, & ad Iudicis munus gerendum aptus.*
7 *Aſſeſſores Iuris ſcientia ſint inſtructi pariter & decorati &c.*
8 *Nobiles Aſſeſſores ſi titulo Iuris non ſunt ornati, tamen Ius calleant.*
9 *Iudex & Aſſeſſores religioni Catholicæ Chriſtianæ eccleſiæ conformes ſe gerant.*

SVMMARIA IN QVARTVM CAPVT.

1 *Quis ſit in decedentis Iudicis locum ſurrogandus.*
2 *Aſſeſſorum miſsio & ſurrogatio quomodo fieri debeat.*
3 *Aſſeſſore aliquo moriente, Statui aut Circulo mox indicetur, ut intra ſex menſes alius in defuncti locum ordinetur.*
4 *Qualitas perſonarum præſentandarum & idoneitas attendatur, non fauor.*
5 *Delectus præſentatarum perſonarum per Iudicem habendus.*
6 *Qualis eſſe debeat præſentatus Aſſeſſor.*
7 *Quid agendum ſi tempus præſentationis elabatur, nec idoneus reperiatur.*
8 *Vnus tamen præſentatus idoneus ſi fuerit, recipiatur in Aſſeſſorem.*

SVMMARIVM QVINTI CAPITIS.

1 *Receptus ſi muneri fungendo impar fuerit, amoueatur.*
2 *Admonitio quomodo fieri debeat à Iudice contra delinquentem uel inidoneum.*

IN SEXTVM CAPVT.

1 *Soli huic Iudicio incumbant Aſſeſſores, ab omnibus alijs occupationibus uacantes.*
2 *Abſtineant quoq; ab Aduocationibus, & cauſarum Commiſsionibus ſuſcipiendis.*

SVMMARIVM IN SEPTIMVM CAPVT.

1 *Deciduntur ſex hebdomadæ Aſſeſſoribus, quibus abſentibus non eſſe liceat.*
2 *In uacantijs præſentes prærogatiuam præ cæteris habeant.*
3 *Mulcta plus tempore præſcripto abſentis.*
4 *Commendaticiæ literæ abſentem non excuſent.*
5 *Venia abſentiæ coram Protonotario danda & concedenda eſt.*
6 *Protonotarij munus in danda abſentiæ uenia.*
7 *Salarij abſentis inter præſentes diſtributio.*
8 *Pluribus eodem tempore abſentiæ uenia non eſt concedenda.*
9 *Abſentis acta, ſi feſtinationem poſtulent, Aſſeſſoribus præſentibus tradantur.*
10 *Ad Iudicem tanquam caput cauſæ omnes dirigantur.*
11 *In uno Iudice maximum cauſarum negociorumq; momentum eſt.*
12 *Iudici quomodo & quanto tempore abeſſe liceat.*

IN OCTAVVM CAPVT SVMMARIVM.

1 Veſtitus Aſſeſſorum, ſit honeſtus, decensq; uita pariter & more.

IN NONVM CAPVT.

1 Iudex caput eſt iudicij.
2 Iudex Proceſſus & negocia forenſia ubiq; dirigat, & mulctet negligentes.
3 Iudex ab Aſſeſſoribus alijsq; iuſtitiæ miniſtris reuerenter habeatur & colatur.

SVMMARIVM IN CAPVT DECIMVM.

1 Iudicem decet prouidere, ut deliberationes, relationes, & ſuffragia ordine fiant.
2 Superuacaneæ diſputationes ac non neceſſariæ allegationes uitentur.
3 Cauſarum acta ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur.
4 Singulis Sabbati diebus acta per Lectorem ſunt inter Aſſeſſores diſtribuenda.
5 Lector ex catalogo & ordine acta iudicialia diſtribuat.
6 Grauior & prægnans cauſa prius ac potius expediatur.
7 Nemo Aſſeſſorum præ alio multitudine cauſarum ſeu actorum prægrauetur.
8 Veterum ac priuilegiatarum cauſarum ratio habenda, uti præcedant.
9 Acta ad pronunciandum diffinitiuè ijs dentur, qui de illis prius interlocuti ſunt.
10 Grauiorum cauſarum acta primum referenti, deinde correferenti tradantur.
11 Relatio & referentis & correferentis ſimul & coniunctim fieri debet.
12 Nulli recentium Aſſeſſorum una relatio abſq; correferente permittatur.
13 Præter neceßitatem acta ad referendum denuò dari non debent.
14 Quando acta denuò ſunt reuidenda.
15 Acta ad referendum Aſſeſſoribus tradita abſente Iudice in Archiuum non à lectore ſeponantur.
16 Duo catalogi ſeu indices conficiantur diſtribuendorũ actorũ: alterũ Iudex, alterũ lector habeat.
17 Iudex omni tempore conſultationum ad manus habeat ſuum catalogum.
18 Antiquæ cauſæ primum expediantur.
19 Recentes aut nouæ cauſæ quando ueterioribus ad referendum præponantur.
20 Iudex litigatoribus non indicet per quem aut quando cauſa referenda ſit.
21 Duæ claſſes Aſſeſſorum conſtituantur, aut tres diffinitiuè conſultantur.
22 Diligenter uideat caueatq; Iudex, ut æqualibus in deliberantium claßibus ſeruetur.
23 Ordo Aſſeſſorum deliberantium ſemel conſtitutus non facilè aut breui debet immutari.
24 Vbi ſingulæ claſſes deliberantium Aſſeſſorum, & quo tempore conueniant.
25 Iuſtus Relationum ordo ſeruandus, & non ſeruantem puniat Iudex.
26 Ceſſator in officio & ignauus Aſſeſſor à Iudice mulctetur.
27 Aſſeſſoris diffinitiuè referentis tranſpoſitio ad interloquentium claſſem.
28 Iudex Cameræ in referendo & uocando Aſſeſſores non impediat.
29 Deambulationes & colloquia relationis tempore prohibeantur.
30 Supplicationum tractationi priuatum tempus deputetur à Iudice.
31 Notarius aliquis ſupplicationes, nec quiſquam Aſſeſſorum conſcribat.
32 Aſſeſſores & Protonotarius ad horam conſilij & conſultationis maturè adſint.
33 Conſultationis locum ſeu conclaue Aſſeſſores antè non egrediantur, quàm ſententia recitata & ſubſcripta fuerit.
34 Præter neceßitatem tenuis cauſa non pleno Aſſeſſorum conſilio diſceptetur.
35 Acta abſentis Aſſeſſoris in Archiuum ponantur, aut alij præbeantur.
36 Iudex ad ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcenda ſit attentior.
37 In ſuffragijs dandis breuitati non nimium ſtudendum eſt.
38 Iudex conuicia Aſſeſſorum & criminationes prohibeat, concordiam inter eos conſeruet, & delinquentes puniat.
39 Legationes & nuncij ſtatuum quomodo audiendi.
40 Iudex elenchum tractandorum negociorum penes ſe habeat, tribunal ipſum atq; perſonas eius concernentium, & quo tempore illa proponat.

SVMMARIA VNDECIMI CAPITIS.

1 Ordo in proponendis tractandiſq; cauſis initio conſtituendus & obſeruandus.
2 Actus iudiciales dilationum Iudex ipſe uerbo decernat.
3 Procuratores ſua protocolla reuideant, nec ullum non neceſſarium actum faciant.
4 Moræ ac retardationis expenſas Procuratores de ſuo luant.
5 Audientia publica placidè abſq; turbatione aut clamore celebretur.

6 Protonotarij non ſunt dictatis Procuratorum obruendi, quin habeat hic locum uetus illud, Sat citò, ſi ſat benè.
7 Prolixis Prolegomenis ſeu propoſitionibus in Iudicio abſtinendum eſſe.
8 Dicacitate & ſarcaſmis Procuratores abſtineant.
9 Non ſe inuicem laceſſant dentatis iocis ſeu morſibus, delinquentes uerò Iudex puniat.
10 Procuratores in tempore adſint Iudicio, & abſq; uenia non exeant.
11 Procurator quiſq; loco & ordine ſuo audiatur, nec ſecus.
12 Tardè dictandum, nec feſtinandum, ut Protonotarij dictata excipere poßint.

SVMMARIVM DVODECIMI CAPITIS.

1 Abſente ipſo Iudice aut ægrotante, cui munus pronunciandi delegetur.
2 Surrogatus uerò Iudicis iuſiurandum præſtet.

SVMMA. DECIMITERTII CAPITIS.

1 Ex Iure ſcripto iuxtà ac conſuetudinario Imperij ſententiæ concipiantur ac promulgentur.
2 Aſſeſſores affectibus ſepoſitis ius & æquitatem reſpiciant atq; impartiant.
3 Partialitate ſuſpecti Aſſeſſores amoueantur, & non ferantur.
4 Singularitati & partialitati non inſiſtendum eſt.
5 Aſſeſſores tantùm uacent cauſis ac deliberandis ſententijs, ab alijs negocijs omnibus abſtinentes.
6 Commißiones nullæ ex Imperiali curia Aſſeſſores amplius grauent.
7 Mutuò ſeſe audiant Aſſeſſores in ſuffragijs ac relationibus.
8 Ordo in relationibus ſeruetur.
9 Aſſeſſores hora ſolita in conſultationis loco compareant.
10 Duobus acta referenda, præſertim in grauioribus cauſis, committantur.
11 Octeni diffinitiuas, quatuor aut ſeni interlocutorias: Supplicationes quatuor, item & taxas expediant.
12 In grauibus & dubijs plures adhibeantur Aſſeſſores.
13 Diſcordia in ſuffragijs quomodo concordanda.
14 Cauſa ſemel deliberata non rurſus diſceptetur.
15 Referentes ſententijs ſubſcribant.
16 Submißiones ſuper interlocutorijs.
17 Vnà cum interlocutorijs diffinitiuas quoque concipiendas ac per Protonotarium conſcribendas eſſe.
18 Aſſeſſorum affinitas & propinquitas partium Iudici indicanda eſt.
19 Procuratorum eſt, propinquitatem Aſſeſſorum, & litigatorum Iudici indicare.
20 Suſpitionum omnigenarum cauſæ & occaſiones iudicialibus perſonis ſunt uitandæ.
21 Quorum conuictus & familiaritates Aſſeſſoribus ſint uitandæ.
22 Aſſeſſores non niſi proprias, & propinquorum cauſas aduocare debent.
23 Deliberationes & conſilia ſunt celanda.
24 Acta Iudicialia domi ſecretò habenda & cuſtodienda.
25 Sententiæ ante publicationem ſunt celandæ.
26 Litigantes pariter & Procuratores ignorent, quinam referentes ſint.
27 Protonotarij & alij conſilia omnia clàm & ſecretò habeant.
28 Properandum in minoribus actibus Iudicialibus.
29 Diffinitiuis mora indulgeatur concedaturq;.
30 Quælibet cauſa intra ſemeſtre terminetur.
31 Acta ſunt Iudicis cognitione in Archiuum reponenda.

SVMMARIA CAPITIS DECIMIQVARTI.

1 Ingens cauſarum numerus & copia hoc tempore.
2 Sententijs publicandis omnes Aſſeſſores interſint, publicatis uerò diſtribuantur in ordines, ut ſequitur.
3 Octeni Aſſeſſores publicæ audientiæ interſint, cæteri ad contumacias, Supplicationes & taxationes expenſarum deputentur.
4 Supplicationes ſunt in conſilio expediendæ, item taxæ expenſarum.
5 Aequalitas ſeruanda in diſtribuendo onere, ne quis plus aliò grauetur.

SVMMARIA DECIMIQVINTI CAPITIS

1 Fiſcalis qualis eſſe debeat, uidelicet honeſtus, eruditus, ſcientia Iuris decoratus, & fiſcalium cauſarum peritus.

2 Fiſcalis ſit iuratus.
3 Aduocatus fiſcali adiungendus, eruditus, idoneus & iuratus.
4 Procurator partium ſuarum ſecreta reticeat.
5 Fiſcalis ſecreta partium quandoq; reuelet.
6 Fiſcalis & Aduocatus tantùm cauſis fiſcalibus incumbant.
7 Fiſcali impedito Aduocatus eius cauſas aget.

SVMMARIA DECIMISEXTI CAPITIS.

1 Bini Aſſeſſores fiſcali adiungantur ac deputentur.
2 Deputatorum officium quod ſit in cauſis fiſcalibus.
3 Fiſcalis binos illos deputatos in omnibus audiat ſimul & Aduocatum ſuum.
4 Fiſcalis temerè motam litem de ſuo ære pendat reſarciatq;: ſecus autem ſi malè informatus fuerit.
5 Fiſcalis cum partibus ſine deputatis non tranſigat.
6 In grauioribus cauſis mandatum Imperatoris aut Regis requiritur ad tranſigendum.
7 Fiſcalis unicè munus ſuum obeat, nec alijs ullis ſe implicet uel oneret cauſis.
8 Fiſcalis ſit diligentiſſimus, præſertim turbulento tempore, & ſi qua fortè ſeditio in Imperio exoriatur.
9 Mulctas ſeu pœnas debito tempore exigat.
10 Fiſcales Proceſſus ex fiſcalibus emolumentis ſeu mulctis ſoluantur.
11 Ratio accepti et expenſi in fiſcalibus reddatur quotannis in uiſitatione cũ præſentatione Regiſtri.

SVMMARIVM DECIMISEPTIMI CAPITIS.

1 Fiſcalis ante alios audiendus eſt.
2 Fiſcalis conſtitutioni huic ſit ſubiectus & obſequens.
3 Contributionum cauſæ cæteris celerius expediantur.
4 Binæ audientiæ in ſeptimana pro contributionum cauſis die Sabbati habeant.

SVMMARIA DECIMIOCTAVI CAPITIS.

1 Procuratores & Aduocati quot & quales eſſe debeant.
2 Procuratores ignaui & negligentes amoueantur.

SVMMARIA DECIMINONI CAPITIS.

1 Singulis partibus ſeu litigatoribus ſinguli Procuratores & Aduocati dentur.
2 Nullus Procurator ſit idem Aduocatus, & econtrà.
3 Liberum ſit partibus contendentibus ubi uelint Aduocatos ſumere.
4 Procuratores non perſuadeant litigatoribus, ne Aduocatos ſumant.
5 Procurator plures cauſas quàm peragere poſſit, ne acceptet.
6 Iudicis eſt, indagare multitudinem cauſarum in Procuratoribus.
7 Multitudine cauſarum nemo Procuratorum ſe prægrauet.
8 Procuratores tantùm ſua officia muniaq; obeant, cæteris abſtineant.
9 Procuratores nouitij exteras cauſas acceptare poſſunt.
10 Procuratores non interſint Comitijs, ut ibi cauſas agant.
11 Pauperum cauſis Procuratores & Aduocati dentur.
12 Pauperum cauſæ æquè diligenter ac diuitum tractentur.
13 Aequalitas in diſtribuendis pauperum cauſis ſeruanda.

SVMMARIA VICESIMI CAPITIS.

1 Procuratores alijs non tradant cauſas abſq; ſcitu Iudicis & conſenſu partium.
2 Procuratores poteſtatem habeant ſubſtituendi coram Protonotarijs.
3 Subſtitutiones ubi & quomodo fiant.
4 Nullus Procuratorum ſub ſpe ratificationis admittatur.

SVMMARIA VICESIMIPRIMI CAPITIS.

1 Procuratores ſufficientia habeant Mandata agendi.
2 Procuratores de rato cauentes in præparatorijs admittantur.
3 Procurator negligens in ratificatione impetranda ſoluat damna & expenſas.
4 Procuratores ratificationem non exhibentes in omnes expenſas condemnantur.
5 Copiæ mandatorum etiam in alijs cauſis exhiberi poſſunt collationatæ.

SVMMARIA VICESIMISECVNDI CAPITIS.

1 Qualitates ſententiarum in appellationibus attendendæ & indicandæ ſunt.
2 Summa cauſæ quanta ſit, in Supplicationibus exprimatur.
3 Supplicandum ad conſilium Iudicis.

4 In ſupplicationibus priora decreta comminiſcantur.
5 Nomina eorum, contra quos ſupplicatur, exprimenda.
6 Circumſtantiæ in ſupplicationibus pro ſententijs ſunt exprimendæ.
7 Supplicans pro proceſſu, mandatum exhibeat.
8 Procurator ſupplicationi abſente parte ſubſcribat.
9 Iudicialiter petendum eſt, ſi quid petendum eſt.
10 Aſſeſſor ſuſpectus Iudici priuatim & clàm indicetur.

SVMMARIA VICESIMITERTII CAPITIS.

1 Procuratorum mores ante tribunal modeſti graues q; ſint & honeſti.
2 A ludicris iocis & colloquijs uanis coram tribunali abſtinendum.
3 Procurator quiſq; ad ſuam cauſam ſit attentus.
4 Quomodo Procuratores ſua ſcripta exhibeant.
5 A prolixis prolegomenis ſeu propoſitionibus abſtineant Procuratores, ſed tamen neceſſaria in ſcriptis proponantur.
6 Dictata calamo excipienda tardè fiant, ut excipi à ſcribis & protocollari queant.
7 Procurator ordine quiſq; ſuo agat, nec alium anteuertat.
8 Procurator alter alteri non obſtrepet, nec ſermonem interrumpat.
9 Cauſæ ordinariæ & extraordinariæ non ſunt commiſcendæ.
10 Actus ſuperflui & non neceſſarij ſunt omittendi.
11 Procurator quiſq; ſuum protocollum reſpiciat.
12 De Procuratorum officio in genere.

SVMMARIVM VICESIMIQVARTI CAPITIS.

Antigraphi ſeu copiæ atteſtationum ex Cancellaria ſumendæ.
2 Antigraphi ſeu copiæ omnium Proceſſuum ex Cancellaria precio redimendæ.
3 Pecuniam Cancellariæ debitam procuratores non retineant.
4 Cancellariæ metas & cancellos nemo tranſiliat aut prætergrediatur iniuratus.
5 Archiuum quoque nemo ingrediatur niſi iuratus.

SVMMARIA VICESIMIQVINTI CAPITIS.

1 Alieni uel extranei Actores iurent de calumnia & malitia.
2 Iuramentis præſtitis admittantur litigatores & actores.

SVMMARIA VICESIMISEXTI CAPITIS.

1 De Adminiſtratore Cancellariæ, & qualis eſſe debeat.
2 Archiepiſcopus Moguntinenſis Cancellarius ordinet Adminiſtratorem cum ſex alijs perſonis.
3 Sex illæ perſonæ ſunt Cancellariæ neceſſariæ.
4 Octo aliæ perſonæ per Adminiſtratorem ſuſcipiantur.
5 Magiſter tabulariorum & receptor deligantur.
6 Idoneus alter in alterius decedentis locum euehatur.
7 Perſonæ Cancellariæ omnes ſint iuratæ.

SVMMARIA VICESIMISEPTIMI CAPITIS.

1 Adminiſtratoris munus atq; officium deſcribitur.
2 Ordo eſt omnibus in officijs optimus, & ubiq; ſeruandus.
3 Perſonarum Cancellariæ officia in genere cum diligentia præſtanda.
4 Adminiſtratoris eſt acta in minoribus cauſis ſtatim compleri curare.
5 Quantam oporteat eſſe Adminiſtratoris induſtriam atq; diligentiam.
6 Proceſſus non remorentur, ſed maturentur.
7 Adminiſtrator in arduis cauſis ipſe manum admoueat.
8 Adminiſtrator ipſe literas & Proceſſus reuideat ac ſubſcribat.
9 Sigillum Imperiale penes Adminiſtratorem ſit.
10 Adminiſtratoris diligentia in erratis Cancellariæ emendandis requiritur.
11 Inſpectatores ſeu Viſitatores defectus quoq; reformabunt, & errores corrigent.

SVMMARIA VICESIMIOCTAVI CAPITIS.

1 Protonotarij ipſi ſua munia obeant, neceſſitate ualetudinis non impediti.
2 Venia abſentiæ protonotarijs quando concedenda.
3 Protonotarius in conſilio ſeu deliberationibus ſuffragia & ſententias annotet.
4 Protonotarius deliberationibus non occupatus Cancellariæ rebus incumbat.
5 Tres libros habeant protonotarij ſeu protocolla.

6 *Primus liber ſit ſententiarum, decretorum & receſſuum.*
7 *Sententiarum autores ſiue architecti, ubi diſcordauerint, conſignentur.*
8 *Hæc ſecretò & clam habenda.*
9 *Secundus liber ſit ſententiarum publicandarum.*
10 *Sententiæ ante meridiem conceptæ poſt meridiem pronuncientur.*
11 *Tertius liber ſit ſententiarum omnium, ſingulorum annorum.*
12 *Aſſeſſorum abſentia certò conſignetur.*
13 *Quæſtori indicentur abſentes.*
14 *Proloquia actusq; ſinguli à Protonotarijs conſignentur.*
15 *Protonotarius adiuncto Notario actus iudiciales conſcribant, et mox poſt audientiam conferant.*
16 *Errata Iudici opportunè manifeſtanda ac patefacienda.*
17 *Minores ſubmiſſiones ſunt per Notarios indicandæ.*
18 *Notarius in protonotarij locum tempore neceſſitatis ſurrogetur.*
19 *Protonotariorum præcipuum officium deſcribitur.*
20 *Indices habeant ſeu Regiſtra referendorum actorum.*
21 *Procuratoribus defectus & errores ſupplicationum non manifeſtandi.*

SVMMARIA VICESIMINONI CAPITIS.

1 *Notarij ipſi ſua officia exerceant, non per alios adminiſtrent.*
2 *Adminiſtratori obſequantur Notarij.*
3 *Ex Notarijs bene ſe gerentibus fiant Protonotarij.*
4 *Notarij acta maturè compleant.*
5 *Cauſæ ſiue lites prærogatiuam habentes ante alias promoueantur.*

SVMMARIA TRICESIMI CAPITIS.

1 *Lectores Notarijs in perficiendis & complendis actis ſint adiumento atq; auxilio.*
2 *Punctus concluſæ cauſæ præcipuus notetur.*
3 *Producta, exhibita, & receſſus notentur ſignenturq;.*
4 *Lectorum uiciſſitudo ſeruanda.*
5 *Quid obſeruent præcipuè & notent Lectores in audientia.*
6 *Bina Archiua ſeu grammatophylatia habenda.*
7 *Primum Archiuum, quid qualiaq; acta contineat.*
8 *Alterum Archiuum quæ contineat.*
9 *Archiua Lectoribus ſint concredita.*
10 *Mutua lectorum opera & uiciſſitudo ſeruanda fideliter.*
11 *Nemo præter Lectores Archiua ingrediatur.*
12 *Partibus litigantibus poteſtas ſit contradicendi literis & ſigillis in Iudicio exhibitis.*
13 *Originalia partibus litigantibus iudicialiter exhibita reſtituantur, retentis antigraphis ſeu copijs authenticis in Archiuo.*
14 *Antigraphus ſeu copia exhibitarum literarum ſemper apud Cancellariam maneat.*
15 *Ciſta ſeu arca pro depoſitione pecuniarum cum quatuor clauibus paretur.*

SVMMARIA TRICESIMIPRIMI CAPITIS.

1 *Quod ſit officium Scribarum huius tribunalis.*
2 *Scribæ mandatis Adminiſtratoris pareant & obſequantur.*

SVMMARIA TRICESIMISECVNDI CAPITIS.

1 *Famuli ſeu miniſtri Cancellariæ officium quid ſit.*

SVMMARIVM TRICESIMITERTII CAPITIS.

1 *Taxa Cancellariæ de proceſſibus ſpecificatur.*
2 *Aequitas Adminiſtratoris litigantes partes in taxis non grauet.*
3 *De literis ſententiarum redimendis & taxis expenſarum.*
4 *Partes litigantes quando non obſtringuntur redimere literas ſententiæ.*
5 *Expenſorum ſcedæ partibus, expeditis cauſis, tradendæ.*
6 *Cancellariæ habenda ratio in æqua mercede pro laboribus præſtanda.*
7 *Cum Adminiſtratore tranſigant partes uictrices de taxis expenſarum.*
8 *Compenſatis expenſis partes inuicem concordentur.*
9 *Taxarum controuerſiam ſedabit Iudex Cameræ.*
10 *Sollicitatæ ſententiarum literæ & petitæ redimentur.*

SVMMA. TRICESIMIQVARTI CAPITIS.

1 Officium præconis ſeu pedelli deſcribitur.
2 Præco uel ingrediens uel egrediens conclaue nihil obturbet, ſed quietè omnia faciat.
3 Præco ex ordine & catalogo nunciet Aſſeſſoribus audientias.
4 Officium præconis in publica audientia iudicij.
5 Proclamationes quomodo à præcone ſeu pedello fiant.

SVMMA. TRIGESIMIQVINTI CAPITIS.

1 Vetus grammatophororum ſeu tabulariorum querela.
2 Magiſter tabulariorum Proceſſus iudiciales & literas nuncijs porrigat.
3 Aequalitas & ordo in diſtribuendis Proceſsibus ſeruetur.
4 Catalogus Proceſſuum exequendorum & relationum tabulariorum.
5 Diſtributio fiat ſingulis anni quartalibus.
6 Tabularij maturent iter.
7 Notariorum executiones permittuntur ac conceduntur.
8 Concordiæ tabulariorum quæ dicantur, eæq; in pixidem cōferendæ ſunt, ac poſtea diſtribuendæ.
9 Magiſter tabulariorum ſingulis audientijs ipſe interſit.
10 Grammatophorus ſeu nuncius Cameræ non ſit pedes ſeu pedeſter, ſed eques.
11 Grammatophorus pedeſter iuramentum præſtet.
12 Inſigne Imperialis Iudicij (quod Pixidem appellant) non uſurpent pedeſtres grammatophori.
13 Pœna pedeſtris nuncij imperiali ſigno abutentis.
14 Quando pedeſtri tabulario imperatorium inſigne ſeu pixis indulgenda ſit ſeu concedenda.
15 Delicta & exceſſus inter grammatophoros & alios taxantur hoc loco.
16 Adminiſtrator ſit deputatus magiſtri nunciorum, & eorundem conciliator ſeu pacificator uel diſceptator.

SVM. TRICESIMISEXTI CAPITIS.

1 Qualis nuncius Cameræ ſeu grammatophorus eſſe debeat.
2 Miſsio ineptorum & ſupinorum grammatophororum.
3 Duodecim ſint tabularij ſeu nuncij Cameræ Iudicij.

SVMMARIA TRICESIMISEPTIMI CAPITIS.

1 Equos habeant nuncij Cameræ Iudicij.
2 Suas quiſq; executiones ipſe ſcribat.
3 Tabularij excurſuri præſtò ſint.
4 Alacritas tabulariorum in excurrendo, & promptitudo.
5 Expediti ſint celeritate grammatophori.
6 Tabularij à Magiſtro ſuo expediantur.
7 Catalogus tabulariorum, in quo ipſi ſe ſubſcribant.
8 Comparitio ac relatio tabularij poſt curſum coram Magiſtro ſuo facienda.
9 Pecunia reſidua Pixidi inſeratur.
10 Pecunia partium litiganti m Procuratoribus à tabularijs reddenda.
11 Modeſtia tabulariorum ubiq; ſeruanda, præſertim apud exteros.
12 Tabularij ſtatuta ſeu ordinaria ſua mercede atq; ſalario ſint contenti.
13 Aſtu doliſue emungendæ à litigantibus partibus pecuniæ utantur tabularij.
14 Executiones & inſinuationes quomodo ſint faciendæ per tabularios.
15 Archetypi pariter & antigraphi Proceſſuum à grammatophoris ſubſcribantur.

SVMMARIA TRICESIMIOCTAVI CAPITIS.

1 Inſinuatio Electoribus & Principibus facienda, quid in ea obſeruetur.
2 Tabularius ſe modeſtum & decentem gerat in inſinuationibus & mandatis exequendis.
3 Antigraphus cum Archetypo concordans Principi tradendus eſt.
4 Præfectis & officiatis Principum (hi ubi abſunt) inſinuentur Proceſſus.
5 Quando minoribus ſeu leuioribus Principum familiaribus aut miniſtris Proceſſus iudiciales præſentandi ſeu inſinuandi ſint.
6 In loco domicilij, ſeu ubi frequentius agit Princeps, accedendum eſt.
7 Etiam alieno in loco exiſtenti Principi ipſi inſinuentur Proceſſus, & non conſiliarijs, ſeu familiaribus aut miniſtris.
8 Nomen eius in quem executio eſt facta, exprimatur.
9 Inſinuatio ſeu executio ad archetypum pariter & antigraphum ſcribenda,

10 *Executio contra Prælatos ſeu perſonas Eccleſiaſticas quomodo facienda.*
11 *Abſente Abbate, Prælato ſeu Eccleſiaſtica perſona cui inſinuandi ſint Proceſſus & mandata.*
12 *Extra locum domicilij ſeu cœnobij exiſtenti Prælato ipſi mandata inſinuari poſſunt, & ciuis ſui militaribus nequaquam.*
13 *Executionem tabularius ad Proceſſus ſignet.*
14 *Executio contra Comites & Barones quomodo facienda.*
15 *Executio contra Magiſtros ciuium & ſenatum quomodo fieri debeat.*
16 *In oppido ac ciuitate inſinuatio eſt facienda, non extrà.*
17 *Nomina & cognomina eorum quibus executio facta eſt conſignentur.*
18 *Conſiſtorio ſeu Dicaſterio alicui Inſinuatio quomodo facienda.*
19 *Denegantibus ſeu recuſantibus acceptare Proceſſus & mandata quid agat tabularius.*
20 *Relatio tabularij quid contineat præcipuè.*
21 *Inſinuatio contra communitatem aliquam qui fieri debeat.*
22 *Inſinuatio & executio in priuatam perſonam quomodo facienda.*
23 *In faciem ante oculos inſinuandum eſſe priuato homini.*
24 *Ad habitationem & domicilium partis executio fieri poteſt.*
25 *Proceſſus & mandata ad priuati hominis domicilium ſunt relinquenda.*
26 *Domicilio præcluſo ad ianuam Proceſſus & mandata ponat tabularius.*
27 *Diligentia tabularij ſumma in executione & inſinuatione requiritur.*
28 *Loca in edictis contenta & nuncupata obſeruet tabularius.*
29 *Tabularius antequam excurrat, plenam exequendi informationem ſeu inſtructionem capiat.*
30 *Tabularij ipſi mox executionem conſcribant, & non alij.*
31 *Tabularius executionem primùm omnium magiſtro ſuo recenſeat referatq́;.*
32 *Pœna ſupini ac negligentis tabularij.*
33 *Tabularius malè exequens denuò ſuis ſumptibus exequi compellatur.*

SVMMARIA TRICESIMINONI CAPITIS.

1 *Notarij publici etiam inſinuare Proceſſus & exequi poſſunt.*
2 *Ignoti & inidonei Notarij taxantur & reijciuntur.*
3 *Notarij doceant monſtrentq́; ſuam legalitatem.*
4 *Notariorum nomina, ſignaq́; referantur in album ſeu catalogum.*
5 *Examen Notariorum & approbatio.*
6 *Edictum ſpeciale de Notarijs in Imperio.*
7 *Notarij à ſollicitationibus & procurationibus abſtineant prorſus.*
8 *Notarij in executionibus ſeſe tabularijs ſimiles gerant.*
9 *Quid Notarij obſeruent in inſinuandis Proceſſibus & mandatis.*
10 *Inſtrumenta inſinuationis & executionis facienda & partibus tradenda.*
11 *Circumſtantiarum nomenclatura inſtrumentis eſt inſerenda.*

SVMMARIA QVADRAGESIMI CAPITIS.

1 *Ad complacendum Imperatori, ſtatus ſuis impenſis Iudicium Cameræ ſuſtinent.*
2 *Ratio firmior inuenienda conſeruandi Iudicij Cameræ.*
3 *Quæſtor qui ſit, & quod eius munus: Idemq́; rationem accepti & expenſi reddat.*
4 *Vbi deponenda ſit pecunia conſeruandi Iudicij Cameræ à Statibus Imperij collata.*
5 *Ratio accepti & expenſi quotannis Viſitatoribus reddenda eſt à Quæſtore.*
6 *Contributiones & quotæ ſeu taxæ à Statibus Imperij exigendæ ſunt.*
7 *Inobedientes & non ſoluentes fiſcali indicentur.*
8 *Magiſtri ciuium certiores faciant Prætorem & Aſſeſſores de contributa pecunia.*
9 *Arca pecuniæ cuſtodiendæ paranda habendaq́;.*
10 *Quæſtor traditam & acceptam pecuniam Prætori ſeu Iudici indicet.*
11 *Quæſtor ſit ſtatibus Imperij iuratus.*

SVMMA. QVADRAGESIMIPRIMI CAPITIS.

1 *Pauperes ſuæ paupertatis teſtimonia præbeant, & iurent.*
2 *Formula iuramenti paupertatis infrà habetur.*
3 *Pauperi iurato acta & Proceſſus dentur.*
4 *Reſeruationis clauſula, ſi pauper ad pinguiorem venerit fortunam.*
5 *Acta pauperis inſpicienda & cognoſcenda eſſe per aliquot Aſſeſſores.*
6 *Pauperi cognita cauſa & uiſis actis ſi iniquam fouet cauſam, Proceſſus non dentur.*

SVMMARIA.

7 Pauperum litigantium temeritas & petulantia compeſcenda eſt & retundenda carceribus.

SVMMARIA QVADRAGESIMISECVNDI CAPITIS.

1 Iudicium Cameræ, Electorum, Principum, & Statuum ære & contributione hodie conſeruatur ad complacendum Imperatori.
2 Ratio quærenda, unde porrò Iudicium hoc alatur & conſeruetur.
3 Extraordinariæ impenſæ fiſcus præſtet ſoluatq́;.

SVMMARIVM QVADRAGESIMITERTII CAPITIS.

1 Stipendia & ſalaria Prætoris, Comitum & Aſſeſſorum ſpecificè recenſentur.

SVMMA. QVADRAGESIMIQVARTI CAPITIS.

1 Salaria cæteris præſtanda in ſequentibus capitibus exprimuntur.
2 Archiepiſcopus Moguntinus Adminiſtratori ac Scribis Cancellariæ ſalaria præbeant.
3 Adminiſtratori ut deputato ſupra aliud ſalarium centum flor. dentur.
4 Magiſtro tabulariorum 30. flor. præter aliud ſtipendium præſtentur.

SVMMA. QVADRAGESIMIQVINTI CAPITIS.

1 Fiſcali 500. flor. tantundem ut Aſſeſſori præbeantur.
2 Aduocato fiſci triceenti flor. numerentur.

SVM. QVADRAGESIMISEXTI CAPITIS.

1 Aduocatorum & Procuratorum ſalaria ordinantur.
2 A partibus litigantibus præter ſalarium nihil accipiant Procuratores.
3 Diligentia potius Aduocatorum quàm prolixitas productorum ſpectanda.
4 Vterque referens producta & ſcripta æſtimet.
5 Verbalibus prolegomenis ſeu proloquijs nihil deberi.
6 Accepta ad cauſam pecunia taxetur.

SVMMARIA QVADRAGESIMISEPTIMI CAPITIS.

1 Præconi quadraginta flor. dentur, & de proclamatione 1. floren. In fiſcalibus nihil.
2 Tabulariorum 12, iuratorum ſalaria, nimirum ſingulis dentur 12 floren.
3 De octenis miliaribus unus florenus ſoluatur.
4 Si plures perſonæ in una citatione complectantur quid tabulario præbeatur.
5 De pluribus Citationibus una perfectione inſinuandis tabularius quid quantumq́; ſumat.
6 Diſtributio concordiarum inter tabularios ſingulis anni quartalibus facienda.
7 Generale tabulariorum officium quale ſit deſcribitur.
8 Tabularij à litigantibus (niſi moram facere cogantur) nihil præter iuſtum precium ſumant. Hic quoq; locum habet uetus illud: Nec omnia, nec paßim, nec ab omnibus.
9 Tabularij præter conſtitutum ſalarium litigantes non onerent.

SVMMARIA QVADRAGESIMIOCTAVI CAPITIS.

1 Quæſtori ducenti floreni quotannis numerentur.

SVMMARIVM QVADRAGESIMINONI CAPITIS.

1 Spiræ deinceps ſit habeaturq́; Iudicium Cameræ.
2 De immunitate perſonarum Iudicij Cameræ.
3 Nec hoſpites alant, nec mercaturam exerceant perſonæ Iudicio Cameræ obligatæ.
4 Partes quoq; litigantes in Iudicio Cameræ fidem publicam habeant.
5 Nunciorum & Notariorum ſecuritas & fides publica decernitur.
6 Publica tuitio, ſecuritas & defenſio omnibus Iudicij perſonis pollicetur his mediantibus.

SVMMARIA QVINQVAGESIMI CAPITIS.

1 Viſitatio Iudicij Cameræ quotannis prima Maij fiat.
2 Per quos Principes ac Status uiſitatio habenda ſit.
3 Archiepiſcopus Moguntinus Archicancellarius uocat & requirit ſtatus ad uiſitationem habendam.
4 Syndicatus aut Reuiſio aliqua ſi contingat quid agendum.
5 Non comparens Princeps ad Viſitationem, alium Principem ſurroget.
6 Aegritudo corporis & infirmitas tantum excuſat.
7 Poteſtas plena datur uiſitatoribus his mediantibus.
8 Reformatio lapſuum, errorum & defectuum Iudicij Cameræ.
9 Perſonarum qualificatio attendenda eſt.
10 Abrogatio priorum ordinationum Iudicij Cameræ.
11 Prima Martij grauamina tranſmittenda Commiſſarijs.
12 Vis & uiolentia ſi ab aliqua perſonarum Iudicij committatur.

13 *Magiſtratus ciuitatis habet apprehenſionem facinoroſorum.*
14 *Læſo fiat ſatisfactio.*
15 *Indagatio & inquiſitio criminis & delicti, ubi & quo loco fieri debeat.*

SVMMARIA QVINQVAGESIMIPRIMI CAPITIS.

1 *Reuiſio actorum & Syndicatus, ac quæ male iudicantium pœna.*
2 *Inhabilitas & negligentia Aſſeſſorum quomodo uindicanda.*

SVMMARIA QVINQVAGESIMISECVNDI CAPITIS.

1 *Quomodo puniantur Aduocati & Procuratores delinquentes.*
2 *Fiſcalis, Aduocatorum & Procuratorum officia in genere commemorantur ac repetuntur.*
3 *Mulcta delinquentium & inobedientium Aduocatorum & Procuratorum.*
4 *Mulcta unius floreni.*
5 *Qualitas delicti attendenda eſt.*
6 *Prætor præterea ſuas habet pœnas infligere.*
7 *Carcer ſeu cuſtodia delinquentis Procuratoris.*
8 *Clientes, ſeu litigatores mulctas non rependant.*

SVMMARIVM QVINQVAGESIMITERTII CAPITIS.

1 *Partibus pauperibus mulctæ ſubueniant.*

SVMMARIA QVINQVAGESIMIQVARTI CAPITIS.

1 *Scribas & miniſtros Cancellariæ in leuioribus Adminiſtrator, in grauioribus autem prætor punit.*

SVMMARIA QVINQVAGESIMIQVINTI CAPITIS.

1 *Tabularij ex quibus delictis & quomodo puniantur.*

Cæteræ autem iuramentorum formulæ ſequentes non egent ſummarijs.

Finis ſummariorum primæ partis
huius ordinationis.

SVMMARIA SECVNDAE PARTIS
ORDINATIONIS IVDICII CAMERAE.

PRIMI CAPITIS.

1 *Suo prætore quiſq; & iure ordinario utatur.*
2 *Intra menſem ius Actori aperiatur.*
3 *Eccleſiaſtica pariter & ſecularia Iudicia debent emendari ac reformari.*
4 *Ordo iudiciarius commendatur.*
5 *Citatio à non Iudice impetrata nihil ualere, ſed reijci debet.*
6 *Requirenti & interpellanti pro iuſtitia adminiſtranda parendum eſt.*
7 *Is, cui denegatur uel differtur iuſtitia, conqueri id poteſt Iudicio Cameræ.*
8 *De denegata iuſtitia conqueſtio ſeu querela quando habeat locum.*

SVMMARIA SECVNDI CAPITIS.

1 *Specialia & compromiſſoria Iudicia ſunt ab hac ſanctione excepta.*
2 *Actio & petitio ſcripto eſt indicanda & proponenda.*
3 *Electorum & Principum &c. inter ſeſe iuſtificatio & proceſſus.*
4 *Ex Electoribus aut Principibus quomodo Iudex uel Commiſſarius eligatur.*
5 *Commiſsionem dat Imperator his mediantibus.*
6 *Commiſſarius datus quid facere teneatur.*
7 *Conſiliarij Commiſſarij non ſint partiales.*
8 *Appellationis uia nemini præcludenda.*
9 *Commiſſario priore defuncto alius ſurrogetur.*
10 *Commiſſarij in cauſis maturè procedant, nec inanibus exceptionibus locum dent.*
11 *Tempore ſtatuto neglecto res deuoluitur ad Iudicium Cameræ.*

SVMMARIA TERTII CAPITIS.

1 *Electores & Principes &c. quomodo ius ſuum proſequantur in Prælatos, Comites, Barones & nobiles coram Commiſſario.*
2 *Commiſſarij qui, & quomodo petantur ac requirantur.*
3 *Petiti Commiſſarij non ſint partiales.*

SVMMARIA QVARTI CAPITIS.

1 *Coram nouem conſiliarijs Principum quomodo ſit iure agendum.*
2 *Tenor iuramenti nouem conſiliariorum, & formula.*

SVMMARIA.

3 *Iuramentis reliquis liberentur & abſoluantur noueni conſiliarij.*
4 *Reconuentio hic non habet locum.*
5 *Saluus conductus detur à reo contra ipſum agenti & ſuis ſcripto.*
6 *Violatori pacis publicæ non detur ſaluus conductus.*
7 *Actori denegata iuſtitia, aperitur Cameræ Iudicium.*
8 *Contentio inter Status Imperij, huius ordinationis ergò.*
9 *Electores & Principes ſubmittunt ſe huic conſtitutioni, ut ſequitur.*
10 *Octo modi & articuli ab Electoribus & Principibus ſequentes admiſſi & recepti.*
11 *Inter nouenos conſiliarios quinq; ſint nobiles.*
12 *Ex nouenis pauciores eligi poſſunt, eandem poteſtatem habentes.*
13 *Impenſas Principis ipſi ſoluant ſuis conſiliarijs.*
14 *Ex tribus nominatis Principibus Actor unum eligere poteſt.*
15 *Agens Commiſſarium non partialem nominare poteſt.*
16 *Quini utrinq; dati iudicent inter Actorem & Reum.*
17 *Bini utrinq; dati numero quaterni iudicandi habeant poteſtatem.*
18 *Superior, aut uir bonus quando & à quo dandus.*
19 *Viri boni officium in arbitrando ſeu iudicando.*
20 *Vir bonus communibus litigantium impenſis cauſam cognoſcit & iudicat.*
21 *Quini conſiliarij dati Nouenorum poteſtatem habeant.*
22 *Defectus conſiliariorum numerus quomodo ſuppleatur.*
23 *Inter nouenos conſiliarios datos, quinq; ſint nobiles.*
24 *Quaterna ſcripta, non amplius, utriq; parti concedantur.*
25 *Quid in tertio & quarto ſcripto agendum.*
26 *Prorogatio terminorum ad producendum ſcripturas quando facienda.*
27 *Quando teſtes producendi ſunt, poteſt utrinq; Commiſſarius eligi.*
28 *Examinator & Scriba utrinq; dari poſſunt & eligi.*
29 *Atteſtationum exceptiones & replicationes intra quod tempus utrinq; dentur uſq; ad concluſionem.*
30 *Tenor ſeu formula iuramenti octenorum conſiliariorum.*
31 *Remiſſio iuramentorum conſiliariorum.*
32 *Formula iuramenti nouenorum conſiliariorum.*
33 *Teſtium dicta obſignentur & reticeantur.*
34 *Reconuentio quando locum habet.*

SVMMARIA QVINTI CAPITIS.

1 *Reus tres Principes nominatim indicat, ex quibus actor unum eligit.*
2 *Commiſſarius non partialis ab Imperatore uel Rege impetrandus.*
3 *Imperio non immediatè ſubiectus coram Iudice ſuo ſtabit Iuri.*

SVMMARIA SEXTI CAPITIS.

1 *Appellandi facultas ſeu poteſtas libera utriq; parti conceditur.*
2 *Noua ſi proponenda fuerint, per iuramentum fiat.*
3 *Impenſis Principum conſiliarij cauſas diſceptent ac iudicent.*
4 *Actores & ſui mandatarij ſaluo conductu prouideantur ac defendantur.*
5 *Iure quiſq; ſuo ſaluo cum ſuis Iudicio contendere & agere poteſt.*

SVMMARIVM SEPTIMI CAPITIS.

1 *Cauſæ Principatuum Imperatori & Regi reſeruantur in Imperio iuſtificandæ.*

SVMMARIA OCTAVI CAPITIS.

1 *Deſpolijt & ſpoliatis præter publicæ pacis uiolationem læſionemq; factis.*
2 *Spoliatis maturè adminiſtranda eſt iuſtitia.*
3 *Aequitas promouenda eſt matura iuſtitiæ adminiſtratione.*
4 *Modi ac formulæ iuſtificationum in cauſis ſpolij in ſequentibus deſcribuntur.*
5 *Omnes ſpoliati agere poſſunt, ſublimes iuxtà ac infimi.*
6 *Matura ſit ſpolij expeditio.*
7 *Noueni conſiliarij dandi, ut ſuprà conſtitutum eſt.*
8 *Aduocatos & Procuratores parti agenti dabit de ſuis reus Princeps.*
9 *Paupertatem iurans aget ſuper ſpolio.*
10 *Remiſſio iuramenti conſiliariorum Principum.*

11 *Summariè procedendum in cauſis ſpoliorum.*
12 *Intra anni ſpacium cauſa ſpolij finietur.*
13 *Requirenti parendum eſt in tribus principibus proponendis non partialibus.*
14 *Electus Princeps aut Commiſſarius intra Menſem tenetur decernere citationem.*
15 *Victor non interpoſita appellatione ad executionem latæ ſententiæ procedat.*
16 *Noui proponendi nulla facultas abſq; iuramento concedatur.*
17 *Appellandi ad tribunal Cameræ poteſtas ſit.*
18 *In trimeſtri ſpacio inſinuando eſt appellatio.*
19 *Cauſa ſimplicis ſpoliationis quando ad Cameræ Iudicium deuoluitur.*
20 *Quando reaſſumenda eſt cauſa ſpolij.*
21 *Contra moras nectentem compulſoriales decernantur.*
22 *Properè ac celeriter in ſpoliationum cauſis procedendum eſt.*
23 *Actor ſpoliatus ſpoliantem iure conuenire poteſt.*
24 *Qua formula ſpoliatus uti poßit.*
25 *Simplicium ſpoliorum cauſæ coram ordinarijs iudicijs explicentur.*
26 *Spoliatis ante hanc conſtitutionem nihil hic præiudicatur.*

SVMMARIA CAPITIS NONI.

1 *Publicæ pacis Vuormaciæ facta conſtitutio Anno 1521.*
2 *Publicæ pacis læſio quomodo fiat.*
3 *Citatio præmittenda eſt ante declarationem Banni.*
4 *Feuda turbatoris ad dominos recidunt quamdiu uixerit.*
5 *Fructus feudalium bonorum turbatori ad æſtimationem Iudicij Cameræ dentur.*
6 *Prohibitio uiolentiæ patrandæ per Imperatorem & Regem*
7 *Declaratio contra rebelles per fiſcalem Cameræ.*
8 *Generalis reuocatio & miſsio militum ſub pœna banni maturè facienda.*
9 *Læſus ui uiolentiaq; accuſare poteſt lædentem coram Iudicio Cameræ coniunctim & diuiſim.*
10 *Non præiudicatur fiſco, ſi læſus lædentem accuſat coram Iudicio Cameræ.*
11 *Violatæ pacis actio tranſit in hæredes lædentis.*

SVMMARIA DECIMI CAPITIS.

1 *De purgatione publicæ pacis fractæ.*
2 *Iudicia ſuſpectæ uiolationis & proceſſus contra ſuſpectum pacis turbatorem.*
3 *Cauſæ ſuſpitionis articulatim dandæ ſunt Iudici.*
4 *Saluus conductus ſuſpecto dandus eſt ad comparendum.*
5 *Citatio quomodo inſinuanda eſt ſuſpecto turbatori pacis.*
6 *Electores, Principes, per Procuratorem, cæteri uerò citati perſonaliter compareant.*
7 *Probatio ſuſpitionis contra pacifragum per indicia.*
8 *Reſpectus perſonarum habendus inter ſublimem & humilem perſonam.*
9 *Quando Iudex Commiſſarios dare poteſt contra ſuſpectum iuramento ſe purgaturum.*
10 *Communitas in Ius uocata quomodo ſe purget.*
11 *Quando compurgatoribus opus eſt, quid faciendum, & qui procedatur.*
12 *Formula compurgatorum Iuriſiurandi & proceſſus.*
13 *Recuſans facere purgationem, reus criminis habendus erit.*
14 *Citatio danda accuſatori contra turbatorem ad uidendum ſe declarari in pœnam uiolatæ pacis incidiſſe.*
15 *Bannitus & proſcriptus quomodo ſit habendus.*
16 *Teſtimonum non comparentis ad probandum, impedimentum requiritur.*
17 *Iuramenti præſtatio per Procuratorem fit in animam Principis.*
18 *Summariè in his uiolentijs procedendum eſſe.*
19 *Purgatio proprio Imperatoris, Regis, & fiſcalis motu ad implorationem partis imponi poteſt.*
20 *Aut coram Iudicio Cameræ aut ordinario lati auxilij cauſa agi poteſt.*
21 *In maleficijs procedendi, tribunali Ius ſuum cuiq; eſt reſeruatum.*

SVM. VNDECIMI CAPITIS.

1 *Lædenti ſuſpecto dies dicitur ad purgandum ſeſe.*

SVMMARIVM DVODECIMI CAPITIS.

1 *Lædentis ſeu uiolatoris bona ſua alienantis non ſunt acceptanda aut defendenda.*

SVMMA. DECIMITERTII CAPITIS.

1 *Receptores in pœnam uiolatæ pacis incidunt.*

SVMMARIA DECIMIQVARTI CAPITIS.

1 *Profugi ad ius ordinarium ſuſtinendum compelli debent.*
2 *Magiſtratus alter alteri ſit contra profugos auxilio.*
3 *Magiſtratus conniuens profugis incidit in uiolatæ pacis pœnam.*

SVMMARIA DECIMIQVINTI CAPITIS.

1 *Contra uagos milites, & quòd Dominum ſeu ducem ſuum indicare teneantur.*
2 *An Cæſar permiſerit, doceant & mandatum exhibeant.*
3 *Vicini Principes grauato uenire auxilio tenentur.*
4 *Duces erronum militum ſunt arreſtandi.*
5 *Mulcta 40. Marcarum auri puri ſtatuitur contra inobedientes.*

SVMMARIA DECIMISEXTI CAPITIS.

1 *Violator damnum rependere læſo tenetur.*

SVMMARIVM DECIMISEPTIMI CAPITIS.

1 *Vis & uiolentia ad Imperatorem & Regem deferenda eſt.*

SVMMARIA DECIMIOCTAVI CAPITIS.

1 *Violator bannitus abſq; conſenſu læſi non abſoluatur.*
2 *Quomodo uiolator concordiam petens à banno abſoluatur.*
3 *Abſolutio banni ex uoluntate Imperatoris fiat.*

SVMMARIA DECIMINONI CAPITIS.

1 *Comitia Friburgenſia allegantur.*
2 *Bona banniti actori læſo ubicunq; ſita fuerint concedenda.*
3 *Feudales fructus, præter impenſa, actori tribuantur.*

SVMMARIA VICESIMI CAPITIS.

1 *Cauſæ fiſcales quæcunq; coram Iudicio Cameræ peragantur.*
2 *Aurea Bulla, & publicæ pacis conſtitutio coram Iudicio Cameræ defendantur.*
3 *Contributiones, taxæ, & quotæ ſtatuum in Cameræ Iudicio iuſtificentur.*
4 *Politia Imperij, Reformatio & ordinatio defendenda in Iudicio Cameræ.*
5 *Cum Turcis & alijs hoſtibus deliberatio punienda.*
6 *Contra Anabaptiſtas uigore Conſtitutionis agatur.*
7 *Fiſcalis admoneat Magiſtratus Anabaptiſticæ ſectæ ſuſpectos.*
8 *Contra errones milites procedatur coram Iudicio Cameræ.*
9 *Contra ſecreta Vueſtphalorum Iudicia, eorumq; ſcabinos fiſcalis procedat.*
10 *Omnes in uniuerſum cauſæ caſusq; fiſcales coram Iudicio Cameræ tractentur.*

SVMMARIA VICESIMIPRIMI CAPITIS.

1 *Controuerſæ poſſeßionis cauſæ utrinq; coram Iudicio Cameræ iuſtificentur.*
2 *Præter controuerſæ poſſeßionis cauſas aliæ coram Ordinario iuſtificentur.*
3 *Pacta & compromiſſa his aduerſa excipiuntur.*
4 *Sequeſtratio & inhibitio contra partes de poſſeßione contendentes, quando habet locum.*

SVMMARIA VICESIMISECVNDI CAPITIS.

1 *Spolia & captiui immediatè reſtitui mandentur.*
2 *Clauſula iuſtificatoria inſeratur mandato.*
3 *Effectus Citationis inſertæ contra ſpoliatorem.*
4 *Si iniuſtam cauſam Actor fouere comperiatur, reo ſpolia & captiui reddantur, unà cum expenſis.*

SVMMARIA VICESIMITERTII CAPITIS.

1 *Ab excutione & mandatis non eſt inchoandum.*
2 *Clauſula iuſtificatoria inſeratur mandatis.*
3 *Cauſæ moram non ferentes à mandatis inchoari poſſunt.*
4 *Pars contradicens mandato audienda eſt.*
5 *Vtraq; pars contendentium audienda eſt.*

SVMMARIA VICESIMIQVARTI CAPITIS.

1 *Cautio de non uindicando ex iuſtis cauſis præſtita ſeruetur.*
2 *Iurans de non uindicando, niſi cauſa cognita non abſoluatur.*
3 *Magiſtratus cui cautio eſt præſtita pro informatione facti requiratur.*
4 *Iniuſtè ad iurandum coactus, iure experiatur.*

SVMMARIA VICESIMIQVINTI CAPITIS.

1 *L. diffamari. C. de ingenu. manu. coram Cameræ Iudicio uenit diſceptanda.*
2 *L. diffamari in quibus locum habeat.*
3 *Prætor et Aſſeſſores ſuper l. diffamari à partibus informationes ſcripto accipiant, antequam proceſſus decernant.*
4 *Quando cauſa L. Diffamari, ad ordinarium eſt reijciendæ.*

SVMMARIA VICESIMISEXTI CAPITIS.

1 *De iuſtitia denegata ac dilata querelæ.*
2 *Propinquum tribunal ſublimius pro iuſtitia adminiſtranda requiri poteſt.*
3 *Promotoriales à Prætore Cameræ partibus datæ paſſim non ſunt receptæ.*
4 *Notarij plerunq; ob inſinuationes ſunt læſi ac repulſi.*
5 *Requiſiti promotorialibus Principes, ſi non iuuent partes, cauſa deuoluitur ad Cameræ tribunal.*

SVMMARIA VICESIMISEPTIMI CAPITIS.

1 *Quæ perſonæ cauſæq; ad Cameræ tribunal pertineant in genere.*

SVMMARIA VICESIMIOCTAVI CAPITIS.

1 *Grauato licet appellare ad Iudicium Cameræ.*
2 *Nemo prohibendus eſt appellare ad Iudicium Cameræ.*
3 *Temeritas appellantium eſt retundenda & punienda.*
4 *Quæ appellationes recipiantur, aut non recipiantur.*
5 *Cauſæ minores 50. floren. non admittantur.*
6 *Cauſæ iniuriarum in quibus ad palinodiam agitur, recipiuntur.*
7 *Iuramentum appellanti iniungendum, & eius formula.*
8 *In criminalibus cauſis nulla recipitur appellatio.*
9 *Nullitas Proceſſus allegata, audienda eſt.*
10 *Propter nullitatem Proceſſus citatio decernitur.*
11 *Ab interlocutorijs factæ appellationes non recipiendæ.*

SVMMARIA VICESIMINONI CAPITIS.

1 *Gradatim fieri debent appellationes.*
2 *Appellationes infra decem dies fieri debent.*
3 *Vltra decem dies appellandi ſpacium nullum detur.*
4 *Ab interlocutorijs uim diffinitiuæ habentibus appellari poteſt.*
5 *Quomodo ſit & quando appellandum in ſcriptis.*
6 *Coram fidedigno & approbato Notario appellatio facta admittatur.*
7 *Deferre debet Iudex appellationi coram Notario factæ.*
8 *Appellationes non debent attentata cenſeri.*
9 *Iure ſingulari, priuilegijs & libertatibus ſpecialibus in appellando parendum eſt.*

10 Conſue-

10 *Conſuetudines variæ & ignotæ appellationem non impediunt.*

SVMMARIA TRICESIMI CAPITIS.

1 *Inſinuandæ appellationis tempus eſt uſq; in ſextum menſem.*
2 *Quando ſpacium illud ſex menſium à Pretore & Aſſeſſoribus Cameræ prorogari poteſt.*
3 *Tempus inſinuandæ appellationis in ſextum menſem prorogari poteſt.*
4 *Menſis pro triginta diebus computatur.*
5 *Quando appellatio pro deſerta habenda.*
6 *Non audiatur ille, qui poſt deſertionem latam ſententiam confirmari petit.*
7 *Ignorantia huius conſtitutionis neminem excuſat.*

SVMMARIA TRICESIMIPRIMI CAPITIS.

1 *Pro actis prioris inſtantiæ habendis intra 30. dies inſtandum eſt.*
2 *Cautio de redimendis actis ab appellante præſtanda.*
3 *Compulſoriales contra priores Iudices pro edendis actis, ubi fuerit neceſſe, dentur.*
4 *In Iudicijs ſcripto agendum eſt.*
5 *Acta integra unà cum Mandatis inſertis conficiantur & tradantur.*
6 *Pœna non ſcribentium acta integra.*
7 *Dies, Menſis & hora latæ ſententiæ notanda.*
8 *Acta non in membranis, ſed papyro ſcribantur.*
9 *Gallicæ linguæ acta in Latinum conuertenda.*
10 *Aequitas precij in communicandis actis ſeruetur.*
11 *Taxarum moderatio & conſignatio ab inferioribus Iudicibus facienda.*
12 *Edictum generale communi inferiores Iudices pro integris actis edendis.*
13 *Compulſoriales pro edendis actis præbeantur petentibus.*
14 *Procuratores partes informent, ut pro actis edendis inſtent.*
15 *Fiſcalis ad pœnam non parentium compulſorialibus procedat.*
16 *Ius commune obſeruetur in non expreſſis.*

SVMMARIA TRICESIMITERTII CAPITIS.

1 *Feriarum nomenclatura per totum annum.*
2 *Quid in ferijs quoq; Pretor & Aſſeſſores agant.*
3 *Supplicationes acceptentur in ferijs, Citationes & Proceſſus decernantur.*

SVMMARIA TRICESIMIQVARTI CAPITIS.

1 *Spiræ ſit tribunal Cameræ perpetuò, niſi peſtis & bella prohibeant.*

SVMMARIVM TRIGESIMIQVINTI CAPITIS.

1 *Iudicio Cameræ ſuus certus rectusq; curſus permittatur, nec impediatur.*

SVMMARIVM TRICESIMISEXTI CAPITIS.

1 *Reſeruatio ulterioris prouiſionis & declarationis huius ſanctionis.*

Finis ſummariorum ſecundæ partis.

SVMMARIA TERTIAE PARTIS ORDINATIONIS IVDICII CAMERAE.

PRIMI CAPITIS.

1 *Tribus diebus in ſeptimana ſit publica audientia.*
2 *Ianua aperta Iudicium & audientia habeatur.*
3 *Sententiæ & decreta Pretori & Aſſeſſoribus omnibus præſentibus publicentur.*
4 *Ordinaria audientia à Iudice & octo Aſſeſſoribus ſeruetur.*
5 *Contumaciarum à Comite ſeu Barone & quatuor Aſſeſſoribus.*
6 *In ferijs nullum exerceatur Iudicium.*

7 *Fiſcales cauſæ quando agendæ.*

SVMMARIA SECVNDI CAPITIS.

1 *Cauſæ extraordinariæ priuilegiatæ ante alias promouendæ.*
2 *Audientia in ordinarijs & extraordinarijs ſit reciproca.*
3 *Protonotariorum protocollum indicet cauſarum audientias.*
4 *Viciſsitudo in præfixis ordinarijs & contumacijs ſeruetur.*

SVMMARIA TERTII CAPITIS.

1 *Cauſæ extraordinariæ quæ ſint, enumerantur.*

SVMMARIA QVARTI CAPITIS.

1 *Ordinariæ ſunt cæteræ omnes cauſæ præter illas ſupramemoratas.*

SVMMARIA QVINTI CAPITIS.

1 *Sex circulus actuum ſeu Circuli in audientia publica enumerantur ac deſcribuntur.*
2 *Quæſtiones circulares ex ordine ſunt agendæ iuxta cuiusq; Procuratoris ſtationem.*
3 *Prætor curet ut à primo ad ultimum Procuratorem quæſtio circumeat.*
4 *Protonotarij conſignent penes quem Procuratorem ſubſiſtat actus.*

SVMMARIA SEXTI CAPITIS.

1 *In prima circulari quæſtione, nempe ſuper ſententijs & decretis eodem die latis factisq; quærendum & agendum quid ſit.*
2 *Dies tempusq; in decretis ſtatuatur Procuratori ad agendum.*
3 *Terminus probandi à mox dato decreto ſtatuatur.*
4 *Conteſtandi litem, concludendi &c. actus eo die præſtetur.*
5 *Literæ ſententiæ & proceſſus ex Cancellaria petantur & præbeantur.*

SVMMARIVM SEPTIMI CAPITIS.

1 *In nouis quid agatur, cum enumeratione quæ nouæ cauſæ uocentur.*

SVMMARIA OCTAVI CAPITIS.

1 *Quid in præfixis agi aut proponi debeat.*
2 *Tertia circularis quæſtio, & quid in ea faciendum proponendúmue.*

SVMMARIA DECIMI CAPITIS.

1 *Contumaciarum cauſæ & circuli quondam duobus tantum expediebantur.*
2 *Quatuor auditores ſint contumaciarum, adiuncto Comite ſeu Barone loco Iudicis.*
3 *Duæ circulares quæſtiones ſeu rogationes in contumacijs fiant.*
4 *Quisq; Procuratorum ſuos terminos ex ordine obſeruet.*
5 *Cauſas ulterioris ſpacij obtinendi legitimas Procurator alleget.*
6 *Implorans generalia dicat, concludat, & decretum expectet.*
7 *Rei Procurator non potens agere, cauſas det in ſcriptis.*
8 *Si cauſas non dat, expectet decretum.*
9 *Ad dilationes accuſati fruſtraneas decernatur prout de Iure: niſi rurſus excuſationes legitimas adferat.*
10 *Ordine quisq; ſuo audiendus Procurator, qui breues ſint in ſuis proloquijs.*

SVMMARIA VNDECIMI CAPITIS.

1 *Bini Aſſeſſores deputentur, coram quibus leuiores cauſæ actusq; agantur.*
2 *Actus leuiores enumerantur, qui coram duobus deputatis fiant.*
3 *Commiſſarij probationum dentur coram deputatis.*
4 *Allegatio obitus partium, item compoſitionis & tranſactionis litis coram deputatis fiat.*
5 *Cauſæ ſecundæ aut tertiæ dilationis ſunt allegandæ coram deputatis.*

SVMMARIA DVODECIMI CAPITIS.

1 *Citatio, mandatum, Proceſſus breuiſsima narratione proponantur.*
2 *Quibus medijs & conditionibus Citationes, mandata & Proceſſus impetrantur.*
3 *Cauſæ in ius iudiciumq; uocandi exprimantur in Citatione.*

SVMMARIA.

4 *Quomodo in perſonas plures una Citatione comprehenſas, non uno in loco commorantes executio fiat.*
5 *Imperiale Sigillum Citationibus & alijs Proceßibus appendatur.*
6 *Plurium partium unus Procurator unum quidem ac primum nominet in Citatione.*
7 *Nomen cauſæ initio inditum, deinceps retineat Procurator.*
8 *Actori liberum ſit actionem articulatim uel ſummariè proponere.*
9 *Mandata procuratoris non ad unum actum, ſed ad totam cauſam dari oportet.*
10 *Antigraphum mandati aliàs exhibiti à protonotario ſubſcriptum Procurator in alia quoq; cauſa poteſt exhibere.*
11 *Procurator non habens mandatum quomodo admittatur.*
12 *Procuratores in primo termino mandata ſua exhibeant.*
13 *Mandati exhibitio non eget ſingulari Proceſſu.*
14 *Reo contumace licebit actori comparenti proclamationem petere.*
15 *Reo, non comparente actore, idem licet.*
16 *Terminus emiſſæ & inſinuatæ Citationis eſt expectandus utriq; Procuratori.*
17 *Quando terminus Citationis pro circumducto ſit habendus.*

SVMMARIA DECIMITERTII CAPITIS.

1 *Lis quando ſit conteſtanda ſuper actione propoſita.*
2 *Litis conteſtatio utrinq; cùm requiratur, præſtetur.*
3 *Quando actor repetit libellum ſeu articulatam actionem loco articulorum.*
4 *Formula litis conteſtationis negatiuè per rei Procuratorem.*
5 *Formula litis conteſtationis affirmatiuè per Actoris Procuratorem.*

SVMMARIA DECIMIQVARTI CAPITIS.

1 *Articuli additionales quando debeant exhiberi.*
2 *Articuli actioni ſint conformes.*
3 *Articuli per Procuratores ſupputentur ac quotentur propter errorem in reſponſionibus uitandū.*
4 *Articuli ſimul uno in termino producendi ſunt.*

SVMMARIVM DECIMIQVINTI CAPITIS.

1 *Quando articuli defenſionales, peremptoriales, eliſiui, aliiue quotati exhibeantur.*
2 *Iuſiurandum articulorum petitum præſtetur.*
3 *Exceptiones contra articulos abrogantur, niſi in ſcriptis fiant.*
4 *Generalia contra, clauſula abrogatur.*
5 *Replicæ contra articulorum exceptiones conceduntur Actori.*
6 *Quomodo reſponſiones fieri debeant.*
7 *Clauſula (ut ponitur) abrogatur.*
8 *Exceptiones contra non ſufficientes reſponſiones admittuntur.*
9 *Procuratores tenentur reſponſiones inſpicere, ac ab inutilibus actibus abſtinere.*
10 *Non reſpondentis contumacis pœna eſt, ut articuli pro confeſſatis habeantur.*
11 *Rei defenſionales articuli unà cum reſponſionibus hoc in termino producantur.*
12 *Alij quoq; peremptoriales articuli in hoc termino exhibeantur.*
13 *Partes ſe ad probandum offerentes mox Commiſſarios petere poſſunt.*

SVMMARIVM DECIMISEXTI CAPITIS.

1 *Actori non ſtatim Commiſſarios nominanti, poſtea id facere concedatur.*
2 *Tempus excipiendi contra nominatos Commiſſarios, & ex aduerſo replicandi.*
3 *Terminus probandi quando aßignandus.*
4 *Commiſſariorum res eſt magni momenti, ideo non quilibet deputandus.*
5 *Procuratores non ſint Commiſſarij.*
6 *De quarta dilatione obſeruandum erit prout de Iure.*
7 *Probatione admiſſa non aliæ ſcripturæ recipiantur, antequam eædem illæ probationes fuerint productæ & exhibitæ.*
8 *Actor nihil probare uolens, re manifeſta, produc at omnia & concludat.*

SVMMARIA DECIMISEPTIMI CAPITIS.

1 *Publicationem dictorum teſtium ſuorum quando Actor petat.*
2 *Quando utrinq; concludendum.*

SVMMARIA DECIMIOCTAVI CAPITIS.

1 *Reo præbeatur terminus excipiendi contra probationes Actoris.*
2 *Rotulus examinis & atteſtationum ſi prolixius tempus aut dilationem requirit, reo præbeatur.*
3 *Antigraphariј ſeu Copiјſtæ notent ſollicitationis tempus pro copiјs probationum habendis &c.*

SVMMARIA QVADRAGESIMIOCTAVI CAPITIS.

1 *Sententia lata abſq; fructu eſt, niſi executio ſequatur.*
2 *Cuilibet uictori executoriales dentur contra ſuccumbentem ad parendum ſententiæ.*
3 *Pœna executorialibus inſerta, cuius medietas fiſco, altera uincenti parti ſoluatur.*
4 *Formula & effectus executorialium.*
5 *Contra non parentem arctiores executoriales dentur ſub pœna banni.*
6 *Citatio in contumacem ad uidendum ſe in pœnam Banni declarari.*
7 *Contra ſuccumbentis allegatas cauſas excipit pars uincens.*
8 *Cauſis non releuantibus adductis ſuccumbens in Bannum declaratur.*
9 *In contumaces decernantur grauiores pœnæ.*
10 *Succumbente in Bannum declarato uincens autoritate Prætoris occupat bona.*
11 *Principes & Magiſtratus, ſub quibus Bannitus reſidet, pro executoribus requiruntur.*
12 *Vincenti bona uicti banniti tradantur. Vincens in bona Banniti immittitur.*
13 *Feudales fructus Dominus uincenti reddet, ſi qui ultra impenſa uel ſumptus extiterint.*
14 *Poteſtatis ſeu Magiſtratus requiſiti reſponſio ſit clara & diſerta.*
15 *Excuſantes ſe legitimis cauſis executionem ſoli facere non cogantur.*
16 *Quando Imperator & Rex pro executione ſint implorandi.*
17 *Excommunicatio Eccleſiaſtica quando uictori communicanda.*
18 *Bulla Reimundi de Banno Eccleſiaſtico allegatur.*
19 *Quando ob contumaciam proſcripti potentis committatur Circulis quibuſdam executio.*
20 *Edictum generale prius edendum quàm executio contra in Imperio reſidentes uſurpetur.*
21 *Contra Imperio non ſubiectos Proceſſus nulli emittantur, abſq; mandato Imperatorum.*

Finis ſummariorum Tertiæ partis.

PRAE.

PRAECIPVAE ET PRINCIPALES MATERIAE IN HAC CAMERAE IVDICII ORDINATIONE CONTENTAE.

IN PRIMA PARTE.

Qualitates & officia eorum, qui addicti ſunt Cameræ Iudicio, deſcribuntur.
Pœnæ & mulctæ eorundem delinquentium.
Iuramentorum formulæ eorundem, aliorumq́ue.

IN SECVNDA PARTE.

Modi iuſtificandi, ſtandiq́ue Iuri inter Principes & alios.
Spoliationes ſimplices ſeu ciuiles.
De fractæ pacis & Bannitorum proceſſu & purgatione.
De prouocationibus & appellationibus.

IN TERTIA PARTE.

Proceſſus Iudiciarij, & terminorum obſeruatio.
De contumacijs & contumacibus.
De executione rei iudicatæ.
Declarationes quorundam articulorum.

πάντ' αὐτοσχεδίως.

CAESA-

CAESAREAE MAIESTATIS, ET COMMVNIVM STATVVM SACRI IMPERII ORDINATIO SVPER

Iudicio Cameræ, conſenſu omnium acceptata, atque in Reipublicæ utilitatem ex prioribus & antiquis omnibus eiuſdem Iudicij Conſtitutionibus & Receßibus, iam recens in Comitijs Auguſtanis, Anno Domini 1548. de nouo collecta, aucta, & locupletata Germanicè: Perꝙ D. Iuſtinum Goblerum Goarinum Iuriſconſultum in Latinum ſermonem conuerſa.

☞ * ☜

CAROLVS DIVINA FAuente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtilię, Aragonum, Legionum, utriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galliciæ, Maioricarũ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarumq;, & terræ firmæ, maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ & Brabantiæ, Stirię, Carinthiæ, Craniæ, Limburgiæ, Luzenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, & Vuirtembergæ &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Gortiæ, Barcinonis, Arthois & Burgundiæ. Palatinus Comes, Henegoiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſsilionis, Ceritaniæ, & Zutpheniæ. Landtgrauius Elſatiæ, Marchio Burgoiæ, Oriſtani, Gotiani, ac ſacri Romani Imperij Princeps in Sueuia, Cathalonia, Aſturia &c. Dominus Phriſiæ, Vandalicorum, Portenoiæ, Piſcaiæ, Molinis, Salinarum, Tripoli & Mechliniæ &c, Notum facimus, & teſtamur publicè, Quanquam per dilectum, piæ memoriæ, auum noſtrum quondam Maximilianum Imperatorem, Anno Chriſti ſaluatoris noſtri Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Vuormaciæ de Imperiali Cameræ Iudicio ordinatio facta eſt, ac in ſequentibus aliquot Comitijs eadem in quibuſdam articulis declarata, auctaq;: tum quidem poſtea anno Domini Milleſimo quingenteſimo uigeſimo primo, Vuormaciæ, atque in ſequentibus aliquot Comitijs renouata, & alicubi immutata, alicubi etiam declarata, aucta & locupletata: accepimus ta-

men eam ipſam noſtræ Cameræ Iudicij ordinationem paſsim & ubiq; ſibi ipſi non omnino conſentaneam, rectoq; ordine compoſitam fuiſſe, ita ut Iudex Cameræ, Aſſeſſoresq; noſtri, tum & Aduocati, Procuratores, partesq; litigantes eo ipſo in iudicio Cameræ, aliasq; in ſacro Imperio hactenus uix magna cum difficultate ac labore, illa quæ neceſſaria fuerant, expedire potuerint. Iam & dubios quoſdam articulos explicatione egentes, quoſdam etiam noua ordinatione ac deciſione inſertos fuiſſe, quemadmodum nobis & communibus Statibus Imperij in Comitijs quibuſdam propoſitum, adeoq; neceſſe aliquoties exiſtimatum eſt, omnes cum recentes, tum ueteres ordinationes, declarationes, ac reformationes Cameræ Iudicij per eruditos ac prudentes quoſdam in unū uolumen ſeligi atq; conſcribi Cum autem hoc inſtitutum noſtrum nec dum effectū ſit, & Iudex Cameræ, Aſſeſſores, Aduocati, Procuratores, partesq; coram eo tribunali contendentes, alioqui in Imperio rectè conſtituti iudicij ordine comprimis opus habeant, nec eo carere poſsint: ne ergo diutiùs prorogetur, quin magis re ipſa præſtetur ac perficiatur: hoc præſente Comicio noſtro quibuſdam Iuris & conſuetudinum Iudicij Cameræ peritis & gnaris uiris, expertisq;, ut ipſum hoc onus in ſe ſuſciperent, committebamus: qui ut iuſsi noſtro ex mandato protinus dicti Cameræ Iudicij ueteres ſimul & nouas ordinationes atq; conſtitutiones in manus ſumpſerunt, easq; diligenter perpenderunt, rectamq; in formam redegerunt, ſupplentes ea quæ huc uſq; deſiderata fuerant, dubia & impedita prout Iuris, item conſuetudinis Iudicij Cameræ ac ſtyli explicantes, atq; de his omnibus ſuam ſententiam uno complexam uolumine Electoribus, Principibus & Statibus ritè recteq; propoſuerunt ac retulerunt.

Qui communes Status ipſi hæc omnia & ſingula diligenter peruidentes, nobis ea ſimul cum deliberatione ſua, ut eandem ordinationem peculiari conſtitutione confirmaremus, atque in Imperio publicaremus, obtulerunt. Proinde cùm eandem hanc ordinationem noſtro & ſacri Imperij iuri, Conſtitutionibus, ordinationibus et conſuetudinibus, ſtyloq; Iudicij Cameræ noſtræ conſentaneam eſſe atque conformem conſtet, conuenimus & concordauimus nos cum Electoribus, Principibus ac Statibus, ac nobiſcum illi ceu mutuo cōſenſu, eandem ordinationem deinceps noſtro in Iudicio Cameræ pro Iure, & Imperij ſanctione in omnibus ſuis articulis & punctis ualere ac obſeruari debere. Mandantes præcipientesq; Iudici noſtro Cameræ, Aſſeſſoribus, Adminiſtratori, Prothonota-

rijs,

rijs,fiſcali,omnibusq́;,et ſingulis Aduocatis,Procuratoribus, Notarijs, Cancellarijs, Lectoribus, Secretarijs,Ingroſsiſtis, Copiſtis,Tabulariorum ſeu nunciorum magiſtris,tabularijs quoq; pedellis,Notarijs ac partibus ipſis,nunc in Cameræ iudicio agentibus,aut olim acturis,uolentes ut hanc ipſam Cameræ iudicij ordinationē in omnib. & ſingulis punctis & articulis,unuſquiſq; in quantum ſe concernat,ſub mulcta ac pœna ibi inſerta,firmiter ac inuiolabiliter obſeruet:nec quicquam in contrarium ullo modo pactóue agant. Volumus quoq; omnes alias antea factas ordinationes & conſtitutiones, ſi qua in re huic aduerſari uideantur,caſſatas & abrogatas eſſe, quas etiam nunc caſſamus & abrogamus, ne eædem, aut ulla reſcripta,commiſsiones,aduocationes,iuſsiones,& mandata illi contraria,à nobis aut alijs excogitata ſeu emiſſa fuerint, in executione horum quicquam impediant aut remorentur.

Diuiſio ſeu partitio huius ordinationis Iudicij Cameræ in tres partes.

Cæterùm,ut rectè atq; ex ordine intelligatur hæc Cameræ Iudicij ordinatio,diuiſa ea eſt in tres partes & tractatus. In prima quidem de perſonis: in altera de Iuriſdictione: in tertia uerò de proceſſu noſtri Imperialis Cameræ Iudicij agitur.

IN PRIORI PARTE HI SEQVENTES TItuli continentur. *Et primò de perſonis Iudicij Cameræ.*

TITVL. I. Quomodo Cæſarei Cameræ Iudicij Iudices conſtituantur: & quot eſſe debeant.
II. Sex circuli ius præſentandi habentes.
III. De qualificatione perſonarum Cameræ,Iudicis, & Aſſeſſorum.
IIII. Qui in diſcedentium Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum locum alij collocentur,ac quales eſſe debeant.
V. De inhabilitate Aſſeſſorum, & ut amoueri debeant.
VI. Cameræ Iudicem et Aſſeſſores uni iudicio huic deuinctos eſſe atque incumbere.
VII. De uenia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ſumenda.
VIII. De habitu ac moribus Aſſeſſorum.
IX. De Cameræ iudicis officio in genere.
X. De Cameræ iudicis officio in conſultationibus.
XI. De Cameræ iudicis officio in iudiciali audientia.
XII. Cui in Cameræ Iudicis abſentia bacillus,Iudicisq; officium committendum ſit.
XIII. De Aſſeſſorum officio in conſultationibus.
XIIII. De Aſſeſſorum officio in Iudicio.
XV. Vt ſuſcipi debeat fiſcalis Cæſareus, eiusq; Aduocatus, ac de horū qualificatione.
XVI. De fiſcalis Imperatorij officio extra iudicium, & ſuorum deputatorum.
XVII. De Cæſarei fiſcalis officio in iudiciali audientia.
XVIII. De perſonis aduocatorum & procuratorum,quales & quot eſſe debeant.
XIX. Vt procuratores & aduocati comparandi: quot item eſſe, & quas cauſas ſuſcipere debeant.
XX. De ſubſtitutis procuratoribus, & cauſarum traditione.

XXI. Vt Procuratores cum ſufficienti Mandato, ratificatione, & eiuſmodi debeant eſſe prouiſi.
XXII. De Aduocatorum & Procuratorum officio coram conſilio.
XXIII. De Aduocatorum & Procuratorum officio in Iudicio.
XXIIII. De Aduocatorū & Procuratorū officio apud Cancellariam.
XXV. An partibus liceat priuatos habere Procuratores.
XXVI. De Cancellariæ Imperialis Iudicij Cameræ perſonis, ac quomodo eæ ſuſcipiantur.
XXVII. De Adminiſtratoris officio ac conditione.
XXVIII. De duorum Prothonotariorum officio in conſilio, in Iudicio, & Cancellaria.
XXIX. De Notariorum officio.
XXX. De duorum Lectorum officio.
XXXI. De Secretariorum, Ingroſsiſtarum, & Copiſtarum officio.
XXXII. De Cancellariæ famulo.
XXXIII. De taxa emolumentorum Cancellariæ.
XXXIIII. De officio Pedelli.
XXXV. De Tabulariorū ſalario deputato, & Magiſtri ipſorū officio.
XXXVI. De Cameræ Iudicij tabularijs, & quomodo ſuſcipiantur.
XXXVII. De Tabulariorum ſeu nunciorum officio.
XXXVIII. Quo quiſq; tabulariorum modo proceſſus exequi, ac de eo referre teneatur.
XXXIX. De Notarijs, quo modo executionem facere debeant.
XL. De Quæſtore eiuſq; officio.
XLI. De partibus ſeu litigatoribus pauperibus.
XLII. De Salario ac ſtipendijs perſonarum Iudicij Cameræ Imperialis.
XLIII. De Imperialis Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum ſalario.
XLIIII. De ſalario perſonarū Imperij Cameræ Iudicij in Cancellaria.
XLV. De Cæſarei fiſcalis & fiſci Aduocati ſalario.
XLVI. De ſalario Aduocatorum & Procuratorum.
XLVII. De Iudicij Cameræ Pedelli & nunciorum ſalario.
XLVIII. De Quæſtoris ſtipendio.
XLIX. De libertate, ſecuritate, & ſaluo conductu perſonarum Imperialis Iudicij Cameræ.
L. De Viſitatione, Reformatione, & pœna perſonarum noſtri Imperialis Cameræ Iudicij in genere.
LI. De pœna Aſſeſſorum, & qui contra eos ſententiarum promulgatarum ergò agi poſsit.
LII. De pœna Aduocatorum & Procuratorum.
LIII. Mulctas pauperibus diſtribuendas eſſe.
LIIII. De pœna perſonarum Cancellariæ.
LV. De pœna Tabulariorum ſeu nunciorum.
LVI. De pœna pauperum litigantium.
De iuramentis Iudicij Cameræ perſonarum, & partium litigantium. Et
LVII. De Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum iuramentis.
LVIII. De Adminiſtratoris iureiurando.
LIX. De Iudicij Scribarum & Lectorum iuramentis.
LX. De fiſcalis iureiurando.
LXI. De fiſcalis Aduocati iureiurando.
LXII. Iuramentum Aduocatorum in Iudicio Cameræ Imperialis.
LXIII. De Procuratorum iureiurando.
LXIIII. De Aduocatorum iuramento.
LXV. Vt Procuratores iuramentum calumniæ iurare teneantur.
LXVI. Vt Procuratores iurent, ſi taxatas expenſas medio iuramento obtinere uelint.

LXVII. Aliud iuramentum.
LXVIII. Si principalis hoc iuramentum ipſe præſtat.
LXIX. Sequitur iuramentũ, cùm Aduocatus Actoris articulos medio iuramento exhibet.
LXX. Forma iuramenti, ſi Actor ipſe articulos ſuos mediante iuramento exhibet.
LXXI. Iuramentum Rei ad Actoris articulos, ſi reus ipſe præſens eſt.
LXXII. Aliud iuramentum.
LXXIII. Iuramentum, ſicubi Aduocatus Rei ad articulos actoris reſponſurus eſt.
LXXIIII. Iuramentum malitiæ, quod procurator in ſuam ipſius, ac partis ſuæ animam præſtat.
LXXV. Iuramentum Curatoris ad litem.
LXXVI. Iuramentum, ſi unus uel plures tutores & curatores dantur, quod procurator præſtat.
LXXVII. Forma iuramenti Teſtium.
LXXVIII. Iuramentum pauperum.
LXXIX. Iudicij Cameræ Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiſtarum iuramentum.
LXXX. Pedellii iuramentum.
LXXXI. Quæſtoris Iudicij Cameræ iuramentum.
LXXXII. Iuramentum magiſtri tabulariorum.
LXXXIII. Iuramentum famuli Cancellariæ Iudicij Cameræ.
LXXXIIII. Tabulariorum ſeu nunciorum iuramentum.
LXXXV. Iuramentum Medici, Chirurgi, Barbitonſoris, aut aliorum in arte peritorum.
Ordinatio ac forma iuramenti Iudæorum.

TITVLI SECVNDAE PARTIS HVIVS ORdinationis, de pietate & iuriſdictione Imperialis Cameræ iudicij.

TITVL. I. Primùm de perſonis & cauſis, quæ non immediatè Imperio, ſed alijs iudicijs ſubiectæ ſunt, & ad Cameræ iudicium in prima inſtantia non pertinent.
De perſonis & cauſis Imperio immediatè ſubiectis, et in prima inſtantia ad Cameræ iudicium non ſpectantibus. Ac primùm
II. Quomodo, & coram quibus iudicibus Electores, Principes, & Principibus pares, mutuò ſeſe in ius uocare debeant.
III. Quomodo, & coram quibus iudicibus Electores, Principes, horumq́; ſimiles, prælatos, Comites, Barones & nobiles Imperio immediatè ſubiectos in ius uocent.
IIII. Quomodo, & coram quibus iudicibus Prælati, Comites, Barones, domini, nobiles, & ciuitates in ius uocent Electores, Principes, horumq́; ſimiles.
V. Qui, & coram quibus iudicibus Prælati, Comites, Barones, ac nobiles, Imperio immediatè ſubiecti, inuicem ac mutuò ſeſe in ius uocent.
VI. Quibus ſumptibus Conſiliarij ſedeant, & quæ in conducendo fideq́; publica præſtanda partibus appellantibus, & eiuſmodi obſeruari debeant.
VII. Quomodo de principatibus & Comitatibus &c. iudicio litigari oporteat.
VIII. Qui, & coram quo iudice ſpolij ſeu priuationis ergò, citra pacis uiolationem, agi debeat.
IX. De perſonis & cauſis, quæ natura ſua, non attento eo, an Imperio immediatè ſubiectæ ſint, in prima inſtantia ad imperialis Cameræ tribunal pertineant. Et primùm

IX. Propter trangreſsionem Imperialis pacificationis in Cameræ Iudicio agi poteſt.
X. Quomodo contra eos, qui fractæ pacis, aut huius uiolatoribus auxilio fuerunt, ſuſpecti, agi, & ad purgandum procedi debeat.
XI. De purgatione eorum, qui res ſuas doloſè alienant, aut eiuſmodi bona ab alijs acceptant.
XII. Vt contra eos, qui bannitorum res, in eorundem utilitatem, acceptant, in Imperiali Cameræ Iudicio agi poſsit.
XIII. Vt contra caſtrorum cõmunes inhabitatores (quos uulgò Ganerben appellant) ſi Bannitos ad ſe recipiunt, in Imperiali Cameræ Iudicio agi poſsit.
XIIII. Contra eos, qui profugos ſubditos, aduerſus eorum Magiſtratum receptant, in Cameræ Iudicio agi poſsit.
XV. Vt contra eas poteſtates, qui aduerſus uagabundos milites alijs non præſtant auxilia, Cameræ Iudicio agi debeat.
XVI. Vt expenſarum & damnorum ergò, ex cauſa conſeruandæ pacis atq; iuſtitiæ paſſorum, in Cameræ Iudicio agi poſsit.
XVII. De Imperialis Cameræ Iudicij pietate & mandatis in pacifragos, contra quos auxilia ferri neceſſe ſit.
XVIII. Qui, & ubi pro abſolutione Banni agi debeat.
XIX. Quod aduerſus Bannitorum, excepto eo ſi pacem fregerint, corpora & res in Cameræ Iudicio agi poſsit.
XX. Quòd omnes & ſingulæ cauſæ caſusq; fiſcales coram Iudicio Cameræ uentilari iuſtificariq; debeant: Et qui ſint eiuſmodi caſus & cauſæ.
XXI. Quòd cauſæ controuerſæ poſſeſsionis inter partes, quæ Imperio ſine medio ſubiectæ ſunt, coram Cameræ Iudicio iuſtificentur, & quomodo id fieri debeat.
XXII. Quòd pignorum & captiuorum lites & cauſæ coram Iudicio Cameræ agi poſsint.
XXIII. De mandatis, & in quibus caſibus eadem abſq; aut cum clauſula iuſtificatoria decerni poſsint.
XXIIII. De relaxationibus iuramentorum ad effectum agendi.
L. diffamari. C. de ingenuis manumiſsis. XXV. Qua uia & ratione coram Iudicio Cameræ ex lege diffamari agi poſsit.
XXVI. De cauſis, quæ ex denegata aut dilata Iuſtitia Iudicio Cameræ accreſcunt.
XXVII. Vt omnes perſonæ & cauſa, quæ immediatè Imperiali Iuriſdictioni ſubiectæ, nec ab illa per ſpeciales modos ſiue tractatus, exceptæ ſunt, coram Cameræ Iudicio proponi debeant.
XXVIII. De cauſis, quæ in ſecunda inſtantia per Appellationem, ad Cameræ Iudicium perueniunt ſpectantq;.
XXVIII. A quibus Iudicibus in quibus cauſis, & à quibus ſententijs ad Imperiale Cameræ Iudicium appellari poſsit, aut non.
XXIX. Quomodo, & qua forma Appellationes ad Cameræ Iudicium fieri debeant.
XXX. Intra quod temporis ſpacium quæuis appellatio Imperiali Iudicio Cameræ intimetur ac interponatur.
XXXI. Quomodo & qua forma Iudices primæ inſtantiæ acta edere teneantur, & quòd propterea contra ipſos compulſoriales à Iudicio Cameræ decerni, & ad pœnam earundem procedi poſsit.
XXXII. Quot perſonis interlocutoriæ & diffinitiuæ ſententiæ concipi poſsint.
XXXIII. De uacantijs & Ferijs.

Iudici-

XXXIIII. Iudicium Cameræ porrò Spiræ haberi.
XXXV. Iudicium Cameræ in recto ſuo curſu non impediendum ſeu remorandum fore.
XXXVI. De pietate reſeruata prouidendæ ac declarandæ ordinationis Iudicij Cameræ, quantum ad proceſſum ſpectet.

TITVLI TERTIAE PARTIS HVIVS *ordinationis, de iudiciali proceſſu.*

TITVL. I. De Iudiciali audientia, quo tempore, & quot diebus in ſeptimana haberi ea debeat.
II. De uiciſsitudinaria audientia cauſarum ordinariarum & extraordinariarum.
III. Cauſæ extraordinariæ.
IIII. Cauſæ ordinariæ.
V. Quot circulares quæſtiones ſingulis audientijs fieri debeant.
VI. Quid, & quomodo ad primam circularem quæſtionem latarum ſententiarum agi debeat.
VII. Quæ cauſæ in nouis tractari agiq; debeant.
VIII. Quæ cauſæ in præfixis agantur.
IX. Quid in ordinarijs tractari conueniat.
X. Quomodo in duabus ultimis circularibus interrogationibus contumaciarum agi oporteat.
XI. Quæ cauſæ coram deputatis poſt Iudicialem audientiam agentur.
De primæ inſtantiæ terminis in Cameræ Iudicio. Et primò
XII. De primo termino, quomodo, & quid in eo agi oporteat.
XIII. De ſecundo termino in prima inſtantia, quomodo & quid in eo tractetur.
XIIII. De tertio termino, qui, quidúe in eo agatur.
XV. De quarto termino, quomodo, & quid in eo agi debeat.
XVI. De quinto termino, quomodo & quid in eo agendum ſit.
XVII. De ſexto termino, quomodo etiam & quid in eo procedendum.
XVIII. De ſeptimo termino, qui, quidúe in eo tractetur.
XIX. De octauo termino, qui, quidúe in eo agatur.
XX. De nono termino, qui, quidúe in eo facere deceat.
XXI. De decimo termino, quomodo & quid in eo agendum ſit.
XXII. De undecimo termino, quomodo, & quid in eo tractandum.
XXIII. De uerbalibus concluſionibus, quomodo, & quando illæ fieri debeant.
XXIIII. De terminis in exceptionibus cauſam principalem remorantibus, & non prorſus perimentibus, quas uocant dilatorias.
XXIIII. De primo termino in dilatorijs.
XXV. De ſecundo termino in dilatorijs.
XXVI. De tertio termino in dilatorijs.
XXVII. De terminis in finalibus exceptionibus, quæ uocantur exceptiones peremptoriæ.
XXVII. De primo termino in peremptorijs exceptionibus.
XXVIII. De ſecundo termino in peremptorijs exceptionibus.
XXIX. De tertio & alijs ſubſequentibus terminis peremptoriarum exceptionum.
XXX. De Reconuentione, quomodo in ea procedi debeat.
XXXI. De terminis ſecundæ inſtantiæ, ſi de interlocutoria aut diffinitiua ſententia ad Imperiale tribunal Cameræ prouocatum fuerit.

XXXI. De primo termino in ſecunda inſtantia, quomodo & quid in eo agi debeat.
XXXII. De ſecundo termino ſecundæ inſtantiæ, qui quidúe eo tractari oporteat.
XXXIII. De tertio & alijs ſequentibus terminis ſecundæ inſtantię, qui, quid quoq; in illis agatur.
XXXIIII. De nullitatibus & cauſarum nullitatibus, quomodo & qua forma in eis procedi, agiq́; oporteat.
XXXV. Quomodo ad ſupplicationes in iudicio agi conueniat.
XXXVI. Quòd etiam in actibus ſeu cauſis in ordinatione non expreſſis, dicti termini obſeruari debeant.
XXXVII. Termini ſeruentur ſub pœna.
XXXVIII. De moderatione ſtatutorum terminorum.
XXXIX. Quomodo non obſeruati termini reintegrentur, coiterentur, ac reparentur.
XL. De ſcriptis & uerbalibus propoſitionibus & receſsibus, quomodo, & quo ordine eæ fieri debeant.
XLI. De inobedientia comparentium partiū, & prolongatione actuum earundem.
XLII. De contumacia & inobedientia non comparentium partium, & qui in eam agi debeat.
XLII. De non comparentis actoris contumacia in prima inſtantia.
XLIII De non comparentis rei contumacia in prima inſtantia.
XLIIII. De non comparentis appellantis contumacia.
XLV. De non comparentis appellati contumacia.
XLVI. Si contumax porrò compareat, quid fieri debeat.
XLVII. De ſententijs quomodo & intra quod tempus, per quot iudices illæ pronunciari ac decerni debeant.
XLVIII. De executione rei iudicatæ ac definitarum ſententiarum.
XLIX. Declaratio dictorum articulorum, ac alia prouiſio de executione Imperialis pacificationis, & rei indicatæ promulgatarumq́; ſententiarum.
L. De expenſis iudicialibus, taxatione & moderatione earundem.
LI. Quòd à re iudicata latisq́; ſententijs Imperialis Cameræ Iudicij nec appellari uel ſupplicari debeat.
LII. De reſtitutione contra rem iudicatam latasq́; ſententias Cameræ iudicij.
LIII. De reuiſione actorum & rei iudicatæ, promulgatarumq́; ſententiarum Imperialis Iudicij Cameræ, adeoq́; de Syndicatu Iudicum, & quid in eo geri ſeruariq́; debeat.
LIIII. Proceſſus alijs in caſibus de iùre communi obſeruetur.

FINIS TITVLORVM.

PRIMA



PRIMA PARS ORDINATIONIS IMPERIALIS IVdicij Cameræ. Et primò de perſonis Iudicij Cameræ.

Quomodo Iudices Cæſarei Iudicij Cameræ dentur & conſtituantur: & quot eorum eſſe debeant. Titulus 1.

1 PRIMVM debemus ac uolumus tribunali
ſeu Iudicio noſtro Cameræ rurſus honeſtum
ac prudentem Iudicem, ex principū Eccleſia-
ſticorum uel ſecularium numero, uel qui ad
omne minus genere Comes ſit, aut Baro, ido-
neus, item peritus rerum Forenſium & ex-
2 pertus, & quidem ſecularis potius quàm Eccleſiaſtici ſtatus,
ſi haberi poſſit, adiunctis ſibi numero quatuor & uiginti Aſ-
ſeſſoribus, præficere, ex Regno Germaniæ delectis.

Prætor ſeu Iudex Cameræ qualis uir eſſe debeat.

Aſſeſſores ſint numero uiginti quatuor.

Vt autem in conſtituendo eiuſmodi Imperiali noſtro Iudi-
3 cio Cameræ æqualitas exiſtat, retineatur ac obſeruetur, &
ſinguli ſtatus, quando & quo tempore præſentare ſuos debe-
ant, norint: Iudex Cameræ, & uiginti quatuor Aſſeſſores con
ſtituantur ac ordinentur, in hunc, qui ſequitur, modum:

Aequalitas & tempus in præſentandis Aſſeſſoribus ſeruanda.

Ac nimirum uolumus quidem nos, tanquam Romanus Impe-
4 rator, Cameræ Iudicem, et duos ex Comitibus & Baronibus,
quatuor item idoneas perſonas, uidelicet duas, ut Romanus
Imperator, ex Iureperitis, & alios duos ex nobilibus, ob no-
ſtras hereditarias, quas ſub Imperio, aut de Imperio tenemus
ditiones, terraſq; & præterea pro hac uice ſex, nomine & ex
parte ſex Electorum Principum, atq; ex parte ſex Circulo-
rum, duodecim ex Electorum principatibus et Circulis, quo-
rum media pars Iuriſperiti, altera medietas ex nobilibus qua-
lificati atque idonei ſint, ut ſequetur, Aſſeſſores nuncupare &
5 ordinare. Deinceps autem ac ſequenti tempore, quoties con-
tigerit, unum aut plures Aſſeſſores, ut nunc per nos nomine
& ex parte Electorum Principum ac Circulorum, nuncupa-
tos & ordinatos, diſcedere: Tunc in eum euentum quidem E-
lectores Principes & Circuli illorum loco alios per ſeſe, ui-
delicet quiſq; Eccleſiaſticus Princeps Elector unum Iuriſperi-
tia & dignitate decoratum, ut prædictum eſt, ſeu ex nobili-
bus ſint, ſiue non. Et quiſque ex ſecularibus Principibus Electo-
ribus unum ex nobilibus ſeu equeſtri ordine prognatū nun-
cupare ac præſentare debebunt.

Imperator ſex, Electores totidem: Sex uerò Circuli ſinguli binos Aſſeſſores præſentabunt.

In futurum quomodo ſex Circuli Aſſeſſores præſentabunt.

Similiter quoq; ſex illi Circuli, duodecim, ac ſinguli eorum
binas

binas perſonas, uidelicet unam Iuris doctrina & dignitate decoratam: alteram quidem ex nobilibus dare teneantur.

Sex Circuli, qui ius habent præſentandi. *Tit. 2.*

Nominatio ſex Circulorum, qui ius habent præſentandi.

PRIMVS Circulus indicat Bambergenſem, Herbipolenſem, Acyſtetũ, Marchionem Brandenburgenſem, Burgrauiũ Norimbergæ, Comites, Barones, & Imperij ciuitates circũm poſitas & locatas. 1

Secundus Circulus indicat Archiepiſcopatum Saliſpyrgenſem, Freiſingenſem, Ratisbonenſem, Paſſauienſem, principatum Bauaricum.

Tertius Circulus monſtrat Conſtantienſem, Auguſtanũ, Epiſcopatum Churæ, Ducatum Vuirtembergenſem, Marchiones Badenſes.

Quartus Circulus præbet Vuormaciam, Spiram, Argentinam, Baſilæam, Abbatem Fuldenſem, Duces Ioannem & Vuolffgangum Bauariæ, Lotharingiam, Vueſterichiam, Haſſiam, Vuederauiam.

Quintus Circulus exhibet Paderæ fontes, ſeu Paderbornenſem Epiſcopum, Leodienſem, Verdonenſem, Monaſterienſem, Ducem Iuliacenſem, Bergenſem, & Cleuenſem, Gellrienſem, Comites à Naſſau, Comites à Steynau, Comitem à Firnenberga, inferiorem Eiſſenbergium, inferiorem terram ad Moſam uſq; ad hunc circulum pertinentem.

Sextus Circulus oſtendit principatum Saxoniæ, Marchionem Brandenburgenſem, Brunſuicenſes, Thuringenſes, Megaloburgenſes, Stetinenſes, Pomeranos, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, Bremenſem, Hildesheymenſem, Halberſtatenſem, Merſeburgenſem, Neunburgenſem, Meichſnenſem ſiue Miſniæ, Brandenburgenſem, Lubecenſem, Hauelburgenſem.

Per hanc Circulorum partitionem ac ciuitatum nominationem nemini quicquam iuris auferri ſeu prærogari debet: quinimò in ſingulis prædictis Circulis ij præſentare, qui ius præſentandi habent, eoq; hactenus uſi fuerunt, poſſunt.

De qualificatione & idoneitate perſonarum Iudicij Cameræ, & Aſſeſſorum. *Tit. 3.*

Iudicium Cameræ eſt ſupremum tribunal in Germania.

A Iudicio Cameræ non appellatur.

QVAndoquidem autem Iudicium (noſtrum) Cameræ præcipuum ac ſupremum in Imperio tribunal exiſtit, à quo, iuxta ordinationem noſtram, prouocari ſeu appellari non debeat: tum & eo animo ſententiaq; ſumus, eiuſmodi Iudicium quouis tempore aptis 1 2

idoneisq;

idoneisq́; perſonis cingi atq; ornari: Sancimus ac uolumus,
3 ut Iudex noſter Cameræ egregia atq; decora ſit perſona, ex Imperio Teuthonicæ nationis oriunda, cuius morem, conſuetudines, uſusq́; ueteres ac laudabiles non ſolùm cognitos habeat, uerùmetiam ipſe per ſeſe prudens atq; intelligens ſit, gnarus ac dexter ad Iudiciales proceſſus dirigendos, partes item contendentes pro explicatione ac determinatione cauſarum fideliter promouendo. Et quidem alioqui talis eſſe debet, hacq; uirtute præditus, in quem omnes cæteræ perſonæ Iudi-
4 cij Cameræ ſuos coniectos atq; intentos habeant oculos, eum metuant ac reuereantur: quiq́; cum ſe in adminiſtranda functione ſua, gerendoq́; munere præbeat, cui debitam reuerentiam atq; obſequium cæteræ perſonæ Iudicij Cameræ ultrò præſtandum eſſe exiſtiment.

Iudex Cameræ egregia ſit ac decens perſona, ex natione Teuthonica oriunda, conſuetudinũ & morum paternorum gnara.

Pretorem ſeu Iudicem Cameræ colant ac reuereantur cætera Iudicij perſonæ.

5 Aſſeſſores item honeſtæ uitæ, ſpectatæ integritatis, ac morum eſſe decet, legitimis & honeſtis parentibus prognatos. Ac
6 cumprimis quidem duo illi Comites aut Barones idonei ita aptiq; ſint, ut alter abſentis Iudicis Cameræ, aut ſeriò impediti locum quouis tempore tenere, atq; officio fungi poſsit. Iam
7 & Aſſeſſores iuris ſcientia, inſtructi pariter & decorati, ſuo ſe nomini ſtatuiq́; conformes gerant, locum ſuum teneant, ſint egregij, eruditi, docti, rerũq; experti, idonei, prudentes, qualificatæ perſonæ, Teuthonica natione oriundi, cuius nationis morem, uſus, conſuetudines exploratas habeant: qui & propoſitas iuridicas cauſas, resq́; legitimas referre ſciant, qui antè quoq; in Vniuerſitatibus profeſsi aut prælegerint, aut quinquennium Iuri ſtuduerint, atq; aduocationibus & practicis exercitati ſint, quàm in Aſſeſſorum numerum cooptentur. Alij
8 uerò qui ex nobilibus aſſumuntur, ſi qua fortè Iuris inſignijs aut celebritate ornati non fuerint, tamen æquè etiam Ius calleant, ac cauſarum Iudicialium periti ſint & experti: non minus quidem quàm & illi ad referendum Iudiciales cauſas apti atq; idonei. Vbi autem tales præmiſſo modo ornati atq; idonei haberi non poſſent, horum loco alij eruditi, decorati atq; periti uiri, pragmaticæq́; intelligentes perſonæ, etiamſi ex nobilibus non ſint, ut dictum eſt, recipiantur.

Honeſtæ uitæ, ſpectatæ integritatis ac morũ ſint Aſſeſſores, ac legitimis orti parentibus.

Vterq; Comes aut Baro ſit idoneus, et ad Iudicis munus gerendum aptus.

Aſſeſſores iuris ſcientia ſint inſtructi pariter & decorati.

Aſſeſſores ſi titulo Iuris non ſint ornati, tamen ius calleant.

9 Speciatim uerò ordinamus ac uolumus, Iudicem Cameræ & Aſſeſſores coniunctim ac diuiſim, qui iſta uice & hoc tempore per nos tantùm, & deinceps per nos & Principes Electores & Circulos quouis tempore præſentabuntur ac ordinabuntur: Similiter & aliæ perſonæ Iudicij Cameræ, religioni catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſe conformes gerant, nullij ſpeciali aut priuatæ Sectæ adhæreant. Quòd ſi in hoc inobedientes

Iudex et Aſſeſſores religioni Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ conformes ſe gerant.

Hoc correctum eſt ita, ut utriuſq; Religionis, & ueteris, et Auguſtanæ confeſsionis perſonæ præſentari ac recipi

poſsint, iuxta receſſum Auguſtanũ, Anno 1555. & ibi factam ordinationẽ Iudicij Cameræ.

obedientes inueniantur, quicunq; is fuerit, habebit Iudex noſter Cameræ, mandatum ac poteſtatem, illum illõſue de ſuo officio deponendi: quod etiam Iudex noſter Cameræ, ad noſtram indignationem euitandam, ſtrenuè tenetur exequi.

Appendix Regius.

Neutra uerò Religionis partium Aſſeſſores ac Iudicij Cameræ perſonæ, alter alterum ea propter aſpernetur, contemnátue, aut quicquam inſimulationis præſumat: quinimò beneuolentiam, bonamq; uoluntatem utrinq; alter alteri omnibus modis exhibeat, quò pacificè & tranquillè unà ſimulq; perſiſtere, commorariq; poſsint ac ualeant.

Qui in diſcedentium Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum locum alij collocentur, ac quales eſſe debeant. Tit. 4.

Quis ſit in decedentis pretoris locum ſurrogandus.

1 CVMQVE uenerit uſu Cameræ Iudicem noſtrum obire mortem, aut aliàs ſuum officium relinquere, nobis, aut, ſi peregrè extra Imperium fortè erimus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi per Aſſeſſores quantocyus ſignificari debet, ut alium ipſi, aut loco noſtro, dilectus frater noſter Rex Romanorum, Cameræ Iudicem in demortui locum ſurrogemus. Ne qua uerò medio tempore tribunal Cameræ remoretur ac ferietur: ſicubi defunctus Iudex Cameræ ipſe, dum uiueret, conſilio conſenſuq; Aſſeſſorum neminem in ſuum locum deputarit, debent Aſſeſſores Comitum aut Dominorum alterum aliquem ex ipſis in Iudicis Cameræ locum deligere, qui munus hoc, donec nos, aut frater noſter dilectus, Romanorum Rex, ordinauerimus, adminiſtret. Caſu autem, quo Comitum eorum aut Dominorum quiſpiam Cameræ Iudicio aſsidens per nos aut dilectum fratrem noſtrum Regem Romanorum in Cameræ Iudicem confirmaretur ac ordinaretur, tunc quidem eiuſdem Aſſeſſoris locus alio Comite aut Domino, per nos, aut nobis abſentibus, per dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem, prouidebitur.

Aſſeſſorum miſsio & ſurrogatio quomodo fieri debeat.

2 Si quis Aſſeſſorum autem de ſuo aſſeſsionis ſtatu decedere uolet, is Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, id ſex menſibus antè denunciare & ſignificare debet, quàm diſcedat: interea hoc tempus ſex menſium poſt miſsionis petitionem nihilominus in ſuo Aſſeſsionis officio perſtare tenebitur: Niſi ante finem ſex menſium alius ſuum in locum præſentetur, qui diſcedentis locum functionemq; mox occuparet. Tunc in diſceſſuri uoluntate atq; arbitrio ſit, illi, qui ſuum in locum præſentatus

ſit, ante

ſit, ante finem ſex menſium cedere, aut tempus iſtud ſuo in of-
ficio permanere.

3 Quòd ſi Aſſeſſorum quiſpiam, ut iam dictum eſt, morte,
aliáſue decedat, Iudex noſter Cameræ id quidem abſq; mora
Statui aut Circulo illi, à quo decedens obiénſue Aſſeſſor datus
aut nuncupatus fuerat, ſcripto denũciare ac ſignificare, adeô
que eum Statum etiam aut Circulum requirere debet, ut iu-
xta hanc ordinationem intra ſex mẽſes alium in eius, qui obijt
aut deceſsit, locum offerant ſeu præſentent, hac appendice, ſi
qua id intermiſſum fuerit, quòd Iudex Cameræ & Aſſeſſores
effluxo illo tempore idoneam perſonam ad pręſcriptum or-
dinationis huius ſuſcepturi eſſent. Ad hanc monitionem ac

Aſſeſſore aliquo morie-ente, Statui aut Circulo mox indicetur, ut intra ſex menſes alius in de-functi locum ordine-tur.

4 requiſitionem idem Status aut Circulus in eius, qui obijt uel
deceſsit, Aſſeſſoris locum, intra ſpacium ſex menſium poſt fa-
ctam ſignificationem, duas aut tres alias ègregias, idoneas,
peritas, & prædicto modo qualificatas perſonas præſentare
debet. In qua pręſentatione omninò etiam cautum uolumus,
ut eę perſonę nõ fauore aut praxi machinationeq; aliqua pro-
moueantur, ſed ut qualitas ſolùm atq; idoneitas perſonarum
reſpiciatur, attendaturq;.

Qualitas perſonarum præſentandarũ & ido-neitas attendatur, non fauor.

5 Ex quibus hoc modo præſentatis Iudex Cameræ & Aſſeſ-
ſores, unum Aſſeſſorem in demortui locũ deligant cooptẽnt-
que. Matura tamen ac diligenti facta percunctatione, quis
præſentatorum ſeu oblatorum eruditiſsimus ac maximè ad

Delectus præſentan-darum perſonarũ per Prætorem habendus.

6 iſtud Aſſeſsionis munus idoneus fuerit. Præcipuè autem, ut
is, qui ab ipſis deligitur, in Academia ſeu Vniuerſitate profeſ-
ſus ſit atq; prælegerit, aut ad minus ad quinquennium Iuri ſtu-
duerit, & in cauſis Forenſibus ſeu Iudicialibus Aduocationes
ac praxin exercuerit. Si taliuſmodi forſan nullus inter eos re-
perietur, & præſentati alieni, ignoti, et ad Aſſeſſorium munus
inepti reputentur, Iudex Cameræ & Aſſeſſores (ſicubi nec-
dum ſex menſium tempus effluxum eſſet) Statibus id aut Cir-
culis, à quibus illi præſentati fuerunt, ſignificent, ac rogent,
alios idoneos ut præſentent, ſiſtantq;.

Qualis eſſe debeat præſentatus Aſſeſſor.

7 At ſi qui prędicti Status aut Circuli in nominatione ac prę-
ſentatione talium perſonarum, ultra ſex menſium tempus fa-
ctæ certificationis ſeu ſignificationis, aut intra hoc ſpacium
non aptas atq; idoneas perſonas ex præſcripto huius ordina-
tionis, qualificatas pręſentare poſthabuerint atq; ceſſauerint,
Iudex Cameræ & Aſſeſſores iam nunc atq; deinceps unum ex
Status eiuſdem aut Circuli ditione, patriaq;, ut præfertur, ſi
qui in ea tales reperianẽ: Aut ſi non reperiantur, ex proximis
uicinis Circulis in demortui abſentiſq; Aſſeſſoris locum reci-

Quid agendum, ſi tem-pus præſentationis ela-batur, nec idoneus re-periatur. Originarij an extraneis ſint præferen-di in officijs, Vide ob-ſeruat. D. Mynſingeri, 30. Cent. 4.

piendi facultatem poteſtatemq; habeant. Ac ne Cameræ Iudicio perſonæ quouis tempore deficiant, ordinationi huic deinceps rectè fiat ſatis, parcaturq;.

Vnus tantùm præſentatus, idoneus ſi fuerit, recipiatur in Aſſeſſorem.

Si contingat quoque, ut caſu prædicto, ubi duo aut tres in 8
demortui locum præſentari debeant, unus tantùm præſentaretur, & is, ex præſcripto ordinationis huius, aptus idoneusq; inueniretur, Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, hunc ipſum recipiendi ſit poteſtas.

De inhabilitate Aſſeſſorum, & ut amoueri debeant. Tit. 5.

Receptus ſi muneri fungendo impar fuerit, amoueatur.

NEC prædicto caſu tantùm præſentatæ perſonæ, 1
ſi ad Aſſeſsionis ſtatum & conditionem inepti reperiantur, admitti non debent, uerùm etiam, ſi admiſsi receptiq; fuerint, ac poſtea in relationibus ac ſuffragijs dandis non ſatis eruditi, uſitati, & periti, aut alioqui uitæ non probatæ, aliaue de cauſa reprehendendus quiſpiam eſſet, ac inidoneus, debebit per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores, mediantibus iuramentis, rurſus amoueri.

Admonitio, quomodo fieri debeat à Prætore contra delinquentem uel inidoneum.

Eundem uerò inidoneum Iudex Cameræ primùm in præ- 2
ſentia duorum aut trium Aſſeſſorum, & ſi nō audierit, in conſpectu omnium Aſſeſſorum admonebit, ignauiam illi, imperitiam, & defectum ſuum aperiat, & commonefaciat, ſignificans ex præſcripto Ordinationis contra ipſum agi oportere: Itaq; uiam inueniat modumq;, ne quod ſibi aut Iudicio dedecus inde oriatur. Quòd ſi necdum reſipiſcit, aut uitio illo abſtinet, Iudex Cameræ quouis tempore, communicato cum Aſſeſſoribus conſilio, Principi aut Circulo, qui hunc illum prouexerunt, ſignificet ac notum faciat. Tum idem Status aut Circulus Iudiciū Cameræ de alio apto atq; idoneo intra præſcriptum tempus ſex menſium prouidebit, atq; reſtituet. Si qua id minus intra præfixum tempus ſex menſium fieret, ac quidem omitteretur, ſanctionem præſcriptam, ut proximo articulo dictum eſt, ſequantur.

Cameræ Iudicem & Aſſeſſores uni Iudicio huic deuinctos eſſe, atq; incumbere. Tit. 6.

Soli huic iudicio incumbant Aſſeſſores, ab omnibus alijs occupationibus uacui.

ADHAEC ordinamus & ſtatuimus, Iudicem Ca- 1
meræ & Aſſeſſores uni Iudicio Cameræ incumbere, & ab omnibus alijs negocijs, mercaturæ, aliarumq; rerum, adeoq; etiam aduocationibus &

Abſtineant quoq; ab aduocationibus & cauſarum commiſsionibus ſuſcipiendis.

conſilijs dandis alijs in Iudicijs & cauſis prorſus abſtinere, ne- 2
que porrò Cōmiſsionibus ex Imperiali noſtra Curia, aliáſue moleſtari debebunt.

Idem

IDEM ALITER.

Iudici æquè atq; Aſſeſſoribus iniungimus hac conſtitutio-
ne, ut uni Cameræ Iudicio uacent, incumbantq;, nec alijs ſe re-
bus ullis intromittant: mercaturam non faciant, nec alia ne-
gocia tractēt: litigatoribus in alijs Iudicijs nullo pacto aduo-
cent conſulantue, quin ab his alijsq; omnib. factis ſeſe abſtine-
ant. Deinde & ex Curia noſtra Cæſarea haud ullis ſpecialibus
cōmiſsionibus uel alijs negocijs moleſtentur aut grauentur.

In pronunciando quoq;, Iudicialiterq; decernendo Iudex
Cameræ & Aſſeſſores, neq; in aliquo quæ dicta ſunt, aut di-
centur, nec quidquam porrò, quàm ad quæ deuincti ſunt, ob-
ligentur aut impediantur.

*De uenia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſ-
ſeſſorum ſumenda. Tit. 7.*

1 CVM hactenus Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, *Deciduntur ſex heb-
domade Aſſeſſoribus,
quibus abſentibus non
eſſe liceat.*
præter uacantias quotannis ſex ſeptimanas pri-
uatis negocijs dari abſentibus permiſſum fuerat,
ſed compertum, ex eo magna incommoda ac im-
pedimenta naſci: Ordinamus, eas ſex hebdomades ipſis deci-
di, quin porrò Iudex Cameræ, & Aſſeſſores ſe Iudicio ſubdu-
cere aut abſentare non debeant, nec abſq; uenia (quam Iudex
Cameræ ab Aſſeſſoribus, & rurſus Aſſeſſores à Iudice ſumāt)
peregrè uel abſentes ſint, neq; cuiquam Aſſeſſorum abſq; legi-
timis cauſis, quas Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus quouis tem-
pore indicabit, neq; citra conſenſum & conſilium Aſſeſſorum
2 abſenti eſſe liceat, aut uenia concedatur. Hi tamen, *In uacantijs præſcriptes
prærogatiuam præ cæ-
teris habeant.*
qui in uacantijs ad ſententiam concipiendam minus præ-
ſtò ſunt, prærogatiuam aliquam ac libertatem præ cæteris ha-
3 beant, atq; in impetranda uenia alios præcedant. Si autem ue- *Mulcta plus tempore
præſcripto abſentis.*
nia alicui data plus tempore abſens eſt, id temporis quo lon-
gius abeſt, ad decurtationem ſalarij ſupputari, eaq; acciſio in-
ter præſentes Cameræ Iudicij Aſſeſſores, quòd illo abſente ipſi
4 onus laboremq; ferunt, diſtribui partiriq; debet. Hæc contra *Commendatitiæ literæ
abſentem nō excuſent.*
nullæ commendaticiæ literæ à quoquam impetratæ, cuiquam
proſint, abſenti ſcilicet nequicquam patrocinaturæ.
5 Et hæc quidem uenia ſeu remiſsio præſente Protonota- *Venia abſentiæ coram
Protonotario danda et
concedenda eſt.*
6 rio danda eſt, qui tempus conceſſum ſpaciumq; abſentiæ, ſi-
militer & reditum diligenter notet, Quæſtoriq; quouis tem- *Protonotarij munus
in dādæ abſentiæ uenia.*
pore indicet, qui Aſſeſſori illi, quantum temporis non con-
ceſsi emanſerit, in pendendo ſalario decurtabitur, & quouis *Salarij abſentis inter
præſentes diſtributio.*
7 quartali, iuxta ordinationē, inter alios, qui non fuerint eo tem-
pore abſentes, diſtribuet.

Pluribus eodem tempore abſentiæ uenia nõ eſt concedenda.

Neq; pluribus codẽ tempore,& prẹſertim plus quàm duo- 9
bus,tribus aut quatuor Aſſeſſoribus,abſentiæ uenia cõtedať.

Abſentis Aſſeſſoris acta ſi res feſtinationem poſtulat, Aſſeſſoribus præſentibus tradantur.

Tum & hoc caueat præuideatq; Cameræ Iudex, ſi cui ue- 9
niam abſentiæ largiatur,an acta penes ſe habeat, quæ feſtina-
tionem requirant,nec reditum eius expectare queant,ut ea ab
illo auferantur,atq; alijs ad referendum tradantur. Alijs actis
lectoribus interea,dum ille reuertatur,commiſsis.

Ad Iudicem tanquam caput cauſæ, omnia dirigantur.

In uno Iudice ſeu Prætore ipſo maximũ cauſarũ negotiorumq; momentum eſt.

Pretori quomodo & quanto tempore abeſſe liceat.

Quoniam uerò Cameræ Iudex caput eſt,quo cauſę omnes 10
& negocia ex præſcripto ordinationis diriguntur ac perfici-
untur: Ideoq; maximum momentum in hoc uno ſitum eſt, 11
ſibi quoq; hanc ipſam prædictam legem abſenti rogatam
putet.Habeat tamen præter ſolennem ſeu maiorẽ uacantiam 12
quotannis quatuor ſeptimanas,dum (rebus ita ſuis poſcenti
bus) Aſſeſſoribus qualibet uice indicatis,ipſisq; ſcientibus &
conſentientibus ſibi abeſſe liceat.

De ueſtitu, alioq́ habitu; ſeu moribus Aſſeſſorum. Tit. 8.

Veſtitus Aſſeſſorum ſit honeſtus decensq; uita, pariter & mores.

ASSESSORES, cùm à Cæſarea Maieſt. ab Ele- 1
ctoribus, Principib. et Statibus ſacri Romani Im-
perij ad Celſitudinem Iuſtitię ordinati ſunt,ac lo-
co illorum conſideant, decenti ueſtitu habituq;,ac
alijs moribus & uitæ conſuetudine ita ſeſe honeſtè ac præcla-
rè exhibeant,ut nobis,Statibusq; Imperij honori ſint decoriq;
apud omnes in externa uita, quemadmodum & iure exiſti-
mari debebunt,& ſtatum eorum maximè decebit.

De Iudicis Cameræ officio in genere. Tit. 9.

Prætor ſeu Iudex caput eſt Iudicij.

Iudex proceſſus & negocia forenſia ubiq; dirigat, & mulctet ſupinos & negligentes.

QVANDOQVIDEM Camerę Iudex noſter, 1
ut ſuprà diximus,caput eſt,eiusq; officij,uolumus
ipſum omnes cauſas,proceſſus,et negocia in cõſul
tationibus,deliberationibus & Iudicio,ac aliàs ex
præſcripto huius ordinationis dirigere & informare,ita ut 2
hãc noſtram Iudicij ordinationem certò ſciat,intelligat,eiusq;
plenè peritus atq; expertus ſit: aduertatq; diligenter coram Iu-
dicio,in conſilio ac deliberationibus,aliasq; fideliter, ut ea in
omnibus articulis & punctis firmiter obſeruetur,perficiatur,
ac in contrarium illi nihil admittatur,aut præſumatur. Tene-
tur autem quouis tempore,mediante Iuramento ſuo,Iudicij
perſonas negligentię, lapſuum, erratorum ac tranſgreſsionũ
ſuarum arguere,mulctare & punire, Mulctas quoq; per Pe-

Iudex ab Aſſeſſoribus, alijsq; Iuſtitiæ miniſtris reuerenter habeatur, & colatur.

dellum extorquere,nec ulla de cauſa remittere.Quin et ita ſuo 3
fungi officio,ut ab Aſſeſſoribus, alijsq; perſonis uereatur &
colatur, eiusq́ mandatis legitimo metu ubique magis obſe-
quatur.

De Iu-

De Iudicis Cameræ officio in conſilio ac conſultationibus. *Tit.* 10.

Iudicem decet prouidere, ut deliberationes, Relationes & ſuffraga ordine fiant.

1 PRIMVM, ut Cameræ Iudex noſter quouis tempore cauſas, de quibus deliberandum, uel referendum ſit, quantum fieri poteſt, intelligat: tum et ſciat, qui Aſſeſſores in relationibus ac uotis ſuis gnari ſint ac diligentes, nec ne, ſuum in eos exercens officium, ipſe quidem, alijq́ue Comites & Domini, qui Iudicis Cameræ loco in ſecundarijs conſultationibus præſident, quouis tempore relationes & ſuffragia Aſſeſſorum diligenter attendant aduertantq́ue: eoq́ue connitantur ac elaborent, ut eiuſmodi relationes & ſuffragia ordine iuxtà ac diligenter fiant. Ac ſi

Superuacaneæ diſputationes, & non neceſſariæ allegationes uitentur.

2 qua in his ignauia, confuſio, turbatioq́ue ordinis, aut ſuperuacaneæ diſputationes, ſuperfluæ allegationes ac repetitiones, quibus cauſæ differantur, & aliæ relationes impediantur, emergāt atq́ue uſurpentur, ne ea permittāt, ſed ſuo in his officio utantur, ſemperq́ue curent, quo relationibus maturè locus detur, nec tempus conſultationis temerè ac inutiliter teratur ac pereat.

De diſtributione actorum inter Aſſeſſores.

Cauſarum acta ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur.

3 Vt autem cauſarū, de quibus referendū eſt, acta inter Aſſeſſores maiori æqualitate diſtribuantur, ac ordine referantur, nec mora non neceſſaria nectatūr interueniātue, ordinamus atq́ue ſtatuimus, ut prius acta, in quibus decernendum eſt, aut interloquendum, & in id quidem concluſum eſt, in Cancellaria maturè compleantur, ac ante proximum Iudicialem diem quouis tempore ad referendum tradantur. Sed alia acta,

Singulis Sabbati diebus acta per Lectorem inter Aſſeſſores diſtribuantur.

4 in quibus ad diffinitiuè pronunciandum, uel aliàs prouidenter interloquendum eſt concluſum, Cameræ Iudex noſter ſingulis Sabbatis per lectorem inter Aſſeſſores in præſentia ipſorum ex ordine diſtribuat: prius quidem catalogo ſeu Regi-

Lector ex Catalogo & ordine acta Iudicialia diſtribuat.

5 ſtro ſuo, quod ad manum habeat, perſpecto, ut deinceps ponetura: ut ab Aſſeſſoribus requirat, quam quiſq́ue cauſam habeat, præſertim uerò ſi quæ breui explicari non poſsit: eum me-

Grauior ac prægnans cauſa prius ac potius expediatur.

6 dio tempore cum alijs diffinitiuis non grauet aut impediat, ſed arduam illam ac prægnantem cauſam expedire potius ſinat, atq́ue interea dum illa explicatur, interlocutorias tantùm, Decreta ac Receſſus referendos committat. Tum quoque

Nemo Aſſeſſorum præ alio multitudine cauſarum ſeu actorū prægrauetur.

7 iuxta merita & conditionem cauſæ, ac qualitatem Aſſeſſorum eo modo diſtributionem faciat, ut non tantùm æqualitas, quantum fieri poteſt, & cauſa feret, inter Aſſeſſores obſeruetur, & nullus præ alio multitudine cauſarum prægrauetur: uerumetiam ne partes in cauſis earum periclitentur aut damnificentur remorentūrue. Ratio autem cumprimis in eiuſmo-

Veterum ac priuilegiatarum cauſſarum ratio habenda, ut præcedãt.

di diſtributione habenda eſt ueterum ac priuilegiatarum cau 8
ſarum, ſiue interloquendum ſit ſeu diffinitiuè pronunciandum, nimirum ut præcedanr, ac præ alijs ad referendũ committantur.

Acta ad pronunciandum diffinitiuè ijs dentur, qui de illis prius interlocuti ſunt, aut decreta fecerunt.

Eò quoq; Cameræ Iudex noſter, quantum poſsibile eſt, 9
conniti debet, ac reſpicere in eiuſmodi diſtributione, ut acta diffinitiuè referenda his tradanrur, qui prius interlocutoriè ſeu interloquendo illa retulerant.

Grauiorum cauſarum acta primum referenti, deinde correferenti tradantur.

Item Iudex Cameræ acta, in quibus diffinitiuè, aut aliàs ad 10
interlocutoriam, quæ in arduis cauſis uim habeat diffinitiuæ, concluſum eſt, quouis tempore duobus Aſſeſſoribus ad referendum tradat: & ſi primus, utpote referens, ea perlegerit, reddat Cameræ Iudici: quæ tunc alteri Aſſeſſori idem Iudex Cameræ ad correferendum præbeat, Lectis uerò ſumma diligentia ab utroq;, & referente & correferente, debet relatio

Relatio et referentis et correferentis ſimul & coniunctim fieri debet.

ſimul coniunctim fieri: Et nulli Aſſeſſorum, præſertim eorum, 11
qui noui ac recentes aduenerunt, aut alioqui referendi con-

Nulli recentium Aſſeſſorũ uni relatio abſque correferente permittatur.

ſuetudine non benè exercitati ſunt, abſq; correferente ad re- 12
ferendum admittantur.

Actis ad eum modum, quo diximus, reuiſis atque relatis, 13

Preter neceßitatẽ acta ad referendum denuò dari non debent.

non debent illa temerè à Cameræ Iudice denuò ad referendum præberi, niſi res tam prægnans arduaq; eſſet, cauſæq; maximæ, ut neceſſe putaretur. Aſſeſſoribus tamen, qui Relationi interſunt, ſi quicquam dubij ſuboriatur, ut reuidenda

Quando acta denuò ſint reuidenda.

eſſe acta putent, & ſi quid aliud ſeciùſue quàm relatum ſit, in- 14
ueniant, id quidem in conſilio ſuffragijs ſuis ut indicent, non tantùm non ereptum aut præcluſum ipſis, uerumetiam, ut ita faciant, iniunctum eſſe debet.

Acta ad referendum Aſſeſſoribus tradita abſque Iudice in Archiuum non à Lectore ſeponantur.

Cameræ Iudex noſter in eo quoq; ſedulus ac diligens ſit, ut 15
acta, Aſſeſſoribus ad referendum tradita, priuſquam expediantur, citra eius præſentiam in Archiuum non ſeponantur recondanturq;, aut à Lectore recipiantur.

Catalogi duo diſtributorum actorum conficiantur.

Vtq; Cameræ Iudex quouis tempore ſciat, quæ penes Aſ 16
ſeſſores acta ſint, quàue ſedulitate ac diligentia quiſq; in referendo præſtet, duo Catalogi ſeu Regiſtra ipſius diſtributionis conficiantur, quorum unum Iudex Cameræ, alterum Lector teneat, in quibus ea acta, quando, quo tempore, & qua ſuper re concluſum, & cuinam Aſſeſſori ad referendum aut correferendum tradita ſint, conſcribatur ac conſignetur.

Pretor omni tempore conſultationũ ad manus habeat Album ſuum ſeu Catalogum.

Cùm autem iuſſerimus ac uoluerimus, ut cauſæ, in quibus 17
iam concluſum eſt, primùm, quantum fieri poteſt, decidantur ac pronuncientur, Cameræ Iudex noſter, quoties in conſilio cauſa aliqua ad referendum proponitur, Catalogum ſuum

atq;

atq; Regiſtrum, (quod omni tempore co[n]ſultationum ad
manus habere debet) inſpiciat, diligenterq; aduertat, ut hæc
18 ita præſtentur, utq; in ueteribus cauſis primùm & antè quàm
in nouis concludatur, referatur, atque expeditio fiat: Sicu-
bi etiam Aſſeſſor nouam aliquam, in qua concluſum eſt, uete-
ri præferendam eſſe duceret, nequaquam id concedere aut
19 permittere debet, quinimo iniungere illi atque præcipere, ut
ueterē prius in manus ſumat, cauſasq; præbitas ordine quam-
que ſuo referat: Niſi idem Aſſeſſor uetuſtiores & antea
concluſas cauſas ad correferendum reddidiſſet, uel noua illa
concluſa, ſpolij eſſet, aut aliàs præ cæteris ex Iure & ordina-
tione hac priuilegiata, aut per eundem Aſſeſſorem graues ac
legitimæ rationes adducerentur, quamobrem eadem cauſa
alijs anteferenda eſſet. Quæ res auditis rationibus, Cameræ
Iudicis aliorumq; Aſſeſſorum iudicio ſtabit, ac diſcutietur.

Antiquæ cauſæ primum expediantur.

Recentes aut nouæ cauſæ quando ueterioribus ad referendum præponantur.

20 Partibus item ac earum Procuratoribus importunè non-
nunquam interpellantibus ac ſollicitantibus, Cameræ Iudex
noſter indicare non debet, cauſas earum ad referendum di-
ligenti alicui, aut non diligenti referenti traditam eſſe: neque
eiſdem partibus ſpem præbere, cauſam alio quàm ſuo modo
ac ordine referendam, ſe promoturum eſſe. Sed eo ſemper
reſponſo uti, eoq; oris habitu, ut inde, quiſnam referens ſit,
aut quo tempore, quo item in conſilio cauſa aſſumpta ſit, liti-
gatores ſuſpicari nequeant.

Prætor ſeu Iudex litigatoribus non indicet per quem aut quando cauſa referenda ſit.

21 Porrò ordinamus, ut Aſſeſſores, ſeu plures ſeu pauciores
in Iudicio fuerint, in duas aut tres diffinitiuè conſultandi claſ-
ſes partiantur, inque ſingulis Aſſeſſores octo ac unus Co-
mes ſeu Dominus à Cameræ Iudice noſtræ ordinentur: re-
liquos autem Aſſeſſores ad fiſcales cauſas, & Iudiciales receſ-
ſus, decreta atque interlocutorias uſurpet. In hac uerò parti-
22 tione ſingularem Cameræ Iudex noſter diligentiam præſtet,
ut referentes & correferentes, quantum fuerit poſsibile, uno
eodemq; conſilio coniungantur, ſeruata ubique perſonarum
æqualitate, nimirum ſic, ut ſeniores, periti, ac uſitati Aſſeſſo-
res, & qui cæteris ſunt diligentiores, quiue ſunt antiquæ Re-
ligionis, aut Auguſtanæ Confeſsionis, non ſimul eodem con
ſilio, ſed in duas illas aut tres deliberationum claſſes commi-
ſceantur ac diuidantur.

Binæ claſſes Aſſeſſorum conſtituantur, aut tres diffinitiuè conſultantur.

Diligenter uideat caueátque Prætor, ut æqualitas in deliberantium claſsibus ſeruetur.

23 Semel autem his claſsibus ſeu hac diuiſione conſtituta, non
porrò debet abſq; certis cauſis & rationibus is ordo immuta-
ri, nec perſonæ ipſæ transferri, quin potius medium annum
ad minus, aut tria anni quartalia, aut etiam, ſicubi utile eſſe pu
tatur, integrum annum obſeruetur, ad præcauenda omnia in

Ordo Aſſeſſorum deliberantium ſemel conſtitutus non facilè aut breui debet immutari.

referendo obſtac a atque impedimenta,quę mutato delibe‑rationum ordine poſſent accidere.

Vbi ſingulæ claſſes deliberantium Aſſeſſorũ, & quo tempore conueniant.

Facta autem partitione hac,Cameræ Iudex efficiat,ut ma‑nè deliberationis tempore quiſq; Aſſeſſorum ſuo loco,& non in communi conſultationum conclaui aut hypocauſto con‑ueniat. 24

Iuſtus relationum ordo ſeruandus, & non ſeruantem puniat prætor.

Iudex quoque Cameræ, & Comites,ſeu Domini,qui con‑ſilijs ac deliberationibus præſident, diligenter aduertant cu‑rentq;,ut debitus iuſtusq; relationum ordo ſeruetur: præci‑puè uerò ut Aſſeſſores eo, quo ab initio conſederunt, ordine, donec alternatio conſiliorum fiat, quouis tempore conſul‑tando conſideant, eoq; ordine ſuffragia, uota, & relationes exequantur. Si quis Aſſeſſorũ eo ordine non referret,ſeu rela‑tionem tranſgrederetur,à Cameræ Iudice aut præſidente in‑terpellatus, is omiſſæ relationis ſuę rationem reddat. 25

Supinus in officio & ignauus Aſſeſſor à Iudice mulctetur.

Cauſa cognita, quam Cameræ Iudex aut præſidens non probabilem aut ſufficientem putaret, idq; ſemel atq; iterum contingeret, ut Aſſeſſor ſuo in officio ignauus atq; indiligens reperiatur,ex præſcripto ſanctionis huius, (ut in Titulo ſu‑prà de inhabilitate Aſſeſſorum) contra illum procedat. 26

Aſſeſſoris diffinitiuè referentis tranſpoſitio ad interloquentiũ claſſem.

Si quis Aſſeſſor inter ſecundæ aut tertiæ claſsis diffinitiuè conſultores,ſuo ordine retuliſſet,ac pręterea interlocutorias, Receſſus aut decreta penes ſe haberet concepta ac meditata,et ſuper quibus ad referendum paratus & expeditus eſſet,hunc Cameræ Iudex ſeu præſidens ea ex claſſe, ad Receſſuum con‑ſultores tamdiu dimittat, donec illa perficiat expediatq;: ac alium in eius locum Aſſeſſorem, è Receſſuum conſilio in illud tempus in diffinitiuè conſulentium claſſem tranſponat. 27

Iudex Cameræ in referendo et uocando Aſſeſſores non impediat.

Item Iudex Camerę Aſſeſſores in relationibus,uotis & ſuf‑fragijs non impediat,aduertat autem fideliter, ſeſe Aſſeſſores mutuò in relationibus diligenter ut audiant,ne quis alius uo‑cem uotaq; interfando impediat, ut diuerſæ opiniones atque informes contrarietates euitentur. 28

Deambulationes et colloquia relationis tempore prohibeantur.

Ne item diſiunctim exur‑gant, circumeant, deambulent, aut de alijs rebus inter ſe col‑loquantur, ſeu legant, neq; in referendo quicquam aliud in‑feratur,ſed iſti rei ſolùm ac diligenter incumbant. 29

Supplicationum tractationi priuatum tempus deputetur à Iudice.

In concipiendis diffinitiuis & interlocutorijs nullæ Sup‑plicationes, aut aliæ cauſæ proponantur ſeu intermiſceantur: quin aliud conueniens ac certum tempus ſeu hora, à Cameræ Iudice & Aſſeſſoribus ad Supplicationes & decre‑ta ſeu Receſſus deputetur,ſeduloq; prouideatur ut expedi‑antur, ne in triduum aut quatriduum differantur, aut negli‑gantur. 30

31 Eſt & hoc Cameræ Iudicis noſtri, operam dare & obſeruare, ut ad eiuſmodi Supplicationes, decreta illa, & receſſus per Notarium aliquem, & non per Aſſeſſores conſignentur, ſcribanturq́.

Notarius aliquis Supplicationes, nec quiſquam Aſſeſſorum conſcribat.

32 Præſtet hoc quoque Cameræ Iudex noſter, ut quiſque Aſſeſſorũ ad horam conſilij, ſimiliter & Protonotarius ad conſultationem maturè adſit, nulla, niſi legitima excuſatione admiſſa.

Aſſeſſores & Protonotarius ad horam conſilij & conſultationis maturè praſtò ſint.

33 Item, ſi qua in cauſa concluſum eſt diffinitiuè, aut alioqui magni momenti ſententia tractanda fuerit, Iudex Cameræ Aſſeſſoribus, ut conſilium ſeu conſultationis locum egrediantur, non concedat, niſi ea ſententia iam concepta ac mox in conſilio palàm recitata perlectaq́;, & ſuum in Codicẽ relata, perq́; Referentem ſubſcripta fuerit.

Conſultationis locum ſeu conclaue Aſſeſſores antè non egrediantur, quàm ſententia recitata & ſubſcripta fuerit.

34 Neque Cameræ Iudex noſter permittat cauſas pleno omnium Aſſeſſorum conſilio, præter neceſsitatem, ac ubi cauſa id non ſummoperè poſtulet, deliberari, ubi & ſibi & Aſſeſſoribus non neceſſarium fore uidebitur, utpotè infrà ſub Titulo, de Aſſeſſorum officio in conſultando, latius recenſebitur.

Præter neceſsitatem tenuis aut exigua cauſa pleno Aſſeſſorum conſilio non diſceptetur.

35 Iam & hoc curet Cameræ Iudex noſter, cùm uenia Aſſeſſori alicui abſentiæ conceditur, ut acta, quæ penes illum erant, interea temporis in Archiuum referantur, atque reuerſo reddantur: At ſi inter hæc fortè una pluresq́; cauſæ fuerint, quæ feſtina explicatione indigeant, aut in quibus ad interloquendum decernendúmue concluſum ſit, neque in aduentum illius differri poſſent, ea quidem acta interea alij ad referendum præbeantur, quemadmodum antè ſub Titulo de uenia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ſtatutum eſt.

Acta abſentis Aſſeſſoris in Archiuum reponantur, aut alij præbeantur.

36 Eò autem Cameræ Iudex noſter, aut ſuo loco præſidentes ad ſuffragia, uoces uotaq́; attentiores ſint, ut ſciãt, an et quando uotis collectis in conſilio, altera rogatione ſeu deliberatione circulari opus ſit: quandoquidem hæc ſecundaria quæſtio matura deliberatione fieri oportet, ne, auditis ordine Aſſeſſoribus etiam maioribus in prima uotis, ſi ex re fore arbitratur, illa intermittatur, caſu autem quo neceſſe non eſſet, tempus fruſtra atq; inutiliter perdatur.

Iudex ad ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcenda ſit attentior.

37 Altera hac aut tertia interrogatione Iudex Cameræ proſpiciat, ne Aſſeſſores in ſuffragijs, uocibus uotiſq́; dandis nimium breuitati ſtudeant, præſertim etiam ne illa, quæ prius ipſi alijue in deliberationibus ac conſultando propoſuerant, prolixè rurſus, & ad longum repetantur.

In ſuffragijs dandis breuitati non nimium ſtudendum eſt.

Acri-

binas perſonas, uidelicet unam Iuris doctrina & dignitate decoratam: alteram quidem ex nobilibus dare teneantur.

Sex Circuli, qui ius habent præſentandi. Tit. 2.

Nominatio ſex Circulorum, qui ius habent præſentandi.

PRIMVS Circulus indicat Bambergenſem, Herbipolenſem, Acyſtetũ, Marchionem Brandenburgenſem, Burgrauiũ Norimbergæ, Comites, Barones, & Imperij ciuitates circùm poſitas & locatas. 1

Secundus Circulus indicat Archiepiſcopatum Salſpyrgenſem, Freiſingenſem, Ratisbonenſem, Paſſauienſem, principatum Bauaricum.

Tertius Circulus monſtrat Conſtantienſem, Auguſtanũ, Epiſcopatum Churæ, Ducatum Vuirtembergenſem, Marchiones Badenſes.

Quartus Circulus præbet Vuormaciam, Spiram, Argentinam, Baſilæam, Abbatem Fuldenſem, Duces Ioannem & Vuolffgangum Bauariæ, Lotharingiam, Vueſterichiam, Haſſiam, Vuederauiam.

Quintus Circulus exhibet Paderæ fontes, ſeu Paderbornenſem Epiſcopum, Leodienſem, Verdonenſem, Monaſterienſem, Ducem Iuliacenſem, Bergenſem, & Cleuenſem, Gellrienſem, Comites à Naſſau, Comites à Seynau, Comitem à Firnenberga, inferiorem Eiſſenbergium, inferiorem terram ad Moſam uſq; ad hunc circulum pertinentem.

Sextus Circulus oſtendit principatum Saxoniç, Marchionem Brandenburgenſem, Brunſuicenſes, Thuringenſes, Megaloburgenſes, Stetinenſes, Pomeranos, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, Bremenſem, Hildesheymenſem, Halberſtatenſem, Merſeburgenſem, Neunburgenſem, Meichſnenſem ſiuè Miſniæ, Brandenburgenſem, Lubecenſem, Hauelburgenſem.

Per hanc Circulorum partitionem ac ciuitatum nominationem nemini quicquam iuris auferri ſeu prærogari debet: quinimò in ſingulis prædictis Circulis ij præſentare, qui ius præſentandi habent, eoq; hactenus uſi fuerunt, poſſunt.

De qualificatione & idoneitate perſonarum Iudicij Cameræ, & Aſſeſſorum. Tit. 3.

Iudicium Cameræ eſt ſupremum tribunal in Germania.

A Iudicio Cameræ non appellatur.

QVAndoquidem autem Iudicium (noſtrum) Cameræ præcipuum ac ſupremum in Imperio tribunal exiſtit, à quo, iuxta ordinationem noſtram, prouocari ſeu appellari non debeat: tum & eo animo ſententiaq; ſumus, eiuſmodi Iudicium quouis tempore aptis idoneiſq;

idoneiſq; perſonis cingi atq; ornari: Sancimus ac uolumus,
3 ut Iudex noſter Cameræ egregia atq; decora ſit perſona, ex Imperio Teuthonicæ nationis oriunda, cuius morem, conſuetudines, uſuſq; ueteres ac laudabiles non ſolùm cognitos habeat, uerùm etiam ipſe per ſeſe prudens atq; intelligens ſit, gnarus ac dexter ad Iudiciales proceſſus dirigendos, partes item contendentes pro explicatione ac determinatione cauſarum fideliter promouendo. Et quidem alioqui talis eſſe debet, hacq; uirtute præditus, in quem omnes cæteræ perſonæ Iudi-
4 cij Cameræ ſuos coniectos atq; intentos habeant oculos, eum metuant ac reuereantur: quiq; eum ſe in adminiſtranda functione ſua, gerendoq; munere præbeat, cui debitam reuerentiam atq; obſequium cæteræ perſonæ Iudicij Cameræ ultrò præſtandum eſſe exiſtiment.

Iudex Cameræ egregia ſit ac decens perſona, ex natione Teuthonica oriunda, conſuetudinũ & morum paternorum gnara.

Prætorem ſeu Iudicem Cameræ colant ac reuereantur cæteræ Iudicij perſonæ.

5 Aſſeſſores item honeſtæ uitæ, ſpectatæ integritatis, ac morum eſſe decet, legitimis & honeſtis parentibus prognatos. Ac
6 cumprimis quidem duo illi Comites aut Barones idonei ita aptiq; ſint, ut alter abſentis Iudicis Cameræ, aut ſeriò impediti locum quouis tempore tenere, atq; officio fungi poſsit. Iam
7 & Aſſeſſores iuriſſcientia, inſtructi pariter & decorati, ſuo ſe nomini ſtatuiq; conformes gerant, locum ſuum teneant, ſint egregij, eruditi, docti, rerũq; experti, idonei, prudentes, qualificatæ perſonæ, Teuthonica natione oriundi, cuius nationis morem, uſus, conſuetudines exploratas habeant: qui & propoſitas iuridicas cauſas, reſq; legitimas referre ſciant, qui antè quoq; in Vniuerſitatibus profeſsi aut prælegerint, aut quinquennium Iuri ſtuduerint, atq; aduocationibus & practicis exercitati ſint, quàm in Aſſeſſorum numerum cooptentur. Alij
8 uerò qui ex nobilibus aſſumuntur, ſi qua fortè Iuris inſignijs aut celebritate ornati non fuerint, tamen æquè etiam Ius calleant, ac cauſarum Iudicialium periti ſint & experti: non minus quidem quàm & illi ad referendum Iudiciales cauſas apti atq; idonei. Vbi autem tales præmiſſo modo ornati atq; idonei haberi non poſſent, horum loco alij eruditi, decorati atq; periti uiri, pragmaticæq; intelligentes perſonæ, etiamſi ex nobilibus non ſint, ut dictum eſt, recipiantur.

Honeſtæ uitæ, ſpectatæ integritatis ac morũ ſint Aſſeſſores, ac legitimis orti parentibus.

Vterq; Comes aut Baro ſit idoneus, et ad Iudicis munus gerendum aptus.

Aſſeſſores iuris ſcientia ſint inſtructi pariter & decorati.

Aſſeſſores ſi titulo Iuris non ſunt ornati, tamen ius calleant.

9 Speciatim uerò ordinamus ac uolumus, Iudicem Cameræ & Aſſeſſores coniunctim ac diuiſim, qui iſta uice & hoc tempore per nos tantùm, & deinceps per nos & Principes Electores & Circulos quouis tempore præſentabuntur ac ordinabuntur: Similiter & aliæ perſonæ Iudicij Cameræ, religioni catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſe conformes gerant, nulliq; ſpeciali aut priuatæ Sectæ adhæreant. Quòd ſi in hoc inobedientes

Iudex et Aſſeſſores religioni Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ conformes ſe gerant.

Hoc correctum eſt ita, ut utriuſq; Religionis, & ueteris, et Auguſtanæ confeßionis perſonæ præſentari ac recipi

poßint, iuxta receſſum Auguſtanū, Anno 1555. & ibi factam ordinationē Iudicij Cameræ.

obedientes inueniantur,quicunq; is fuerit, habebit Iudex noſter Cameræ,mandatum ac poteſtatem,illum illōſue de ſuo officio deponendi:quod etiam Iudex noſter Cameræ,ad noſtram indignationem euitandam,ſtrenuè tenetur exequi.

Appendix Regius.

Neutra uerò Religionis partium Aſſeſſores ac Iudicij Cameræ perſonæ,alter alterum ea propter aſpernetur,contemnátue,aut quicquam inſimulationis præſumat: quinimò beneuolentiam,bonamq; uoluntatem utrinq; alter alteri omnibus modis exhibeat, quō pacificè & tranquillè unà ſimulq; perſiſtere, commorariq; poſsint ac ualeant.

Qui in diſcedentium Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum locum alij collocentur,ac quales eſſe debeant. Tit. 4.

Quis ſit in decedentis prætoris locum ſurrogandus.

CVMQVE uenerit uſu Cameræ Iudicem noſtrum 1
obire mortem, aut aliàs ſuum officium relinquere,nobis,aut,ſi peregrè extra Imperium fortè erimus,dilecto fratri noſtro Romanorum Regi per Aſſeſſores quantocyus ſignificari debet, ut alium ipſi,aut loco noſtro,dilectus frater noſter Rex Romanorum,Cameræ Iudicem in demortui locum ſurrogemus. Ne qua uerò medio tempore tribunal Cameræ remoretur ac ferietur: ſicubi defunctus Iudex Cameræ ipſe, dum uiueret,conſilio conſenſuq; Aſſeſſorum neminem in ſuum locum deputarit, debent Aſſeſſores Comitum aut Dominorum alterum aliquem ex ipſis in Iudicis Cameræ locum deligere,qui munus hoc, donec nos,aut frater noſter dilectus, Romanorum Rex,ordinauerimus,adminiſtret. Caſu autem, quo Comitum eorum aut Dominorum quiſpiam Cameræ Iudicio aſsidens per nos aut dilectum fratrem noſtrum Regem Romanorum in Cameræ Iudicem confirmaretur ac ordinaretur, tunc quidem eiuſdem Aſſeſſoris locus alio Comite aut Domino,per nos, aut nobis abſentibus,per dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem,prouidebitur.

Aſſeſſorum mißio & ſurrogatio quomodo fieri debeat.

Si quis Aſſeſſorum autem de ſuo aſſeſsionis ſtatu decede- 2
re uolet,is Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus,id ſex menſibus antè denunciare & ſignificare debet,quàm diſcedat:interea hoc tempus ſex menſium poſt miſsionis petitionem nihilominus in ſuo Aſſeſsionis officio perſtare tenebitur: Niſi ante finem ſex menſium alius ſuum in locum præſentetur, qui diſcedentis locum functionemq; mox occuparet. Tunc in diſceſſuri uoluntate atq; arbitrio ſit,illi,qui ſuum in locum præſentatus

ſit,ante

ſit, ante finem ſex menſium cedere, aut tempus iſtud ſuo in officio permanere.

3 Quòd ſi Aſſeſſorum quiſpiam, ut iam dictum eſt, morte, aliáſue decedat, Iudex noſter Cameræ id quidem abſq; mora Statui aut Circulo illi, à quo decedens obiénſue Aſſeſſor datus aut nuncupatus fuerat, ſcripto denũciare ac ſignificare, adeóque eum Statum etiam aut Circulum requirere debet, ut iuxta hanc ordinationem intra ſex mẽſes alium in eius, qui obijt aut deceſsit, locum offerant ſeu præſentent, hac appendice, ſi qua id intermiſſum fuerit, quòd Iudex Cameræ & Aſſeſſores effluxo illo tempore idoneam perſonam ad præſcriptum ordinationis huius ſuſcepturi eſſent. Ad hanc monitionem ac

Aſſeſſore aliquo moriente, Statui aut Circulo mox indicetur, ut intra ſex menſes alius in defuncti locum ordinetur.

4 requiſitionem idem Status aut Circulus in eius, qui obijt uel deceſsit, Aſſeſſoris locum, intra ſpacium ſex menſium poſt factam ſignificationem, duas aut tres alias ęgregias, idoneas, peritas, & prædicto modo qualificatas perſonas præſentare debet. In qua pręſentatione omninò etiam cautum uolumus, ut eę perſonę nõ fauore aut praxi machinationeq; aliqua promoueantur, ſed ut qualitas ſolùm atq; idoneitas perſonarum reſpiciatur, attendaturq;.

Qualitas perſonarum præſentandarũ & idoneitas attendatur, non fauor.

5 Ex quibus hoc modo præſentatis Iudex Cameræ & Aſſeſſores, unum Aſſeſſorem in demortui locũ deligant cooptẽtque. Matura tamen ac diligenti facta percunctatione, quis præſentatorum ſeu oblatorum eruditiſsimus ac maximè ad

Delectus præſentandarum perſonarũ per Prætorem habendus.

6 iſtud Aſſeſsionis munus idoneus fuerit. Præcipuè autem, ut is, qui ab ipſis deligitur, in Academia ſeu Vniuerſitate profeſſus ſit atq; prælegerit, aut ad minus ad quinquennium Iuri ſtuduerit, & in cauſis Forenſibus ſeu Iudicialibus Aduocationes ac praxin exercuerit. Si taliuſmodi forſan nullus inter eos reperietur, & præſentati alieni, ignoti, et ad Aſſeſſorium munus inepti reputentur, Iudex Cameræ & Aſſeſſores (ſicubi necdum ſex menſium tempus effluxum eſſet) Statibus id aut Circulis, à quibus illi præſentati fuerunt, ſignificent, ac rogent, alios idoneos ut præſentent, ſiſtantq;.

Qualis eſſe debeat præſentatus Aſſeſſor.

7 At ſi qui prędicti Status aut Circuli in nominatione ac pręſentatione talium perſonarum, ultra ſex menſium tempus factæ certificationis ſeu ſignificationis, aut intra hoc ſpacium non aptas atq; idoneas perſonas ex præſcripto huius ordinationis, qualificatas pręſentare poſthabuerint atq; ceſſauerint, Iudex Cameræ & Aſſeſſores iam nunc atq; deinceps unum ex Status eiuſdem aut Circuli ditione, patriaq;, ut præfertur, ſi qui in ea tales reperiant: Aut ſi non reperiantur, ex proximis uicinis Circulis in demortui abſentiſq; Aſſeſſoris locum reci-

Quid agendum, ſi tempus præſentationis elabatur, nec idoneus reperiatur. Originarij an extraneis ſint præferendi in officijs, Vide obſeruat. D. Mynſingeri, 30. Cent. 4.

piendi facultatem poteſtatemq; habeant. Ac ne Cameræ Iudicio perſonæ quouis tempore deficiant, ordinationi huic deinceps rectè fiat ſatis, pareaturq;.

Vnus tantùm præſentatus, idoneus ſi fuerit, recipiatur in Aſſeſſorem.

Si contingat quoque, ut caſu prædicto, ubi duo aut tres in 3 demortui locum præſentari debeant, unus tantùm præſentaretur, & is, ex præſcripto ordinationis huius, aptus idoneusq; inueniretur, Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, hunc ipſum recipiendi ſit poteſtas.

De inhabilitate Aſſeſſorum, & ut amoueri debeant. Tit. 5.

Receptus ſi muneri fungendo impar fuerit, amoueatur.

NEC prædicto caſu tantùm præſentatæ perſonæ, 1 ſi ad Aſſeſsionis ſtatum & conditionem inepti reperiantur, admitti non debent, uerùm etiam, ſi admiſsi receptiq; fuerint, ac poſtea in relationibus ac ſuffragijs dandis non ſatis eruditi, uſitati, & periti, aut alioqui uitæ non probatæ, aliaue de cauſa reprehendendus quiſpiam eſſet, ac inidoneus, debebit per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores, mediantibus iuramentis, rurſus amoueri.

Admonitio, quomodo fieri debeat à Prætore contra delinquentem uel inidoneum.

Eundem uerò inidoneum Iudex Cameræ primùm in præ- 2 ſentia duorum aut trium Aſſeſſorum, & ſi nõ audierit, in conſpectu omnium Aſſeſſorum admonebit, ignauiam illi, imperitiam, & defectum ſuum aperiat, & commonefaciat, ſignificans ex præſcripto Ordinationis contra ipſum agi oportere: Itaq; uiam inueniat modumq;, ne quod ſibi aut Iudicio dedecus inde oriatur. Quòd ſi needum reſipiſcit, aut uitio illo abſtinet, Iudex Cameræ quouis tempore, communicato cum Aſſeſſoribus conſilio, Principi aut Circulo, qui huc illum prouexerunt, ſignificet ac notum faciat. Tum idem Status aut Circulus Iudicii Cameræ de alio apto atq; idoneo intra præſcriptum tempus ſex menſium prouidebit, atq; reſtituet. Si qua id minus intra præfixum tempus ſex menſium fieret, ac quidem omitteretur, ſanctionem præſcriptam, ut proximo articulo dictum eſt, ſequantur.

Cameræ Iudicem & Aſſeſſores uni Iudicio huic deuinctos eſſe, atq; incumbere. Tit. 6.

Soli huic iudicio incumbant Aſſeſſores, ab omnibus alijs occupationibus uacui.

Abſtineant quoq; ab aduocationibus & cauſarum commiſsionibus ſuſcipiendis.

AD HAEC ordinamus & ſtatuimus, Iudicem Ca- 1 meræ & Aſſeſſores uni Iudicio Cameræ incumbere, & ab omnibus alijs negocijs, mercaturæ, aliarumq; rerum, adeoq; etiam aduocationibus & conſilijs dandis alijs in Iudicijs & cauſis prorſus abſtinere, ne- 2 que porrò Cõmiſsionibus ex Imperiali noſtra Curia, aliáſue moleſtari debebunt.

Idem

IDEM ALITER.

Iudici æquè atq; Aſſeſſoribus iniungimus hac conſtitutione, ut uni Cameræ Iudicio uacent, incumbantq;, nec alijs ſe rebus ullis intromittant: mercaturam non faciant, nec alia negocia tractēt: litigatoribus in alijs Iudicijs nullo pacto aduocent, conſulantue, quin ab his alijsq; omnib. factis ſeſe abſtineant. Deinde & ex Curia noſtra Cæſarea haud ullis ſpecialibus cōmiſsionibus uel alijs negocijs moleſtentur aut grauentur.

In pronunciando quoq;, Iudicialiterq; decernendo Iudex Cameræ & Aſſeſſores, neq; in aliquo quæ dicta ſunt, aut dicentur, nec quidquam porrò, quàm ad quæ deuincti ſunt, obligentur aut impediantur.

De uenia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ſumenda. Tit. 7.

1 CVM hactenus Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, præter uacantias quotannis ſex ſeptimanas priuatis negocijs dari abſentibus permiſſum fuerat, ſed compertum, ex eo magna incommoda ac impedimenta naſci: Ordinamus, eas ſex hebdomades ipſis decidi, quin porrò Iudex Cameræ, & Aſſeſſores ſe Iudicio ſubducere aut abſentare non debeant, nec abſq; uenia (quam Iudex Cameræ ab Aſſeſſoribus, & rurſus Aſſeſſores à Iudice ſumãt) peregrè uel abſentes ſint, neq; cuiquam Aſſeſſorum abſq; legitimis cauſis, quas Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus quouis tempore indicabit, neq; citra conſenſum & conſilium Aſſeſſorum *Deciduntur ſex hebdomadæ Aſſeſſoribus, quibus abſentibus non eſſe liceat.*
2 abſenti eſſe liceat, aut uenia concedatur. Hi tamen, qui in uacantijs ad ſententiam concipiendam minus præſtò ſunt, prærogatiuam aliquam ac libertatem præ cęteris habeant, atq; in impetranda uenia alios præcedant. *In uacantijs præſentes prærogatiuam præ cæteris habeant.*
3 Si autem uenia alicui data plus tempore abſens eſt, id temporis quo longius abeſt, ad decurtationem ſalarij ſupputari, eaq; acceſſio inter præſentes Cameræ Iudicij Aſſeſſores, quòd illo abſente ipſi *Mulcta plus tempore præſcripto abſentis.*
4 onus laboremq; ferunt, diſtribui partiriq; debet. Hæc contra nullæ commendaticiæ literæ à quoquam impetratæ, cuiquam proſint, abſenti ſcilicet nequicquam patrocinaturæ. *Commendatitiæ literæ abſentem nō excuſent.*
5 Et hæc quidem uenia ſeu remiſsio præſente Protonota-
6 rio danda eſt, qui tempus conceſſum ſpaciumq; abſentiæ, ſimiliter & reditum diligenter notet, Quæſtoriq; quouis tempore indicet, qui Aſſeſſori illi, quantum temporis non conceſſi emanſerit, in pendendo ſalario decurtabitur, & quouis *Venia abſentiæ coram Protonotario danda et concedenda eſt.* *Protonotarij munus in dãda abſentiæ uenia.*
7 quartali, iuxta ordinationē, inter alios, qui non fuerint eo tempore abſentes, diſtribuet. *Salarij abſentis inter præſentes diſtributio.*

Pluribus eodem tempore abſentiæ uenia nō eſt concedenda.

Abſentis Aſſeſſoris acta ſi res feſtinationem poſtulat, Aſſeſſoribus præſentibus tradantur.

Neq; pluribus codē tempore, & præſertim plus quàm duo- 9
bus, tribus aut quatuor Aſſeſſoribus, abſentiæ uenia cōcedat.
Tum & hoc caueat præuideatq; Cameræ Iudex, ſi cui ue- 9
niam abſentiæ largiatur, an acta penes ſe habeat, quæ feſtina-
tionem requirant, nec reditum eius expectare queant, ut ea ab
illo auferantur, atq; alijs ad referendum tradantur. Alijs actis
lectoribus interea, dum ille reuertatur, commiſsis.

Ad Iudicem tanquam caput cauſæ, omnia dirigantur.

In uno Iudice ſeu Prætore ipſo maximū cauſarū negotiorumq; momentum eſt.

Prætori quomodo & quanto tempore abeſſe liceat.

Quoniam uerò Cameræ Iudex caput eſt, quo cauſæ omnes 10
& negocia ex præſcripto ordinationis diriguntur ac perfici-
untur: ideoq; maximum momentum in hoc uno ſitum eſt, 11
ſibi quoq; hanc ipſam prædictam legem abſendi rogatam
putet. Habeat tamen præter ſolennem ſeu maiorē uacantiam 12
quotannis quatuor ſeptimanas, dum (rebus ita ſuis poſcenti
bus) Aſſeſſoribus qualibet uice indicatis, ipſiſq; ſcientibus &
conſentientibus ſibi abeſſe liceat.

De ueſtitu, alioq; habitu, ſeu moribus Aſſeſſorum. Tit. 8.

Veſtitus Aſſeſſorum ſit honeſtus decensq; uita, pariter & mores.

ASSESSORES, cùm à Cæſarea Maieſt. ab Ele- 1
ctoribus, Principib. et Statibus ſacri Romani Im-
perij ad Celſitudinem Iuſtitiæ ordinati ſunt, ac lo-
co illorum conſideant, decenti ueſtitu habituq;, ac
alijs moribus & uitæ conſuetudine ita ſeſe honeſtè ac præcla-
rè exhibeant, ut nobis, Statibusq; Imperij honori ſint decoriq;
apud omnes in externa uita, quemadmodum & iure exiſti-
mari debebunt, & ſtatum eorum maximè decebit.

De Iudicis Cameræ officio in genere. Tit. 9.

Prætor ſeu Iudex caput eſt iudicij.

Iudex proceſſus & negocia forenſia ubiq; dirigat, & mulctet ſupinos & negligentes.

QVANDOQVIDEM Cameræ Iudex noſter, 1
ut ſuprà diximus, caput eſt, eiuſq; officij, uolumus
ipſum omnes cauſas, proceſſus, et negocia in cōſul
tationibus, deliberationibus & Iudicio, ac aliàs ex
præſcripto huius ordinationis dirigere & informare, ita ut 2
hāc noſtram Iudicij ordinationem certò ſciat, intelligat, eiuſq;
plenè peritus atq; expertus ſit: aduertatq; diligenter coram Iu-
dicio, in conſilio ac deliberationibus, aliaſq; fideliter, ut ea in
omnibus articulis & punctis firmiter obſeruetur, perficiatur,
ac in contrarium illi nihil admittatur, aut præſumatur. Tene-
tur autem quouis tempore, mediante Iuramento ſuo, Iudicij
perſonas negligentiæ, lapſuum, erratorum ac tranſgreſsionū
ſuarum arguere, mulctare & punire, Mulctas quoq; per Pe-
dellum extorquere, nec ulla de cauſa remittere. Quin et ita ſuo 3
fungi officio, ut ab Aſſeſſoribus, alijſq; perſonis uereatur &
colatur, eiuſq; mandatis legitimo metu ubique magis obſe-
quatur.

Iudex ab Aſſeſſoribus, alijſq; Iuſtitiæ miniſtris reuerenter habeatur, & colatur.

De Iu-

De Iudicis Cameræ officio in conſilio ac conſultationibus. Tit. 10.

1 PRIMVM, ut Cameræ Iudex noſter quouis tempore cauſas, de quibus deliberandum, uel referendum ſit, quantum fieri poteſt, intelligat: tum etſciat, qui Aſſeſſores in relationibus ac uotis ſuis gnari ſint ac diligentes, nec ne, ſuum in eos exercens officium, ipſequidem, alijꝗ Comites & Domini, qui Iudicis Cameræ loco in ſecundarijs conſultationibus præſident, quouis tempore relationes & ſuffragia Aſſeſſorum diligenter attendant aduertantq́: : eoq́; connitantur ac elaborent, ut eiuſmodi relationes & ſuffragia ordine iuxtà ac diligenter fiant. Ac ſi

Iudicem decet prouidere, ut deliberationes, Relationes & ſuffragia ordine fiant.

2 qua in his ignauia, confuſio, turbatioq́; ordinis, aut ſuperuacaneæ diſputationes, ſuperfluæ allegationes ac repetitiones, quibus cauſæ differantur, & aliæ relationes impediantur, emergāt atꝗ uſurpentur, ne ea permittāt, ſed ſuo in his officio utantur, ſemperq́; curent, quo relationibus maturè locus detur, nec tempus conſultationis temerè ac inutiliter teratur ac pereat.

Superuacaneæ diſputationes, & non neceſſariæ allegationes uitentur.

3 Vt autem cauſarū, de quibus referendū eſt, acta inter Aſſeſſores maiori æqualitate diſtribuantur, ac ordine referantur, nec mora non neceſſaria nectatur interueniátue, ordinamus atq; ſtatuimus, ut prius acta, in quibus decernendum eſt, aut interloquendum, & in id quidem concluſum eſt, in Cancellaria maturè compleantur, ac ante proximum Iudicialem diem quouis tempore ad referendum tradantur. Sed alia acta,

De diſtributione actorum inter Aſſeſſores.

Cauſarum acta ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur.

4 in quibus ad diffinitiuè pronunciandum, uel aliàs prouidenter interloquendum eſt concluſum, Cameræ Iudex noſter ſingulis Sabbatis per lectorem inter Aſſeſſores in præſentia ipſo-

Singulis Sabbati diebus acta per Lectorem inter Aſſeſſores diſtribuantur.

5 rum ex ordine diſtribuat: prius quidem catalogo ſeu Regiſtro ſuo, quod ad manum habeat, perſpecto, ut deinceps potestura: ut ab Aſſeſſoribus requirat, quam quiſq; cauſam habeat, præſertim uerò ſi quæ breui explicari non poſsit: cum me-

Lector ex Catalogo & ordine acta Iudicialia diſtribuat.

6 dio tempore cum alijs diffinitiuis non grauet aut impediat, ſed arduam illam ac prægnantem cauſam expedire potius ſinat, atq; interea dum illa explicatur, interlocutorias tantùm, Decreta ac Receſſus referendos committat. Tum quoque

Grauior ac prægnans cauſa prius ac potius expediatur.

7 iuxta merita & conditionem cauſæ, ac qualitatem Aſſeſſorum eo modo diſtributionem faciat, ut non tantùm æqualitas, quantum fieri poteſt, & cauſa feret, inter Aſſeſſores obſeruetur, & nullus præ alio multitudine cauſarum prægrauetur: uerumetiam ne partes in cauſis earum periclitentur aut damnificentur remorentúrue. Ratio autem cumprimis in eiuſmo-

Nemo Aſſeſſorum præ alio multitudine cauſarum ſeu actorū prægrauetur.

Veterum ac priuilegiatarum cauſarum ratio habenda,ut præcedãt.

di diſtributione habenda eſt ueterum ac priuilegiatarum cau 8
ſarum, ſiue interloquendum ſit ſeu diffinitiuè pronuncian-
dum, nimirum ut præcedant,ac præ alijs ad referendũ com-
mittantur.

Acta ad pronunciandum diffinitiuè ijs dentur, qui de illis prius interlocuti ſunt, aut decreta fecerunt.

Eò quoqꝫ Cameræ Iudex noſter,quantum poſsibile eſt, 9
conniti debet,ac reſpicere in eiuſmodi diſtributione, ut acta
diffinitiuè referenda his tradantur, qui prius interlocutoriè
ſeu interloquendo illa retulerant.

Grauiorum cauſarum acta primùm referenti,deinde correferenti tradantur.

Item Iudex Cameræ acta, in quibus diffinitiuè,aut aliàs ad 10
interlocutoriam, quæ in arduis cauſis uim habeat diffinitiuę,
concluſum eſt, quouis tempore duobus Aſſeſſoribus ad re-
ferendum tradat: & ſi primus, utpote referens,ea perlegerit,
reddat Cameræ Iudici: quæ tunc alteri Aſſeſſori idem Iudex
Cameræ ad correferendum præbeat, Lectis uerò ſumma di-
ligentia ab utroq;, & referente & correferente,debet relatio

Relatio et referentis et correferentis ſimul & coniunctim fieri debet.

ſimul coniunctim fieri: Et nulli Aſſeſſorum,pręſertim eorum, 11
qui noui ac recentes aduenerunt, aut alioqui referendi con-

Nulli recentium Aſſeſſorũ uni relatio abſque correferente permittatur.

ſuetudine non benè exercitati ſunt, abſqꝫ correferente ad re- 12
ferendum admittantur.

Preter neceßitatẽ acta ad referendum denuò dari non debent.

Actis ad eum modum, quo diximus, reuiſis atque relatis, 13
non debent illa temerè à Cameræ Iudicę denuò ad referen-
dum præberi, niſi res tam prægnans arduaq; eſſet, cauſæq;
maximæ, ut neceſſe putaretur. Aſſeſſoribus tamen, qui Re-
lationi interſunt,ſi quicquam dubij ſuboriatur,ut reuidenda

Quando acta denuò ſint reuidenda.

eſſe acta putent, & ſi quid aliud ſeciúſue quàm relatum ſit, in- 14
ueniant, id quidem in conſilio ſuffragijs ſuis ut indicent,non
tantùm non ereptum aut præcluſum ipſis,uerumetiam, ut ita
faciant,iniunctum eſſe debet.

Acta ad referendum Aſſeſſoribus tradita abſque Iudice in Archiuum non à Lectore ſeponantur.

Cameræ Iudex noſter in eo quoqꝫ ſedulus ac diligens ſit,ut 15
acta, Aſſeſſoribus ad referendum tradita, priuſquam expe-
diantur, citra eius præſentiam in Archiuum non ſeponantur,
recondanturq;,aut à Lectore recipiantur.

Catalogi duo diſtributorum actorum conficiantur.

Vtq; Cameræ Iudex quouis tempore ſciat, quæ penes Aſ- 16
ſeſſores acta ſint,quáue ſedulitate ac diligentia quiſq; in refe-
rendo præſtet,duo Catalogi ſeu Regiſtra ipſius diſtributio-
nis conficiantur, quorum unum Iudex Cameræ, alterum Le-
ctor teneat, in quibus ea acta, quando, quo tempore, & qua
ſuper re concluſum, & cuinam Aſſeſſori ad referendum aut
correferendum tradita ſint, conſcribatur ac conſignetur.

Pretor omni tempore conſultationũ ad manus habeat Album ſuum ſeu Catalogum.

Cùm autem iuſſerimus ac uoluerimus,ut cauſæ, in quibus 17
iam concluſum eſt,primùm,quantum fieri poteſt, decidantur
ac pronuncientur, Cameræ Iudex noſter,quoties in conſilio
cauſa aliqua ad referendum proponitur, Catalogum ſuum
atqꝫ

atq; Regiſtrum, (quod omni tempore cc[illegible]ſultationum ad manus habere debet) inſpiciat, diligenterq; aduertat, ut hæc
18 ita præſtentur, utq; in ueteribus cauſis primùm & antè quàm in nouis concludatur, referatur, atque expeditio fiat: Sicubi etiam Aſſeſſor nouam aliquam, in qua concluſum eſt, ueteri præferendam eſſe duceret, nequaquam id concedere aut
19 permittere debet, quinimo iniungere illi atque præcipere, ut ueterẽ prius in manus ſumat, cauſasq; præbitas ordine quamque ſuo referat: Niſi idem Aſſeſſor uetuſtiores & antea concluſas cauſas ad correferendum reddidiſſet, uel noua illa concluſa, ſpolij eſſet, aut aliàs præ cæteris ex Iure & ordinatione hac priuilegiata, aut per eundem Aſſeſſorem graues ac legitimæ rationes adducerentur, quamobrem eadem cauſa alijs anteferenda eſſet. Quæ res auditis rationibus, Cameræ Iudicis aliorumq; Aſſeſſorum iudicio ſtabit, ac diſcutietur.

Antiquæ cauſæ primùm expediantur.

Recentes aut nouæ cauſæ quando ueterioribus ad referendum præponantur.

20 Partibus item ac earum Procuratoribus importunè nonnunquam interpellantibus ac ſollicitantibus, Cameræ Iudex noſter indicare non debet, cauſas earum ad referendum diligenti alicui, aut non diligenti referenti traditam eſſe: neque eiſdem partibus ſpem præbere, cauſam alio quàm ſuo modo ac ordine referendam, ſe promoturum eſſe. Sed eo ſemper reſponſo uti, eoq; oris habitu, ut inde, quiſnam referens ſit, aut quo tempore, quo item in conſilio cauſa aſſumpta ſit, litigatores ſuſpicari nequeant.

Prætor ſeu Iudex litigatoribus non indicet per quem aut quando cauſa referenda ſit.

21 Porrò ordinamus, ut Aſſeſſores, ſeu plures ſeu pauciores in Iudicio fuerint, in duas aut tres diffinitiuè conſultandi claſſes partiantur, inque ſingulis Aſſeſſores octo ac unus Comes ſeu Dominus à Cameræ Iudice noſtræ ordinentur: reliquos autem Aſſeſſores ad fiſcales cauſas, & Iudiciales receſſus, decreta atque interlocutorias uſurpet. In hac uerò parti-
22 tione ſingularem Cameræ Iudex noſter diligentiam præſtet, ut referentes & correferentes, quantum fuerit poſsibile, uno eodemq; conſilio coniungantur, ſeruata ubique perſonarum æqualitate, nimirum ſic, ut ſeniores, periti, ac uſitati Aſſeſſores, & qui cæteris ſunt diligentiores, quiue ſunt antiquæ Religionis, aut Auguſtanæ Confeſsionis, non ſimul eodem conſilio, ſed in duas illas aut tres deliberationum claſſes committeantur ac diuidantur.

Binæ claſſes Aſſeſſorum conſtituantur, aut tres diffinitiuè conſultantur.

Diligenter uideat caueátque Prætor, ut æqualitas in deliberantium claſsibus ſeruetur.

23 Semel autem his claſsibus ſeu hac diuiſione conſtituta, non porrò debet abſq; certis cauſis & rationibus is ordo immutari, nec perſonæ ipſæ transferri, quin potius medium annum ad minus, aut tria anni quartalia, aut etiam, ſicubi utile eſſe putatur, integrum annum obſeruetur, ad præcauenda omnia in

Ordo Aſſeſſorum deliberantium ſemel conſtitutus non facilè aut breui debet immutari.

referendo obſtac.. a atque impedimenta,quę mutato delibe-
rationum ordine poſſent a..idere.

Vbi ſingulæ claſſes deliberantium Aſſeſſorũ, & quo tempore conueniant.

Facta autem partitione hac,Cameræ Iudex efficiat,ut ma- 24
nè deliberationis tempore quiſq; Aſſeſſorum ſuo loco,& non
in communi conſultationum conclaui aut hypocauſto con-
ueniat.

Iuſtus relationum ordo ſeruandus, & non ſeruantem puniat prætor.

Iudex quoque Cameræ, & Comites,ſeu Domini,qui con 25
ſilijs ac deliberationibus præſident, diligenter aduertant cu-
rentq;,ut debitus iuſtusq; relationum ordo ſeruetur: præci-
puè uerò ut Aſſeſſores eo, quo ab initio conſederunt, ordine,
donec alternatio conſiliorum fiat, quouis tempore conſul-
tando conſideant, eoq; ordine ſuffragia, uota, & relationes
exequantur. Si quis Aſſeſſorũ eo ordine non referret,ſeu rela-
tionem tranſgredereiur,à Cameræ Iudice aut præſidente in-
terpellatus, is omiſſæ relationis ſuę rationem reddat.

Supinus in officio & ignauus Aſſeſſor à Iudice mulctetur.

Cauſa cognita, quam Cameræ Iudex aut præſidens non 26
probabilem aut ſufficientem putaret, idq; ſemel atq; iterum
contingeret, ut Aſſeſſor ſuo in officio ignauus atq; indiligens
reperiatur, ex præſcripto ſanctionis huius, (ut in Titulo ſu-
prà de inhabilitate Aſſeſſorum) contra illum procedat.

Aſſeſſoris diffinitiuè referentis tranſpoſitio ad interloquentiũ claſſem.

Si quis Aſſeſſor inter ſecundæ aut tertiæ claſsis diffinitiuè 27
conſultores, ſuo ordine retuliſſet, ac prętereainterlocutorias,
Receſſus aut decreta penes ſe haberet concepta ac meditata, et
ſuper quibus ad referendum paratus & expeditus eſſet, hunc
Cameræ Iudex ſeu præſidens ea ex claſſe, ad Receſſuum con-
ſultores tamdiu dimittat, donec illa perficiat expediatq;: ac
alium in eius locum Aſſeſſorem, è Receſſuum conſilio in illud
tempus in diffinitiuè conſulentium claſſem tranſponat.

Iudex Cameræ in referendo et uocando Aſſeſſores non impediat.

Item Iudex Camerę Aſſeſſores in relationibus, uotis & ſuf- 28
fragijs non impediat, aduertat autem fideliter, ſeſe Aſſeſſores
mutuò in relationibus diligenter ut audiant, ne quis alius uo-
cem uotaq; interfando impediat, ut diuerſæ opiniones atque
informes contrarietates euitentur. Ne item diſiunctim exur- 29
gant, circumeant, deambulent, aut de alijs rebus inter ſe col-
loquantur, ſeu legant, neq; in referendo quicquam aliud in-
feratur, ſed iſti rei ſolùm ac diligenter incumbant.

Deambulationes et colloquia relationis tempore prohibeantur.

Supplicationum tractationi priuatum tempus deputetur à Iudice.

In concipiendis diffinitiuis & interlocutorijs nullæ Sup- 30
plicationes, aut aliæ cauſæ proponantur ſeu intermiſcean-
tur: quin aliud conueniens ac certum tempus ſeu hora, à
Cameræ Iudice & Aſſeſſoribus ad Supplicationes & decre-
ta ſeu Receſſus deputetur, ſeduloq; prouideatur ut expedi-
antur, ne in triduum aut quatriduum differantur, aut negli-
gantur.

Eſt &

31 Eſt & hoc Cameræ Iudicis noſtri, operam dare & obſerua re, ut ad eiuſmodi Supplicationes, decreta illa, & receſſus per Notarium aliquem, & non per Aſſeſſores conſignentur, ſcri bantur q́.

Notarius aliquis Supplicationes, nec quiſquam Aſſeſſorum conſcribat.

32 Præſtet hoc quoque Cameræ Iudex noſter, ut quiſque Aſ ſeſſorũ ad horam conſilij, ſimiliter & Protonotarius ad con ſultationem maturè adſit, nulla niſi legitima excuſatione ad miſſa.

Aſſeſſores & Protonotarius ad horam conſilij & conſultationis maturè præſtò ſint.

33 Item, ſi qua in cauſa concluſum eſt diffinitiuè, aut alioqui magni momenti ſententia tractanda fuerit, Iudex Cameræ Aſ ſeſſoribus, ut conſilium ſeu conſultationis locum egredian tur, non concedat, niſi ea ſententia iam concepta ac mox in conſilio palàm recitata perlecta q́, & ſuum in Codice relata, per q́ Referentem ſubſcripta fuerit.

Conſultationis locum ſeu conclaue Aſſeſſores antè non egrediantur, quàm ſententia recitata & ſubſcripta fuerit.

34 Neque Cameræ Iudex noſter permittat cauſas pleno om nium Aſſeſſorum conſilio, præter neceſsitatem, ac ubi cauſa id non ſummoperè poſtulet, deliberari, ubi & ſibi & Aſſeſ ſoribus non neceſſarium fore uidebitur, utpotè infrà ſub Ti tulo, de Aſſeſſorum officio in conſultando, latius recenſebi tur.

Preter neceſsitatem tenuis aut exigua cauſa pleno Aſſeſſorum conſilio non diſceptetur.

35 Iam & hoc curet Cameræ Iudex noſter, cùm uenia Aſſeſ ſori alicui abſentiæ conceditur, ut acta, quæ penes illum e rant, interea temporis in Archiuum referantur, atque reuerſo reddantur: At ſi inter hæc fortè una pluresq́ cauſæ fuerint, quæ feſtina explicatione indigeant, aut in quibus ad interlo quendum decernendũmue concluſum ſit, neque in aduentum illius differri poſſent, ea quidem acta interea alij ad referen dum præbeantur, quemadmodum antè ſub Titulo de uenia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ſtatutum eſt.

Acta abſentis Aſſeſſoris in Archiuum reponantur, aut alij præbeantur.

36 Eò autem Cameræ Iudex noſter, aut ſuo loco præſidentes ad ſuffragia, uoces uota q́ attentiores ſint, ut ſciãt, an et quan do uotis collectis in conſilio, altera rogatione ſeu deliberatio ne circulari opus ſit: quandoquidem hæc ſecundaria quæſtio matura deliberatione fieri oportet, ne, auditis ordine Aſſeſ ſoribus etiam maioribus in prima uotis, ſi ex re fore arbitra tur, illa intermittatur, caſu autem quo neceſſe non eſſet, tem pus fruſtra at q́ inutiliter perdatur.

Iudex ad ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcenda ſit attentior.

37 Altera hac aut tertia interrogatione Iudex Cameræ pro ſpiciat, ne Aſſeſſores in ſuffragijs, uocibus uotisq́ dandis ni mium breuitati ſtudeant, præſertim etiam ne illa, quæ prius ipſi alijue in deliberationibus ac conſultando propoſue rant, prolixè rurſus, & ad longum repetantur.

In ſuffragiis dandis breuitati non nimium ſtudendum eſt.

Acri-

Iudex conuitia Aſſeſſorum & criminationes prohibeat, concordiam inter eos conſeruet, et delinquentes puniat.

Acriter quoq; & ſeuerè Cameræ Iudex noſter prouideat, cáueatq;, ne Aſſeſſores in conſilio mutuis ſe conuicijs aut criminationib. laceſſant. Quod ſi fieret, contra illos, qui morbo illi dediti ſunt, ſtudentue, ut quandoq; contentiones emergant, liteſue ſerantur, cõmunicato cũ alijs Aſſeſſoribus conſilio, officium ſuum exerceat, ac quouis tempore uiam rationemq; ineat, ne qua inter Aſſeſſores cõtentio diſcordiáue exiſtat, quin potius comitas atq; concordia retineatur & conſeruetur, reſciſis omnibus ſimultatibus atq; iniurijs. 38

Legati & nuncij Statuum Imperij quomodo ſint audiendi.

Cùm & hactenus Statuum quorundam tabularij & nuncij ad Cameræ Iudicẽ & Aſſeſſores miſsi, in toto conſeſſu atq; conſilio auditi fuerint, alijs per id tempus cõſultationibus ac deliberationibus grauiorib. impeditis, ac partiũ etiã cauſis remoratis: Sint porrò eiuſmodi legationes ac nuncij, quantũ fieri eſt poſsibile, & cauſę patiunt, ea diſcretione prędití, ut ſua mandata in ſcriptis proponant. Quòd ſi tamen noſtri, ac dilecti fratris noſtri, Romanorum Regis, Electorũ, Principum & Statuũ Imperij Legationes hoc pacto mitterẽtur, ut nuncia ſua, neceſsitate cauſæ ita exigente, uerbo faciant, tunc quidem à Cameræ Iudice & Aſſeſſoribus in conſilio audiantur, ac ut par eſt decetq;, reſponſa ſecum reportent. 39

Pretor albũ tractandorũ negociorũ penes ſe habeat, tribunal ipſum atq; perſonas eius concernentiũ: & quo tempore illa proponat. Regiſtrum Iudicis Cameræ rerum cauſarúmque deliberandarum.

Ne & non ſolùm partium, uerumetiam Iudicij neceſſariæ cauſæ in quoquam remorẽtur aut impediantur: & quæ quo tempore conſultata ac deliberata fuerint, etiam exequantur: uolumus & mandamus, ut deinceps Cameræ Iudex præter Catalogum actorũ, de quo ſuprà meminimus, aliud quoq; Regiſtrum aut directorium habeat teneatq;, in quod omnes & ſingulas conſultationum cauſas & negocia, quæ officij ergò expedire tenetur, referat atq; conſcribat. Præcipuè uerò ſicubi extra partium cauſas, aliæ tribunal ipſum, eiusq; perſonas concernentes in deliberationem ac conſultationem deuenire neceſſe ſit, quas ſciat eo tempore, quo partium cauſæ per illas minus præpediantur, in conſilium adferre atq; proponere. Ac cùm de eiſdẽ cauſis ſemel deliberatum & conſtitutum ſit, ne deinceps memoria excidant, ac iterum poſt tempus aliquod de nouo in conſultationem retrahant, ſed confeſtim determinatione ſeu cõcluſione facta per Cameræ Iudicem expediantur & exequantur. Cumprimis autem Cameræ Iudex diligenter annotabit, atq; in iſto elencho, ſeu indice, uel directorio ſuo cõſignabit omnes cauſas, quæ ad referendũ aut deliberandũ ſemel propoſitæ fuerint, ſed poſtea propter abſentiam referentiũ Aſſeſſorũ, aut alia impedimenta non cõtinuatæ ac determinatæ ſint. Similiter ſi nonnunq; Aſſeſſores facta relatione 40

relatione cauſas in deliberationem trahunt, ne qua cædē cau-
ſæ poſtea pendeant ac negligātur, ita, ut de nouo proponi
eas ac referri neceſſe ſit, Iudex Cameræ quouis tempore, quàm
primum Aſſeſſores præſentes fuerint, aut impedimenta ſeu re-
moræ nullæ extiterint, in conſilio proferat, & Aſſeſſores ad
procedendum & concludendum commonefaciat.

Iuxta poëtam: Iudicis officium eſt, ut res, ita tempora rerū Quærere: quæſito tempore, tutus eris.

De Iudicis Cameræ officio in Iuridiciali audientia. Tit. II.

1 PRINCIPIO Cameræ Iudex noſter, et Aſſeſſores
initio Iudicij talem modū formamq; conſtituant,
quo in proponendis ueteribus ſimul ac nouis cau-
ſis, Iuridiciali audientia ordo certus ac rectitudo
conſeruetur.

Ordo in proponendis cauſis conſtituatur.

2 Cumq; hactenus in minimis actibus Iudicialibus, ut in pe-
titis delationibus & terminis &c. deliberandi ſpaciū uſurpatū
ſit, ac poſtea ad conſiliū tractum, & deſuper conſultatū fuerit,
ex quo eiuſmodi actus accumulabant, partes cauſæq; remora-
bātur, impeditis etiā diffinitiuarū cōceptionibus: Ordinamus
atq; ſtatuimus, ut deinceps Cameræ Iudex ad eiuſmodi leues
ac minimos Iudiciales actus petitæ dilationis, et ſimiliū, quan-
do inſpectio Iudicialis protocolli nulla requiritur, neq; dila-
tione aut deliberatione opus eſt, mox per ſeſe ipſe, aut conſi-
lio proximorum Aſſeſſorum uerbo decernat.

In minimis cauſis & actibus Iudex pro tribunali ſedens ipſe decernet.

3 Cum & ſæpe contingit, ut per Procuratores plerīq; nō ne-
ceſſarij Iudiciales actus, aut ſubmiſsiones fiāt, mutua quadam
æmulatione, ne alter alterius uoluntati morē gerat, aut quicq;
concedat, (quamuis ut Iuriſperiti ea ipſi & noſſe debuerint &
euitare) Ad quæ præuenienda, reſciſiſq; nō neceſſarijs decre-
tis: ordinamus, ut deinceps quilibet Procurator protocollum
ſuū Iuramenti ſui reuideat, nec ob id quenq; non neceſſarium
4 actum Iudicialem faciat: Quæ ut ita conſeruentur, Iudex Ca-
meræ acriter attendat, ac illos in expenſis moræ de ſua crume-
na, et abſq; partiū diſpendio, pendendis condemnet ac puniat.

Procuratores ſua protocolla inſpiciant.

5 In publica audientia Iudex Cameræ ſtrenuè efficiat, ne quis
clamor, uociferatio, aut uerberatio à quoquam, quicunq; ille
fuerit, ſuſtineatur, ſed audientia magnificè iuxtà ac placidiſsi-
mè, quò Procurator alter alterum mutuoq; ſeſe exaudire, ac
Protonotarij dictata accuratius cōſcribere poſsint, ſeruetur,
6 nec in neceſſarijs propoſitionibus conſignandis Protonota-
rios obrui patiatur: Tranſgreſſores uerò quouis tempore, ſe-
cundum qualitatem delicti, irremiſsibiliter mulctentur.

Audientia publica placidè abſq; turbatione celebretur.

Protonotarij non ſunt dictatis Procuratorum obruendi, et habeat hic locū uetus illud, ſat ciò, ſi ſat benè.

7 Quoniam & in uiſitationibus plerunque compertum eſt,

proli-

Prolixis Prolegomenis in Iudicio abſtinendum eſſe.

prolixas uerbales propoſitiones, decreta, receſſus & conclu-
ſiones, non minimam moræ ac prorogationum Iuridicialis
audientiæ atq; proceſſus cauſam fuiſſe: itaq; Iudex Cameræ,
& Aſſeſſores porrò Procuratoribus ciuſmodi uerbales pro-
poſitiones & non neceſſarios actus iudiciales ſeu receſſus nul-
lo pacto permittant, indulgeántue, quin protinus ipſo in Iu-
dicio ſeuerè quouis tempore interſentur, atq; iniungant, ut ab
eiuſmodi ſeſe contineant, & quæ neceſſaria ſunt, in ſcriptis
proponant.

Procuratores à procacitate uerborũ & conuitijs ubiq; abſtineant.
De eodem infrà meminit cap. 23.

Cumq; in prioribus conſtitutionibus multifariàm cautum 8
ſit, ut Procuratores dicacitate ac illuſionibus, adeoq; dentatis
etiam & iracundis iocis ante Iudicium coram ordinatis Aſ-
ſeſſoribus, Cancellaria & Protonotarijs abſtineant, ac ne-
minem uerbo uel ſcriptis impetant inceſſantue, ſed cauſas
ipſas modeſtè, breuiter ac utili ſermone ſcriptóue proponãt:
Volumus ut Cameræ Iudex noſter hanc ipſam conſtitutio- 9
nem ac ordinationem conſeruet: & ſi quiſquam Procurato-
rum monenti nõ paruerit, ſed coram tribunali, coramq; ordi-
natis Aſſeſſoribus, Cancellaria, aut Protonotarijs immode-
ſtum ſeſe ac importunũ, conuitiando infamandóue, aut alio-
qui indecorũ ſe geſſerit, interloquat Prętor, nec ferat, ipſum-
que delinquentem (prout infrà ſequetur de pœna Procura-
torum) ut æquum eſt, puniat.

Non ſe inuicem laceſſant dẽtatis iocis procuratores, delinquentes autem Prætor puniat.

IDEM ALITER.

Multotiens iam antea quum in ſuperioribus ordinationi-
bus cautum ſit atq; prohibitũ, ut ab intẽpeſtiuis iocis, à uiru-
lentis ſalibus & ironijs Procuratores apud tribunal, coramq;
Aſſeſſoribus, Cancellaria ac Protonotarijs ſe temperent at-
que contineant, neminem uerbo ſcriptóue acerbè illudentes
uel taxantes, ſed modeſtè ac breuiter, abſque aliqua leuitate,
cauſas quiſq; ſuas ſuoq; loco uerbis decentibus, ac grauitati
iſti conuenientibus proferat, aut ſcriptis proponat: Iniun-
ctam eſſe noſtro Prætori uolumus ſanctionis huius cuſtodi-
endæ neceſsitatem, ut ſi quis Procuratorum aduerſus hanc
legem peccet, nempe in Iudicio, ac Iudicum conſidentium cœ-
tu, coram Aſſeſſoribus, coramq; Cancellaria, aut Protonota
rijs cuiquam conuitiando, atrocia aut futilia euomendo, ali-
âſue immodeſtè ſeſe ac turpiter gerendo, increpet ipſe Præ-
tor, nec talia deſignanti parcat uel indulgeat, quin ea pœna,
quæ eſt in Procuratores delinquentes mox infrà irrogata,
mulctetur afficiaturq;.

Procuratores in tẽpore dd ſine Iudicio, & abſq; uenia non exeant.

Eò etiã Camerę Iudex noſter procuratores adigat, ut quo- 10
uis tempore & hora Iudicij, & ante publicationem ſententia-
rum

rum coram Iudicio appareant, nec eo, abſque uenia, exeant, ſed in finem uſque commorentur, præſertim contumacijs, donec reproducant, interſint, atque in ordine ſuo ſtationeq́ꝫ conſiſtant. Si uerò Iudicio exeant, ne porrò nomine ſuo alij Procuratores ſub ſpe ratificationis, ut hactenus factum eſt, audiantur.

11 Quandoquidem & ſpecialis articulus in ordinatione infrà poſitus eſt, ne Procurator, qui ordinem in agendo actúque præteriri ſuſtinet, poſtea alijs obturbet, aut propterea audiatur, donec ordo ad ipſum redierit: Volumus, ut eiuſmodi conſtitutionem Cameræ Iudex noſter deinceps obſeruet, nec in Iudicio quenquam Procuratorum, niſi loco ordineq́ꝫ ſuo, audiat.

Ordo cuiuis Procuratori in agendo ſeruandus.

12 Cùm & Protonotarios deceat, omnia Procuratorum uerba dictataq́ꝫ in Iudicio notare ac protocollari, Cameræ Iudex noſter quouis tempore Procuratores adigat, ut ab inanibus uerbis, cauſæ nihil conferentibus, prorſus abſtineant, neque dictatis obruant protonotariorū calamos, ſed quicquid propoſuerint, id diſertè, adeoq́ꝫ maturè proferant, ut protonotarij dictata excipere ac protocollari queant.

Tardè dictandum, nec feſtinandum. Nam ſat citò, ſi ſat benè.

Feſtinandum lentè in dictando.

Cui bacillus abſente Cameræ Iudice, ac Iudicis munus committendum ſit. Tit. 12.

1 SI. Cameræ Iudex abſens fortè aut ægrotus, aut grauibus præpeditus ſeu diſtentus negocijs fuerit, ut aliquanto tempore ſuo officio fungi, ac tribunali ipſe præeſſe non poſſit, poteſtatem ſuam conſenſu Aſſeſſorum uni Comitum aut dominorum, qui Aſſeſſores ſunt, aut ſi nullus eorū præſtò fuerit, alij Aſſeſſori, per Eccleſiaſticum aut ſecularem Electorem præſentato committat, is iunctis Aſſeſſoribus, abſente Iudice Cameræ, aut etiam tribus aut quatuor illis abſentibus, nihilominus ſententias pronunciandi, aliaq́ꝫ ad ſe pertinentia faciendi eam poteſtatem habeant, ac ſi omnes præſentes eſſent. Cauſis tamen Electores, Principes, & Principum ſimiles cōcernentibus, Iudex Cameræ ipſe, aut eo abſente, Comitum aut Dominorū quiſpiam præſideat. Ac horum etiam ſi fortè nullus præſtò eſſet, Iudex Cameræ in eiuſmodi cauſis alij cuipiam Principi, Comiti, aut Domino ſuum locum deleget: qui Princeps, Co-
2 mes aut Dominus tunc quoq́ꝫ iuramentum conſuetum Iudicis Cameræ præſtet, obligans tam diu illum, donec Cameræ Iudicis officio perfungatur.

Abſente ipſo Iudice, aut ægrotante, cui munus pronunciandi delegetur.

Surrogatus Iudicis iuſiurandum præſtet.

De Aſſeſſorum officio in conſilio. Tit. 13.

Ex Iure ſcripto & conſuetudinario Imperij, ſententiæ concipiantur ac promulgentur.

1 ASSESSORES Cameræ Iudicij noſtri nulla in cauſa quantumlibet exigua tantùm arbitratu ſuo, aut meditata ſingulorum æquitate, aut priuata ſeu propria intentione, & non Iuri conſona conformiq; informata conſcientia, quin potius ſecundum commune ius Imperij, patriæq; ſeu ditionis ordinationes, conſtitutiones, ſtatuta ac honeſtas conſuetudines principatuum, ditionum, & Iudiciorum (cùm proponuntur) quemadmodum ex antiquo quouis tempore Cameræ Iudici & Aſſeſſoribus iniunctum, atq; obſeruatum fuit, ui ac præſcripto iuramenti ſui, quod infrà ponetur, ſententias concipere ac promulgare tenentur.

Aſſeſſores affectibus ſepoſitis ius et æquitatem reſpiciant atq; impartiant.

2 Et in hoc Aſſeſſores ſe neq; metu, minis, ui, iuſſu, negocijs, aut alijs cauſis, per quenquam, aut quouis nomine id unquam fieri poſſet, impediri patiantur: ſed uniuerſis, qua dignitate ſtatũue ſint, abſq; omni priuata affectione mediante prædicto ſuo iuramento, æquum ius dicere, atq; impartiri debent.

Partialitate ſuſpecti Aſſeſſores amoueantur & non ferantur.

3 Si quoq; Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores uiderent aut ſentirent, unum plureſue ex ipſis in conceptione ſententiarum aliter quàm nũc dicta ordinatio & iuramentum ſibi iniungit,

Singularitati & pertinaciæ non inſiſtendum.

4 ſe habere atq; exhibere, aut abſq; legitimis fundatis rationibus palàm in uotis ſuis ſingularitati malitioſè plerunq; ac pertinaciter ſtudet, hunc ipſum apud ſe non ferant, ſed extra Iudiciũ mittant ablegentq;, contra ipſum ex prædicta ordinatione ſub Titulo, de inhabilitate Aſſeſſorũ &c. agendo ac procedendo.

Aſſeſſores tantùm uacent cauſis ac deliberandis ſentẽtijs, ab alijs negocijs omnibus abſtinentes.

5 Aſſeſſores item ſuum quiſque officium in conſilio, aliaſq; tantùm ac unicè obeat, nec ullo alio negocio diſtineatur: In conſilio nihil faciat, ſcribat, legat, aut ſtudeat, quod ipſos ab inſpectione, relatione, diligenti audientia ac meditatione iudicialium rerum & Forenſium cauſarum impedire poſsit: ſed ſtudio Iuris, relatione, ſuffragijs uotiſq; dandis, ac conceptioni ſententiarum ſumma fide diligentiaq; incumbant, quò partes promoueantur, & lites expediantur.

Commiſsiones nullæ ex Imperiali Curia Aſſeſſores grauent.

6 Sancimus quoq;, ſtatuimus & uolumus, Aſſeſſores deinceps ſpecialibus commiſsionibus ex Imperiali noſtra Curia, aut aliàs, nequaquam grauari aut moleſtari.

Mutuò ſeſe audiant Aſſeſſores in ſuffragijs, ac relationibus.

7 Iam & in ſuis relationibus Aſſeſſores ſeſe mutuò diligenter audiant, nec alter alterum impediat, aut ſuo ſuffragio, uoci uotiſue obſtrepat: Nec diſiunctim exurgant, circumeant, deambulentue, aut inuicem alijs de rebus colloquantur, ne in relationibus quicquam in partium præiudicium ac damnum minus audiatur, aut negligatur.

Item

8 Item nullus Aſſeſſorum ipſe ſeſe alteri ſuis relationibus in-
gerat, ſed ordinem, donec ſe contingat, expectet, niſi prius
cauſas huius attulerit, Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum cenſu-
ra expendendas.

Ordo in relationibus ſeruandus.

9 Quiſq; Aſſeſſorum item debita ac ſolita hora in loco con-
ſultationis compareat, nulla re impeditus niſi legitima & ar-
dua, ne qua ſua mora aut abſentia in conſilio relationes præ-
pediantur.

Aſſeſſores hora ſolita in conſultationis loco compareant.

10 Quò autem celebrius ac prudentius in conceptione ſen-
tentiarum agatur, ſtatuimus ac uolumus, ut in omnibus gra-
uioribus & prægnantibus cauſis inſpectio Actorum, aut Iu-
dicialium negociorum ad conceptionem ſententiarum ne-
ceſſariarum, ſemper ad minus duobus Aſſeſſoribus à Came-
ræ Iudice noſtro committatur, quemadmodum ſuprà ſub
Titulo de Iudicis Cameræ officio in conſilio &c. ſtatutum
eſt: Ita nimirum, ut alter eadem acta poſt alterum, quantum
opus eſt, inſpiciat perpendatq;, ac dein Relationem actorum
ambo faciant.

Duobus acta referenda committantur.

11 Porrò ordinamus, ſtatuimus ac uolumus, ut in conſilio ad
conceptionem diffinitiuarum ſimul cum Comitibus aut Ba-
ronibus, non minus quàm octo: ad interlocutorias quatuor,
quinq;, aut ſex, iuxta harum quantitatem & pondus: Ad Sup-
plicationes quatuor: & taxationes expenſarum tres aut qua-
12 tuor Aſſeſſores dentur. Quòd ſi graue quippiam aut dubij
accidat, tunc alij partem, aut omnes, iuxta qualitatem, ma-
gnitudinem & grauitatem cauſæ etiam uocentur, ac cum eo-
13 rum conſilio concludatur: Siq; accidat, ut Aſſeſſores in ſuf-
fragijs uotisq; differant, & duas in partes ſcindantur, aut for-
taſsis ex octenis, terni, arduis ac maximis de cauſis, diuerſæ
ſingularisq; opinionis forent, cauſa hæc ſeu punctus, de quo
eſt diſſenſio, ad Iudicem Cameræ, aliosq; Aſſeſſores deferatur:
Quorum Iudicio ſtet, ad eiuſmodi litigioſam cauſam ſeu pun
ctum, iuxta qualitatem, grauitatem, ac pondus eiuſdem, ali-
quot ex Aſſeſſoribus deputari: aut uerò eandem in altero dif-
finitiuarum conſilio, aut ſicubi potius uideatur, pleno conſi-
lio proponi, relationes denuò audiri, deq; diffinitiua concor-
dari. Quicquid autē in qualibet cauſa modo enumerato actū
pronunciatumq; fuerit, firmum eſſe, roburq; habere debet, ac
pro eo etiam cenſeri. Aliàs nulla cauſa, in qua ſecundum hanc
14 ordinationem ſemel in deliberationibus & conſilio conclu-
ſum eſt, ſine grauiſsimis rationibus aliud in cōſilium ſeu con-
ſultationem ullo pacto pertrahatur.

Octeni diffinitiuas, quatuor aut ſeni interlocutorias concipiant: Supplicationes quatuor, item & taxas expediant.

In grauibus & dubijs plures adhibeantur.

Diſcordiis in ſuffragijs quomodo concordanda.

Cauſa ſemel deliberata non rurſus diſceptetur.

Referentes quoque datis uotis & facta concluſione ſen-

Referentes ſententijs ſubſcribant.

tentias antea publicè perlectas, ac priuſquam alia ad loca 15
tranſeant, aliáue acta cauſáſue proponant, ſubſcribere tenen-
tur.

Submiſſiones ſuper interlocutorijs.

Poſtquàm accidit interdum, ut cauſæ, in quibus diffiniti-
uè tractatum atq; concluſum eſt, referantur: ac in ijſdem per 16
Iudices ſuper interlocutorijs, quæ diffinitiuam præcedant,
concludatur: Similiter in quibuſdam cauſis, per partes tan-
tùm ſuper interlocutorijs ſubmiſsiones fiant: tales interlocu-
toriæ tamen eius generis conditionisq; exiſtant, ut in relatio-
ne earundem Iudices ſeſe diffinitiuè, quæ iſtam interlocuto-
riam hac uel illa uia ſequatur, uniri concordariq; poſsint: Ne
qua autem utroq; caſu eiuſmodi cauſæ de nouo referantur, ac

Vnà cum interlocutorijs diffinitiuas quoque concipiendas, ac per Protonotariũ conſcribendas eſſe.

duplex labor operaq; impendatur: Ordinamus atq; ſtatuimus, 17
ut eiuſmodi cauſæ quouis tempore præſentibus octenis Aſ-
ſeſſoribus referantur, ac ſimul cum interlocutoria, diffinitiua
quoq; eam interlocutoriam hoc uel illo caſu ſecutura conci-
piatur, & per Protonotariũ protocollo ſuo inſcribatur, poſt
finalem concluſionem publicanda.

Aſſeſſorum affinitas & propinquitas partium Iudici indicanda eſt.

Item ordinamus, ſi quiſpiam Aſſeſſorum aliquam partem 18
affinitate, cognatione, aliaſue (ut de Iure recuſari poſsit) at-
tineat, aut ijſdem in cauſis alteri parti aduocarit, conſuluerit,
aut alia uia inſeruierit, indicare id quidem Iudici Cameræ &

Procuratorũ eſt, propinquitatem Aſſeſſorũ & partium Iudici indicare.

Aſſeſſoribus debet, ac ita ſe illa cauſa prorſus exuere: Si unus 19
autem hæc pluréſue Aſſeſſorum poſthabuerint, Procurato-
rum erit eam propinquitatem Iudici Cameræ opportunè
atque ſecretò indicare, qui de ea re prouiſionem faciat.

Suſpitionum omnijugenarũ cauſæ & occaſiones Iudicialibus perſonis ſunt uitandæ.

Quò item oblocutiones uariæ ac ſuſpitiones præuenian- 20
tur, ac euitentur, uolumus, ne uel Cameræ Iudex noſter, uel
Aſſeſſorum quiſquam, uel Protonotariorum, Notariorum,
aut Lectorum, aliquam partem, ullúmue Procuratorem, O-
ratorem ſeu Prælocutorem, Sollicitatorẽ, aut quibus alijs no-
minibus uocentur, domi ſuæ aut conuictu ſecum habeat re-
tineatue: aut alibi ipſe cum illis eodem conuictu, uijsq; alijs
quotidiè, aut ſuſpecta communitate ac familiaritate utatur:

Quorum conuictus & familiaritates Aſſeſſoribus ſint uitandæ.

multò minus partes in Iudicio Cameræ pendentes lites ha- 21
bentes, in familiam ſuam aut ſeruitium ſuſcipiat, quin poti-
us illis ſemper ſe exuat. Similiter quoque Procurator, Præ-
locutor, aut Aduocatus Iudicij Cameræ nullum Aſſeſſorem,
Protonotarium, Notarium aut Lectorem domi ſuæ conui-
ctúue foueat, aut illorum conuictu utatur, ut Iudex Came-
ræ & Aſſeſſores noſtri omni ſuſpicione uacent, nulliq; eos re-
cuſandi occaſio detur.

22 Aſſeſſores quoque in cauſis, quas antè aduocarunt, quàm
Aſſeſſores efficerentur, nequaquam aduocent, aut alia uia u-
tendos ſe præbeant, eo tempore quo aſſeſsionis ſtatum reti-
nent: quin ab aduocationibus & conſilijs dandis abſtineant,
illiſq; prorſus ſe eximant: niſi propriæ ſint ipſorum cauſæ,
aut ſuorum affinium & cognatorum proximis gradibus con
iunctorum, quibus adeſſe conſilio non prohibeantur.

Aſſeſſores nõ niſi proprias & propinquorũ cauſas aduocare debẽt.

23 Iudex item et Aſſeſſores medio ipſorum iuramento omnia
quæ in conſilio, deliberationibusq́;, quæq́; ſuffragijs dandis,
ſententijsq́; ferendis agunt ac pertractantur, perpetuò celent,
nulli ea hominum manifeſtando, niſi per nos, aut dilectum
fratrem noſtrum Romanorum Regem ſpeciatim iubeantur.

Deliberationes et conſilia ſunt celanda.

24 Item Aſſeſſores acta, Iudicialiaq́; actitata, quæ ad referen-
dum ipſis traduntur, domi coram miniſtris & familia non ne-
25 glectim, ſed magis ſecretò ac benè cuſtodita habeant. Quin
ab omnibus caueri decet, ne partes & Procuratores explo-
26 rent, quinam referentes ſint, & quid in ſeſe ante publicati-o-
nem contineant ſententiæ: Verùm Iudex Cameræ, Aſſeſſo-
27 res, Protonotarij, ac aliæ Cancellariæ perſonæ omnia conſi-
lia penes ſe clàm ac ſecretò retineant.

Acta Iudicialia domi ſecretò habenda et cuſtodienda.

Sententiæ ante publicationem celandæ.

Litigatores pariter ac Procuratores ignorent quinam referentes ſint.

Ne qua etiam cauſæ, poſtquam in ijs diffinitiuè aut inter-
locutoriè concluſum eſt, per referentes prorogentur aut diſ-
ferantur, ordinamus ac ſtatuimus, ut primùm ad minores
28 actus Iudiciales, utpotè ratione termini, aut ſimilium, Aſſeſſo-
res, quouis tempore eiuſmodi relationes ultra diem unum,
poſtquam acta eis tradita ſunt, non differant, ſed eas ante pro-
ximam Iuridicam perficiant, ac deſuper Decreta publicari ſi-
nant: Si quæ uerò aliæ interlocutoriæ fuerint, in quibus non
modò inſpectione Iudicialis protocolli, uerumetiam actorum
totorum aut particularium opus ſit, ea quidem Aſſeſſores ul-
tra octiduum uel quindenam, aut ad ſummum menſem unum
penes ſe non retineant, niſi Iudicem Cameræ de magnitudine
cauſæ certiorem faciant, aut rationes adducant, cur eæ cauſæ
29 ſub hoc tempus referri nequeant. Quæ uerò diffinitiuæ ſunt,
etiamſi cauſæ diſsimiles, nec certus in his per omnia modus ac
30 terminus ſtatui poteſt: Volumus tamen, ut Aſſeſſores, quan-
tum fieri eſt poſsibile, elaborent ac connitantur quàlibet cau-
ſam intra ſemeſtre poſt finalem concluſionem, expediri ac ter-
minari. Si qua uerò magnitudo grauitasq́; cauſæ non fert,
aliáue impedimenta obſtant, Aſſeſſores, quos penes ea acta
ſunt, iſtud quidem Iudici Cameræ indicare teneantur.

Properandum in minoribus actibus Iudicialibus.

Diffinitiuis mora indulgeatur cõcedaturq́;.

Quælibet cauſa intra ſemeſtre terminetur.

31 Acta quoq; Aſſeſſores, quæ ad referendum tradita ſunt, an-
te quàm relata fuerint, abſq; Iudicis Cameræ notione præſci-

Acta ſine Iudicis cognitione in Archiuum nõ reponenda.

entiaq; in Archiuum non reponant, reddantur: Aeque etiam cauſam nullam ad referendum acceptent, petantur, niſi ea ex prænotione atq; ſcientia Iudicis Cameræ tradatur ac committatur.

De Aſſeſſorum officio in Iudicio. Tit. 14.

QVANQVAM in ueteribus Imperij conſtitutionibus prouiſum eſt, ut ſingulis diebus Iuridicis, 1
binis horis ante, & binis poſt meridiem præſentibus omnibus Aſſeſſoribus publicus Iudicum conſeſſus ſeu Iuridica audientia haberetur: Cognouimus tamen

Ingens cauſarum numerus et copia hoc tempore.

tantum cauſarum numerum iam copiamq; obtigiſſe, ac in conſpectu & ante oculos eſſe, ut inde cauſæ non promouerentur, ſed potius præpedirentur, eò quòd Aſſeſſores antemeridiano tempore toto ad referendum cauſas indigeant, & omnium præſentia in Iuridiciali audientia non ſit neceſſe. Ideirco 2

Sententijs publicandis omnes Aſſeſſores interſint, publicatis uerò diuidantur in ordines, ut ſequitur.

cò ordinamus & ſtatuimus, ut poſthac in publicatione ſententiarum apud Iudicem Cameræ Aſſeſſores omnes præſentes exiſtant: poſt publicationem uerò ſententiarum, decretorum ac Receſſuum factorum in ordinaria audientia iuxta Iudicem Cameræ octeni Aſſeſſores, inter quos unus ſit Comes 3

Octeni Aſſeſſores publicæ audientiæ interſint.

aut Baro: deinde in audientia contumaciarũ Comes aut Dominus: Et habita audientia duo aut plures Aſſeſſores deputentur ac ordinentur, qui Procuratores in cauſis infrà in tertia parte huius ordinationis ſub Titulo, quę cauſæ coram deputatis &c. pertinentibus audiant, ac deſuper prout æquum eſt decernant: Priores autem Aſſeſſores egredientes, interea 4

Supplicationes in conſilio expediendæ: item taxæ expenſarum.

Supplicationes in conſilio expediant. Vbi autem nullæ Supplicationes, aut paucæ fuerint, taxationes expenſarum, aut alia minora decreta ſeu Receſſus conficiant: Quouis tempore in eiuſmodi ordinatione eorum, qui in Iudiciali audientia conſident, in alternatione perſonarum æqualitate oneris ſer- 5
uata, ne quis plus alio oneretur aut prægrauetur.

Aequalitas ſeruanda, ne quis plus alio grauetur.

De ſuſcipiendo Imperiali fiſcale, ac huius Aduocato, eorumq; qualificatione. Tit. 15.

Fiſcalis qualis eſſe debeat.

CAETERVM ad conſtituendum noſtri Imperatorij Cameræ Iudicij generalis fiſcalis officium, 1
debemus ac uolumus, aut noſtra in abſentia dilectus frater noſter Romanorum Rex, eidem officio quouis tempore honeſtam, eruditam & Iure decoratam perſonam, quæ norit atque intelligat, quæ ſint fiſcales cauſæ, præficere, qui pro tempore Cameræ Iudici noſtro, loco noſtro,

ſtro,ſui officij ergò aſtipulari iurareq; debeat, tenore iuriſiu- *Fiſcalis ſit iuratus.*
randi infrà poſito.

Ipſi,aut nobis abſentibus dilectus frater noſter Romano- *Aduocatus fiſcali ad-*
3 rum Rex, uolumus quidem memorato fiſcali ad omnes ſuas *iungendus.*
neceſſarias cauſas eruditam & idoneam perſonam, pro Ad-
uocato, quouis tempore adiungere,qui idem ſimile iuramen-
tum,ut deinceps ponetur,præſtet.

4 Quoniam uerò Imperatorij noſtri fiſcalis & alius Procu-
ratoris officium non benè inuicem quadrant aut conueniunt,
5 quòd Procurator priuatorum, partium ſuarum ſecreta reti- *Procurator partium ſuarũ ſecreta reticeat.*
cere : fiſcalis autem ratione ſui officij nonnunquam ea reuela- *Fiſcalis ſecreta partium quandoq; reuelet.*
6 re ac iuſtificare teneatur: Tum & quotidiè accidat,ut Procu-
rator contra fiſcalem & fiſcum,cauſas priuatorum defendat:
Itaq; ordinamus,ut fiſcalis, eiusq; Aduocatus deinceps tan- *Fiſcalis & Aduocatus tantum cauſis fiſcalibus incumbant.*
tùm fiſcalibus cauſis incumbant, nec alias cauſas ſuſcipiant.
Ac ſi qua fortè fiſcalis ipſe ſuum officium expedire legitimis
7 rationibus fuerit impeditus, ita ut Aduocato ſuo illud com-
mittat,utatur quidem in fiſcalibus cauſis Aduocato ſuo, & *Fiſcali impedito Aduocatus eius cauſas agat*
alio nullo Procuratore ſeu Actore.

De Imperatorij fiſcalis officio extra Iudicium, ac de ſuis deputatis. Tit. 16.

1 DVO item Aſſeſſores quouis tempore per Came-
ræ Iudicem noſtrũ & Aſſeſſores fiſcali noſtro tan- *Duo Aſſeſſores fiſcali adiungantur ac deputentur.*
quam deputati adiungantur, ſine quorum conſi-
lio,ſcientia, cognitione, ac uoluntate fiſcalis no-
ſter litem mouere nulli debet: quin illorum conſilio ac uolun-
tate faciat, Iidem deputati mediantibus eorũ iuramentis,qui-
bus Cameræ Iudicio noſtro obſtringuntur, optima,ſecun- *Deputatorum officium quod ſit in cauſis fiſcalibus.*
2 dum id quod intelligunt, ſuadere, & quod ipſos iuxta ordi-
nationem hanc decebit,fideliter exequi teneantur,nec ſine gra
uibus cauſis mutentur aut alternentur.

Quicquid autem per deputatos quouis tempore ex re fo- *Fiſcalis binos illos deputatos in omnibus audiat ſimul, & Aduocatum ſuum.*
3 re,conſultumq; uidebitur, & fiſcali ad proponendum agen-
dumq; committetur,ei rei ipſe fiſcalis noſter ſub pœna Came-
ræ Iudicis noſtri arbitraria, directè pareat & obſequatur,nul
la in his omnibus malitioſa ceſſatione aut mora uſus. At præ-
ter horum deputatorum & Aduocati fiſci conſilium, nullam
inceptare aut præſumere cauſam debet : Quod ſi faceret,
partibusq; iniuria litem moueret, in expenſis iuxta æſtima-
tionem Cameræ Iudicis noſtri, de ſuo pendendis, condemne-
tur.Sed ſi cauſa præhabito conſilio, exq; mandato (ut præ- *Fiſcalis temerè litem motam de ſuo ære pen-*
4 mittitur) tentata,ac nihilominus ex ſiniſtra forſitan informa-

dat reſarcíatq́;, ſecus autem, ſi malè informatus fuerit.

tione, alijſue cauſis fiſcalis in iuſtificatione illa decidat, tunc
quidem iuxta conditionem et qualitatem cauſæ, expenſarum
ergò ex fiſco ſoluendarum, an non, cenſuræ atq; arbitrio Iu-
dicis Cameræ ſtetur.

Fiſcalis cum partibus ſine deputatis non tranſigat.

Cumq́; accidat nonnũquam, ut cauſæ fiſcales ante & poſt
ſententias cum delinquentibus iuxta qualitatem delicti atque
eorum etiam facultatum tranſigantur: Ordinamus, ſtatui- 5
mus, ac uolumus, ne fiſcalis noſter cum aliqua parte punibili
abſq; notione ac uoluntate ſuorum coordinatorum Aſſeſſo-
rum tranſigat, aut quicquam pacti ſeu conuenti cum illis faci-
at, ulla uia modóue.

In grauioribus cauſis mandatum Imperatoris requiritur ad tranſigendum.

Iam & ſi cauſæ fiſcales ob principatus, Comitatus, domi- 6
natus, ditiones, ciuitates, caſtra, ſeu arces, aut ſimiles contin-
gerent, de his ſine noſtra, aut nobis abſentibus, dilecti fratris
noſtri Romanorum Regis, præſcientia ac mandato prorſus
nihil tranſigatur.

Fiſcalis unicè munus ſuum obeat, nec alijs ſe implicet uel oneret cauſis.

Imperatorius fiſcalis noſter ſolùm munus ſuum obeat, nec
alijs cauſis ſe grauet, præcipua ad fiſcales cauſas in uniuerſum 7
animaduerſione diligentiaq́; adhibita: Ac quidẽ propterea in

Fiſcalis ſit diligentiſſimus, præſertim turbulento tempore, et ſi qua fortè ſeditio in imperio exorta fuerit.

Imperio undiq; de fiſci noſtri commodis acrem indagationem 8
ſuſcipiat, ac quouis tẽpore officij ſui in fiſcalibus cauſis, præ-
ſertim ubi ſeditio fortè in Imperio aduerſus pacificationem
noſtram contingeret, per ſeſe ipſe rationem habeat, & intro-
mittat, adeoq́; etiam ſuo munere fungatur. Tũ & pœnas mul-

Mulctas & pœnas debito tempore exigat.

ctasq́;, nulla excepta, aut ſepoſita, maturè importet, qua in re 9
ſibi Iudex Cameræ & Aſſeſſores, ut decet, auxilio eſſe debent.

Fiſcales proceſſus ex fiſcalibus emolumentis ſeu mulctis ſoluantur.

De quibus Imperialis fiſci noſtri emolumentis quouis tem 10
pore, quicquid ad inſinuationem fiſcalium proceſſuum, alia-
rumq́; literarum noſtrarum, explorandarumq; cauſarum fi-
ſcalium operam paſsim inſumitur, ac alioqui omnia alia ex-

Ratio accepti & expenſi in fiſcalibus reddatur quotannis in Viſitatione cum præſentatione Regiſtri.

traordinaria impenſa præſtentur ac ſoluantur: & de his in ui- 11
ſitatione annua ordinatis Cõmiſſarijs ac Viſitatoribus omnis
accepti expenſiq́; ratio iuſta rectaq; reddatur: Ac nobis po-
ſcentibus, noſtriſue mandatarijs quouis tempore Index ſeu
Regiſtrum taliuſmodi Rationarij præbeatur, & de reſiduo,
quod ſupereſt, futuræ expenſæ fortè in annũm reſeruentur,
reliquumq́; nobis, aut cui id aſsignauerimus, expendatur.

De Imperatorij fiſcalis officio in Iuridiciali audientia. Tit. 17.

Fiſcalis antè alios audiendus.

ORDINAMVS & ſtatuimus, ut Imperatorius fi- 1
ſcalis noſter in ordinaria audientia, in cauſis fiſcali-
bus quouis tempore, ſiue in ordinarijs ſiue extraor-
dinarijs

dinarijs agendum ſit, admittatur, ac primùm ante alios Pro-
2 curatores audiatur: Attamē agere in ſcriptis debet, ac in pro- *Fiſcalis constitutioni huic ſit ſubiectus et obſequens.*
poſitionibus uerbalibus breuitati ſtudere, ſemperq́; ordinati-
oni ſeſe, prout alij Procuratores, conformem gerere.

IDEM ALITER.

Itaq; ut in publico Iudicum conſeſſu & ordinaria audientia omni tempore tam in ordinarijs quàm extraordinarijs fiſcalis noſter ad cauſas ſuas fiſcales agendas admittatur, atque in initio ante alios Procuratores audiatur, decernimus quoq; & ſtatuimus: attamen in ſcriptis agat, detq́; operam, ut in ſuis Prolegomenis non ſit uerboſus, ſed omnino ſtudeat breuitati, & in omnibus alijs huic ſe ordinationi, quemadmodum et reliqui Procuratores, conformem gerat, & obſequentem.

3 Quandoquidem autem cenſitorum aut contributionum *Contributionum cauſæ cæteris celerius expediantur.*
cauſæ non in conſultationibus modò, ſed & in Iudicio non
exigua impedimenta ac remoras pariunt, Volumus ut in eis
deinceps celerius quàm hactenus factum eſt, procedatur, utq́;
Procuratores ad emiſſa inſinuataq́; monitoria & proceſſus in
termino non aliter quàm cùm iudicant, monitorijs paritum
eſſe, aut cauſas, cur id non fieri debeat, uerbo breuiter aut ſcri-
pto proponere uelint, audiantur: neque ob id alius terminus
eis aut dilatio concedatur. Ac in eiuſmodi quidem contribu- *Binæ audientiæ in ſeptimana pro contributionum cauſis die Sabbati habeantur.*
tionum & cenſitorum cauſis ſingulis ſeptimanis binæ, ſeu ad
4 minus una ſpecialis audientia Sabbatina ante aut poſt meri-
diem, prout deputati, & fiſcalis quouis tempore conſentane-
um fore exiſtimant, habeatur.

De perſonis Aduocatorum & Procuratorum, ut qualificati, & quot eorum eſſe debeant. Tit. 18.

1 CVM QVE graues querelas acceperimus, pleroſque litigatores in eorum cōtrouerſijs per ineptos & indoctos Procuratores maxima detrimenta atque incommoda perpeſſos eſſe, duximus iſti malo quoque prouiſionem facere: Statuimus ergò, ordinamus ac uolumus, ut deinceps per Cameræ Iudicem noſtrum & Aſſeſſores, plus quàm quatuor & uiginti Aduocati & Procuratores non recipiantur: & ut ijdem antè per Cameræ Iudicem & Aſſeſſores, quàm admittantur aut recipiantur, ſuæ eruditionis, qualificationis, reputationis, legitimæ originis, ac natalium, ſtatus, & morum ſeu conuerſationis ergò, & an in Iure decorati, & ubi locorum, probè examinentur, atq; in his ſufficientes inueniantur & cognoſcantur.

Procuratores & Aduocati quot & quales eſſe debeant.

Procuratores & Aduocati ſint ſpectatæ integritatis & ſufficientis eruditionis.

Ac, ſi

Procuratores ignaui et negligentes amoueantur.

Ac, ſi quis receptus, & poſtea ineptus, ſocors atq; nidili- 2
gens, aut alioqui inidoneus reperiatur, is quouis tempore per Cameræ Iudicem & Aſſeſſores noſtros mittatur, ac alius in eius locum recipiatur.

Vt Procuratores & Aduocati conducendi ſint, quot & quas cauſas quiſque acceptare poſsit ac debeat. Tit. 19.

Singulis partibus ſeu litigatoribus ſinguli Procuratores & Aduocati dentur.

AMPLIVS uno Aduocato aut Actore ſeu præ- 1
locutore, Iudicio Cameræ addicto, & una in cauſa quælibet pars, non recipiat & conducet, quo & altera pars Aduocatum & Oratorem habere poſſit, in qua re fraude nulla, doloue uſurpetur. Itaq; nullus Aduocatus ſeu Actor cuiquam parti in ſuis cauſis conſulat, niſi eadem pars illum ſibi uelit, aſſumatq; Aduocatum, aut Oratorem.

Nullus Procurator ſit idem Aduocatus, & econtra.

Quandoquidem & quotidie uſuuenit, ut Procurator alius 2
Procuratoris Aduocatus ſit, atqui Actorum ſeu Procuratorum, & Aduocatorum officia diſtincta ſunt, diſiunctaq;, Procuratores item multitudine cauſarum utranq; functionē haud bene obire queant, ordinamus atq; ſtatuimus, ut deinceps nullus Procuratorum Aduocati munus in cauſis, in quibus ipſe non eſt Procurator, ſimiliter nec Aduocatus, qui Procurator non eſt receptus, Procuratoris munus arripiat. Et ſi qua par- 3
tium Procuratori ſuo etiam Aduocatum adhibere uelit (quod cuiuſuis arbitrio relinquimus) poterit aliquem ex iuratis Iudicij Cameræ Aduocatis, aliōue loci conducere. Tum & per 4
Cameræ Iudicem noſtrum acriter proſpiciatur, ne Procuratores partes inſtruāt aut uerbis confidentibus perſuadeant, ut nullum ſibi Aduocatum aſſumant, uerùm id quouis tempore liberæ partium uoluntati atq; arbitrio relinquatur.

Liberum ſit partibus ubi uelint Aduocatos ſumere.

Procuratores non perſuadeant litigatoribus ne Aduocatos ſumant.

Procurator plures cauſas quàm peragere poſſit, non acceptet.

Aeque non concedatur, uelut hactenus factitatum eſt, ut 5
Procuratores cauſas plures quàm peragi poſſunt, acceptent:

Iudicis eſt indagare multitudinem cauſarū in Procuratoribus.

Quin Cameræ Iudex noſter quandoq; à Procuratoribus ca- 6
de re indaget, ſciſcitetur atque exploret, medijsq; eorum iuramentis, illis iniungat indicare, quot quiſq; cauſas habeat, & ſic quidem ad interrogata medio iuramento ſuo ueritatem reſpondere ac profiteri tenentur. Vbi comperepint aliquem for-

Multitudine cauſarum nemo Procuratorum ſe prægrauet.

tè multitudine cauſarum obrutum eſſe, huic mandent, eiuſ- 7
modi cauſas ſuas diligenter expediat, tamq; diu, donec illæ expeditæ fuerint, alias nouas abſq; præſcientia & conſenſu Cameræ Iudicis noſtri & Aſſeſſorum nullas acceptet, ne partes in controuerſijs ſuis per Procuratores ob multitudinem cauſa-

rum ne-

rum negligantur aut remorentur, ac cauſæ inter Procuratores aliquatenus diſtribuantur, adeoq; magis hac uia magisq; promoueantur.

8 Procuratores item munera ſua officiaq; in Imperiali noſtro Cameræ Iudicio tantùm obeant atq; expediant, à procuratione aliorum dicaſteriorum in ciuitate Spirenſi, & extrà, abſtineant, præter eas cauſas, quas antea procurarunt & aduocauerunt.

Procuratores tantùm ſua officia obeant, cæteris abſtineant.

9 Attamen ſi nouitij & recentes Procuratores, qui nec dum pluribus cauſis prægrauati ſunt, in alijs Iudicijs quoq; exercere ſe noluerint, id quidem eis ex præſcientia & cognitione Cameræ Iudicis noſtri, citra neglectum tamen earum cau-

Procuratores nouicij exteras cauſas acceptare poſſunt.

10 ſarum, quas in Iudicio Cameræ habent, facere licebit. Nec debent porrò Procuratores in Imperij cauſis & negocijs, et in Imperialibus conuentibus atque Comitijs ab aliquo Statu mandata acceptare, aut ſe Imperij aut alijs dictis, ſiue ad amicabiles tranſactiones compoſitionesue, ſiue ad Iudiciales cauſas utendos præbere.

Procuratores non interſint Comitijs, ut ibi cauſas agant.

11 Ne quis item paupertatis ergò, Iure iuſtitiaue deſtituatur, Iudex Cameræ pro tempore erit, cauſas pauperum de ſua ægeſtate ac paupertate docentium ac teſtificantium, iuramentumq; paupertatis in modum ut ſequetur præſtantium, Aduocatis & Procuratoribus ut conſilio illos operaq; ſua in Iure quàm rectiſsimè adſint, mandet atq; præcipiat. Cui iam Ad-

Pauperum cauſis Procuratores & Aduocati dentur. Ait D. Mynſingerus Obſeruat. 32. Cent. 4. Aduocatos compoenendos eſſe ad ſuſcipiendas cauſas pauperum.

12 uocato aut Procuratori tales cauſæ committuntur, tenetur ille ac debet eas ſub pœna priuationis officij ſui, citra tergiuerſationem, acceptare, & nō minori diligentia quàm aliarū partium cauſas agere atq; proponere, neq; alij Procuratori obtru-

Pauperum cauſæ æquè diligenter ac diuitum tractentur.

13 dere. Ac hæ cauſæ quidem pauperum partium inter Aduocatos & Procuratores æqualiter diſtribuantur, ordine tali ſeruato, ne quis præter alios in illis oneretur aut prægrauetur.

Aequalitas in diſtribuendis pauperum cauſis ſeruanda.

De ſubſtitutis Procuratoribus, & cauſarum traditionibus. Tit. 20.

1 CVM & hactenus Procuratores, ubi ceſſerint Iudicio, cauſas ſuas alijs Procuratoribus ſuo arbitratu abſq; præſcientia partium, ui clauſulæ ſubſtituendi tradiderint: nonnunquam & cauſas acceperint, quas poſtea alijs Procuratoribus totas cōmiſerint, ſumptu partium intolerabili: Idcircò ordinamus ac ſtatuimus, ne deinceps Procuratores Iudicio Cameræ cedentes, aut cauſas ſemel acceptatas pecunia ſumpta, totas deponentes, præter notionem & conſenſum ſuarum partium alios ſubſtituant, aut alijs tradendi cauſas poteſtatem habeant: quin liberum

Procuratores alijs non tradant cauſas abſq; ſcitu Iudicis, & conſenſu partium ſuarum.

partibus

partibus relinquant, in ſuis cauſis ſibi quos uelint ſuo arbitratu Procuratores eligere.

Procuratores poteſtatem habeant ſubſtituendi coram Protonotarijs.

Euentu uerò ac caſu, quo Procurator uenia Iudicis impetrata, coram tribunali comparere, aut terminum ſuum reſpicere non poſſet, qui tamen eius mandato accepto ad cauſam legitimaſſet: is ante & poſt litis conteſtationem unum aut plures Procuratores Iudicij, in reditum ſuum ac præſentiam uſq; ſuo nomine ad cauſas agendas ſubſtituendi poteſtatem habeat. 2

Subſtitutiones ubi & quomodo fiant.

Quæ ſubſtitutio ſi in Cancellaria aut aliàs coram Protonotarijs facta eſſet, poterit utiq; in Iudicio per protonotarium ac ſubſtitutos Procuratores ad quamq; cauſam ſpeciatim commemorari ac repeti: at ſi non eſſet coram Protonotarijs facta, copia eius ad quanq; cauſam reponi, atq; etiam protocollari debebit. 3

Nullus Procuratorum ſub ſpe ratificationis admittatur.

Deinceps autem nullus Procuratorū alterius nomine ſub ſpe ratificationis ad agendum admittatur. 4

Vt Procuratores mandatis, ratificationibus, alijsq; modis prouiſi ſint. Tit. 21.

Procuratores ſufficientis habeant mandata agendi. Vide D. Mynſingeri Obſeruat. 33. Centur. 4.

STATVIMVS & ordinamus quoq;, ne quis Procuratorum aliquam cauſam agendam, aut in iudicio proponendam ſuſcipiat, niſi ſufficiens habeat mandatum: Si uerò non ſufficiens habuerit mandatum, indicet id, ac caueat præter exceptionem aut diſputationem. Quod ſi non fecerit, taceat, ac cauſæ amplius ſe non intromittat. 1

Procuratores de rato cauentes in præparatorijs admittantur.

Porrò ſtatuimus & ordinamus, quando Procuratores in Iudicio comparent, reproducendo Citationes, Inſtrumenta, Acta, & alia prioris inſtantiæ, ſeq; ad cauendum offerunt, quòd ijdem ad cautionem de rato, in præparatorijs Iudiciorum uſq; ad conteſtationem litis admittantur, fidelem medio tempore nauantes operam, à principalibus ſuis ratificationem priorum Actorum ſuorum conſequendam. 2

Procurator ſupinus negligensq; in ratificatione impetranda, ſoluat damna & expenſas.

Et ſi quis eorum in his ſupinus negligensq; fuerit, is damna & expenſas in cauſam inſumptas de ſuo reſarciat ac ſoluat, nec ad ulteriores actus in cauſa principali, abſq; permiſsione Iudicij, admittatur. 3

Procuratores ratificationem non exhibentes condemnentur.

Si uerò Procuratores præſtita cautione abſq; ulteriori mandato ac permiſsione litem conteſtentur, agantq;, nec ante concluſionem cauſæ ſufficientē ratificationem pro ſe ac ſuis ſubſtitutis Procuratoribus, alijsq;, qui eorum nomine egerūt, iudicialiter exhibeant: hi non modò in expenſas Iudiciales, ſed & damna & incommoda cætera, quæ Iudicio inde & partibus obuenerunt, prout de Iure, de ſuo rependenda atq; perſoluenda condemnentur. 4

Si quoq;

5 Si quoq; dicti Procuratores generalia mandata procura- *Copiæ mandatorum eti*
toria, aut alia ſcripta ac literaria documenta ſeu teſtimonia in *am in alijs cauſis exhi-*
cauſa aliqua exhibuiſſent, quibus & in alijs cauſis uti uellent: *beantur, collationatæ.*
copias quidem conſonantes collationatasq; eorundem man-
datorum, ac literariorum documentorum ad eandem cauſam
caſumq;, ad quæ illis utuntur, deinceps quoq; collationando-
rum ſemper exhibeant, & ad eam cauſam, in quibus origina-
lia reproducta ſunt, in eorum terminis referant.

De Aduocatorum & Procuratorum officio coram conſilio. Tit. 22.

1 PRIMVM, Procuratores deinceps in obtentio- *Qualitates ſententiarũ*
ne mandatorum ac proceſſuum in cauſis, quibus *in appellationibus at-*
uiua uoce appellatum eſt, qualitates ſententiæ, & *tendendæ et indicandæ*
de qua ſententia appellatum, an & ſumma pecu- *ſunt.* *Summa cauſæ quanta*
2 niarum ordinationi conſentanea ſit, in Supplicationibus in- *ſit, in Supplicationibus*
dicare ac percenſere debent. *exprimatur.*

3 Nemo item Procuratorum de uno conſilio ad aliud ſup- *Supplicandum ad con-*
plicet, ſed quouis tempore ſupplicationes ſuas ad ipſum con- *ſilium Iudicis.*
ſilium, in quo Iudex Cameræ exiſtit, & non in particularia
conſilia præſentet.

4 Item, ſi partium aliqua, eiúſue Procurator, cui ſemel aut *In Supplicationibus pri*
iterum proceſſus denegati ſunt, rurſus ex nouis rationibus & *ora decreta commini-*
cauſis, aut etiam alia uia ſupplicandum ducat, priores qui- *ſcantur.*
dem ſupplicationes unà cum earum annotatis Decretis, ſi ad
manum habeant, ſi non, earum copias ſimiliter cum illa ulti-
ma Supplicatione exhibeant.

5 Si quis item pro Citatione, alijſue Proceſsibus contra Tu- *Nomina eorum, contra*
tores & Curatores, hæredes, adiutores ſeu receptores, adiu- *quos ſupplicatur, ex-*
torũ auxiliatores, & ſimiles ſollicitaret, eorũ nomina in Sup- *primenda.*
plicatione conſignet, nec ea, uelut hactenus factitatum eſt, in
6 executione nominanda reſeruet. Iam & ſi Procuratores pro
ſententia & decreto ſollicitare uolent, ſcripto id, per q; Sup- *Circumſtantiæ in Sup-*
plicationes faciant, in quibus quo tempore, qua ſuper re con- *plicationibus pro ſen-*
cluſum, ac obiter quæ cauſa ſit, paucis uerbis explicent, quò *tentijs exprimendæ.*
Iudex Cameræ apud Aſſeſſores, quos penes hæ cauſæ fue-
rint, certò inquirat.

7 Quiſquis Procuratorum ad conſilium pro proceſſu ſup- *Supplicans pro proceſ-*
plicans cum eadem ſupplicatione, Mandatum ſuum, aut do- *ſu mandatum exhibeat.*
cumentum dignum fide mandati partis ſuæ exhibeat, aut alio-
qui de rato, ut decet, caueat.

8 Neque nomine partium, quæ ipſæ non præſentes ſunt, ac *Procurator ſupplicati-*

oni abſente parte ſubſcribat.

eiuſmodi Supplicationes exhibent, Procurator ſupplicare, ſed ſeipſum ut Procuratorem in Supplicationibus ſubſcribere debet.

Iudicialiter petendum eſt, ſi quid petendũ eſt.

Nullus item Procuratorum in cauſis ſemel introductis, ad 9 conſilium pro Proceſſu, aut alio modo quàm pro ſententia ſupplicet, uerùm in pendentibus cauſis quouis tempore, quicquid poſtulandum ac proponendum putet, idipſum Iudicialiter faciat.

Aſſeſſor ſuſpectus Iudici clàm indicetur.

Si quis Procurator aliquem Aſſeſſorum ex iuſtis ac legiti- 10 mis rationibus in cauſa quapiam ſuſpectum haberet, eas rationes ſuſpitionis Iudici Cameræ opportunè ac ſecretò indicet, qui, ut antè ſtatutum eſt, ea, quæ decernit, præſtet.

De Aduocatorum & Procuratorum officio coram Iudicio. Tit. 23.

Procuratorum mores ante tribunal modeſti, grauesq́; ſint et honeſti. De eodem ſuprà meminit cap. undecimo.

ORDINAMVS ac ſtatuimus, ut deinceps quilibet Procurator ſingulis diebus Iudicialibus ad 1 quamque Iudicij horam, priuſquam ſententiæ ac decreta publicentur, in Iudicio compareat, inde abſque uenia Iudicis Cameræ non exeat, ſed ad finem uſque in eo, ſuo ordine ac loco, conſiſtat, honeſtè ſe coram Iudicio ex debito & iuramento ſuo habeat, improbis ac turpibus moribus, uerbis & actibus, abſtineat.

A ludicris iocis & colloquijs uanis coram tribunali abſtinendum.

Quiſque Procurator à iocis quoque & inutilibus ſermo- 2 nibus coram Iudicio & Iudice Cameræ coram præſidentibus ordinatis Aſſeſſoribus Cancellariæ & Protonotarijs ſibi temperet, abſtineat, atq; caueat, neminem uel uerbo uel ſcripto illudat: quin cauſas modeſtè, breuiter ac utili ſermone ſcriptóue proponat.

Procurator quiſq; ad ſuam cauſam ſit attentus

Item Procuratores deinceps ſub Iudiciali audientia multi- 3 loquio inter ſeſe aut cum circumſtantibus abſtineant, diligenter ad cauſas & propoſitiones attendentes, ut quiſq;, cùm alius cauſam ſuam agit, eamq; proponit, mox abſque commonitione ſciat ſuæ partis negocium, & ea quæ neceſſaria ſunt, & ad rem pertinent, in contrarium adducere.

Quomodo Procuratores ſua ſcripta exhibeant.

Procuratores item, omnes ſuas materias, actus & cauſas in 4 ſcriptis proponant, inq; exhibitione ſcripturarum aliud nihil quàm in hunc aut ſimilem modum loquantur, In cauſa inter A & B exhibeo iſtud ſcriptum, uidelicet, libellum, exceptionem, duplicam &c. aliasq; in litis conteſtationibus & concluſionibus ijs uerbis, quemadmodum infrà in tertia parte de proceſſu ſancitum eſt, utantur,

Quan-

5 Quandoquidem & prolixæ uerbales receſſus ac propoſitiones ad aliud nihil, quàm ad prorogationem Iudicialium proceſſuum, ac remorationem cauſarum ſpectant: Volumus, ut Procuratores in omnibus ſuis actibus in uniuerſum ab illa ſuperfluitate caueant abſtineantq́;, & in ſcriptis quouis tempore ſua neceſſaria, ut prædictum eſt, proponant.

A prolixis Prolegomenis abſtinendũ Procuratoribus.

Neceſſaria in ſcriptis proponantur à Procuratoribus.

6 Si quid autem iuxta ordinationem hanc uerbo proponendum ſit, ita quouis tempore dictent ad calamum pennamue, ut Protonotarij (qui omnia illorum dictata & uerba excipere tenentur) de uerbo ad uerbum protocollari ea atque conſcribere poſsint. Ab alijs nihil ad rem calamumq́; pertinentibus proloquijs, prorſus ſe contineant.

Dictata ad calamũ tardè fiant, ut protocollari queant.

7 Ad hæc nullus Procuratorum alium in ſuo præcurrat ordine, anteuertátque, ſiue ad ſententias in nouis, præfixis, ordinarijs, aut alijs interrogationibus agant, ſed ea qua conſiſtunt ſtatione, ordine, locóque ſinguli ſuas promant edantq́; propoſitiones.

Procur... ...

8 Nec ullus Procurator alter alteri obſtrepet, aut ſermonem eius interrumpat, ſed ſi quis in nouis, aut aliàs ordinem ſuum prætermittit, nec agit: ea audientia, & tamdiu, donec ad ipſum ordo in ijſdem cauſis agendi redit, ab agendo ceſſet.

Procurator alter alteri non obſtrepet, nec ſermonem interrumpat.

9 Iam & Procurator, ſi in ordinarijs agitur, ijs extraordinarias non immiſceat, ſed ordinem in extraordinarijs, dum ad ipſum redibit, expectet.

Cauſæ ordinariæ et extraordinariæ non ſunt commiſcendæ.

10 Item cùm aliàs nonnunquam per Procuratores haud neceſſarij actus fiant, per quos cauſæ tam in deliberationibus quàm coram tribunali ut plurimum remorantur ac præpediuntur:

Actus non neceſſarij ſunt omittendi.

11 Cui uitio occurrendo ordinamus, ut deinceps quiſque Protocollum ſuũ, mediante iuramento ſuo, reſpiciat, nec aliquem inutilem actum Iudicialem faciat, ſub graui Iudicis Cameræ cenſura, mulctaq́;.

Procurator quiſq; ſuum protocollum reſpiciat.

12 Procuratores item nullas friuolas exceptiones, aut alios non neceſſarios actus proponant, uel in cauſis aliquam prorogationem quærant, ſed ex iuramento ſuo & iſta ordinatione, cauſas promouere, atque in uniuerſum ſeſe coram Iudicio in Iudicialibus eorum proloquijs, actibus & proceſsibus gerant exhibeantq́;, quemadmodum infrà ſub tractatu, de Iudicialibus Proceſsibus annotatum eſt: Et alioquin ſui officij ratio de Iure ab ipſis requirit, ſeq; cumprimis decebit.

De Procuratorum officio in genere.

De *Aduocatorum & Procuratorum officio coram Cancellaria.* Tit. 24.

Antigraphi ſeu copiæ atteſtationum ex Cancellaria ſumendæ.

EX certis cauſis ordinamus, quòd Procuratores 1
& litigatores ſeu partes ab Imperialis Iudicij Ca-
meræ Cancellaria omnes antigraphos ſeu copi-
as atteſtationum petere ac redimere teneantur,
easq́; ac alias quoq; copias non à pauperibus liti-
gantibus (quibus eiuſmodi copiæ gratis ex Cancellaria por-
rigantur) aut à Procuratoribus aduerſarij litigatoris deſcri-
pturi.

Antigraphi ſeu copiæ omnium proceſſuum ex Cancellaria redimẽdæ.

Pari modo Procuratores alias quoq; copias ſeu antigra- 2
phos proceſſus, literas ſententiarum, & omne illud, quod de-
ſcribi ſibi ac parari uoluerũt, ſollicitaruntq́;, quouis tempore
cùm paratũ fuerit à Cancellaria ſine contradictione, ſineq́; eo
quod Cancellariam ad litigatores, uelut hactenus uſitatũ fuit,
amandent, redimere teneantur: perq́; Iudicem Cameræ & Aſ-
ſeſſores ad hoc ipſum faciendum compellantur, quò matu-
ram quouis tempore ſolutionem Cancellaria nanciſcatur.

Pecuniam Cancellariæ debitam Procuratores non retineant.

Deinceps quoque Procuratores pecuniam à litigatoribus 3
acceptam, & Cancellariæ debitam, non penes ſe retineant, ſed
eam quouis tempore, uirtute ac ui ſui iuramenti, in Cancellari
am repræſentare teneantur. Hoc autem quiſquis prætergre-
deretur, aduerſus eundem Cameræ Iudex noſter ex qualitate
tranſgreſsionis ad debitam pœnam procedat.

Cancellariæ metas & cancellos nemo prætergrediatur iniuratus.

Et ſi Procuratores, partes eorum, ſeu litigatores, aut ſubſti- 4
tuti eiuſmodi aliaſue copias, proceſſus et ſententiarum literas
ſollicitent poſtulentue, aut alioqui in Cãcellaria negocij quip
piam habeant: tamen Cancellariæ cancellos poſitos, metasq́;
non excedant, ne ſecreta Cancellariæ in præiudicium atq; di-
ſpendium litigantium explorent, neq; Cancellariæ perſonas
in ſcribendo, eorumq́; negocijs, perturbent.

Archiuum nemo ingrediatur niſi iuratus.

Similiter quoq; Procuratores litigantes, aut ſubſtituti, ſeu 5
quiſq; alius, qui iuramento actis non aſtrictus eſt, ad gramma-
tophylacium ſeu Archiuium, in quo Iudicialia acta recondi-
ta conſeruantur, non ingrediatur, ſed foris cum lectoribus,
quæ habet neceſſaria, loquatur, efficiatq́;.

An partes ſpeciales ſeu priuatos prælocutores actoresue habere poſſint. Tit. 25.

Alieni actores iurent de calumnia & malitia.

ITEM ſi Principes, Prælati, Comites, Barones, 1
nobilitas, aut ciuitates, per ſuos Aduocatos aut A-
ctores, quos ſecum adducunt aut mittunt: Vel alij
per honeſtas & idoneas perſonas in proprijs ſuis

caußis

cauſis perorare, aut agere uelint: habeant eius rei poteſtatem,
ita ut ijdem ſtipulentur ac iurent de calumnia et malitia uitan-
2 da, prout de Iure, quæ iuramenta ſinguli litigatores, parteſq;
aut eorum Actores ad partis aduerſæ aut Iudicis poſtulatio-
nem præſtentur.

Iuramẽtis præſtitis admittuntur litigatores et Actores.

De Imperatorij Iudicij Cameræ Cancellariæ perſonis, & quomodo eædem ſuſcipiantur. Tit. 26.

1 POSTEAQVAM multitudine perſonarũ, li-
tium, & cauſarum labor Cancellariæ tribunalis
Cameræ multò excreuerat, maiorq; etiã quàm an-
2 tea futurus ſit: Ordinamus & uolumus, ut per no-
ſtrum cognatum Archiepiſcopum Maguntinenſem, ut Can-
cellarium, honeſta, diligens, prudens, docta, apta, & exercita-
ta perſona, obedientiæ nomine commendanda, qui in omni-
bus Cancellariæ præſit, Adminiſtratoremq; agat, tum & aliæ
3 ſex honeſtæ perſonæ, quarum duæ Protonotarij, duæ Nota-
rij, ac reliquæ duæ Lectores Cameræ Iudicij noſtri exiſtant,
quouis tempore ſuſcipiantur.

De Adminiſtratore Cancellariæ, et qualis eſſe debeat.

Archiepiſcopus Moguntinenſis Cancellarius ordinet Adminiſtratorem cũ ſex alijs perſonis.

Sex aliæ perſonæ ſunt Cancellariæ neceſſariæ.

4 Tum quoq; duo Secretarij, duo Ingroſsiſtæ, tres Copijſtæ,
& famulus Cancellariæ per Adminiſtratorem ex ſcientia &
uoluntate amici noſtri Archiepiſcopi Moguntini quouis tem-
pore ſuſcipiantur, ac rurſus mittantur.

Octo aliæ perſonæ per Adminiſtratorem ſuſcipiantur.

5 Ex memoratis perſonis Iudicij Cameræ Cancellariæ, Ma-
giſter tabulariorum, & Receptor deligantur ac ordinentur.

Magiſter tabulariorum & Receptor deligantur.

6 Quò & eæ perſonæ Cancellariæ addictæ, magis moue-
antur & adducantur, occaſionemq; ſumant ad pr[æ]ſtandũ ſe in
rebus ac operis ſuis diligẽtes atq; idoneos, ſtatuimus, ordina-
mus & uolumus, ſi qua præcedens perſona morte obiret, ali-
aſue de Iudicio decederet, ut proximè ſequens perſona, ſi apta
atq; idonea ad hoc reperiatur, ſeq; rectè geſsiſſet, in eius locũ
7 prouehatur, & pro hac altera quædam ſuſcipiatur.

Idoneus alter in alterius decedentis locũ euehatur.

Omnes autem memoratæ ac aliæ perſonæ Cancellariæ,
nobis, aut loco noſtro, Cameræ Iudici noſtro, ſua iuramenta
præſtent, eidemq;, ut aliæ Iudicij Cameræ perſonæ, deuinctæ
ſint atq; addictæ.

Perſonæ Cancellariæ omnes ſint iuratæ.

De Adminiſtratoris officio. Tit. 27.

1 QVANDOQVIDEM Adminiſtratori Can-
cellariæ conuenit, omnia negocia Cancellariæ di-
rigere, cumprimis quidem & ante omnia quàm di-
ligentiſsimè aduertat, ut in perficiendis talibus
2 Cancellariæ negocijs, rectus ac integer ordo conſeruetur, ac
perſonæ operas ſuas gnauiter præſtent, utq; debito ac con-

Adminiſtratoris munus atq; officiũ deſcribitur.

Ordo eſt omnibus in officijs optimus, & ubiq; ſeruandus.

Perſonarum Cancellariæ officiis in genere cū diligentia præſtandis.

ſueto tempore ſeduli in Cancellaria, & conſilio ſint, maneãnt. 3
que, ac quod quiſq; ex officio tenetur, aut aliâs ſibi per Adminiſtratorem in negocijs Cancellariæ ex cauſis emergentibus & contingentibus præcipitur, maturè ac diligenter expediat perficiatq;.

Adminiſtratoris eſt acta in minoribus cauſis ſtatim compleri curare.

Præcipuè et hoc curare debet Adminiſtrator, ut mox à qua- 4
libet die Iuridica, acta atq; eorū protocolla, præſertim in quibus ad minora decreta ſeu receſſus dandos cōcluſum ſit, compleantur, nec id, quemadmodum hactenus factitatum eſt, de una Iuridica in alterã differatur: Curetq; ut in eiuſmodi com- 5
plendis actis æqua diligentia adhibeatur, ne in ſupplēdo quicquam omittat aut negligatur. Actis uerò completis, eadem ne remorentur, quin protinus deſuper ad referendū præbeantur.

Quantam oporteat eſſe Adminiſtratoris induſtriam atq; diligentiam.

Proceſſus non remorentur, ſed maturentur.

Similiter ut Proceſſus, ſententiarum, aliæq; literæ ſedulò in 6
Cancellaria ac primo quoq; tempore conficiantur, nec partes in his diu remorentur aut ſuſpendantur: Adhæc Adminiſtra- 7
tor ipſe alijs Cancellariæ perſonis quouis tempore, cùm neceſſe fuerit, in magnis ac arduis cauſis ſit adiumēto, & quidem ad hæc aliaq; dictanda concipiendaq; in Imperatorij Iudicij Cameræ negocijs ante alios ſolers gnaruſq; eſſe, ſeq; utendum præbere debet.

Adminiſtrator in arduis cauſis ipſe manū admoueat.

Adminiſtrator ipſe literas & proceſſus reuideat ac ſubſcribat.

Adminiſtrator quoq;, ſi præſens eſt, omnes eiuſmodi Pro- 8
ceſſus, ſententiarū, & alias literas, quæ noſtro nomine & ſub Imperatorio ſigillo noſtro, in Iudicio Cameræ emittuntur, ipſemet reuidere ac ſubſcribere teneatur.

Sigillum Imperiale penes Adminiſtratorē ſit.

Quantum ad Imperiale ſigillum noſtrum attinet, Admini- 9
ſtrator & alij, quibus eiuſmodi Sigillum ab affine noſtro Archiepiſcopo Moguntino, tanquam Archicancellario, cōcreditum eſt, medijs eorum Iuramentis, idipſum benè cuſtoditum conſeruatumq; habere tenentur, eoq; conniti, ne qua alias ad cauſas, quàm de quibus à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus in Iudicio aut conſilio cognitio facta eſt, uſurpetur.

Adminiſtratoris diligentia in erratis Cancellariæ emendandis requiritur.

Porrò Adminiſtrator quouis tempore ad lapſus, errata & 10
defectus Cancellariæ diligenter aduertat, & ſi quem defectū uel in perſonis, uel aliâs, ſit quicunq; uelit, quo labor, operæ, & negocia Cancellariæ remorenē aut præpediantur, cognouerit, eos quidem, quantum poterit, emendet, atq; amoueat: At ſi qua fortè id nequit efficere, Affini noſtro Archiepiſcopo Moguntino indicet, qui in hoc æquam animaduerſionem adhibeat. Sicubi autem defectus illi eius generis tantiue fue- 11
rint, ut ad eos corrigendos communi reformatione Cancellariæ neceſſe ſit, ſiue in Proceſsibus, taxis, alijſue, tunc conſilio Commiſſariorū & Viſitatorum, qui quotannis ad Iudicij

Inſpectatores ſeu Viſitatores defectus quoque reformabunt.

Cameræ

Cameræ inſpectionem ac uiſitationem ordinabuntur, emendare illos atque reformare debebit.

De duorum Protonotariorum officio in conſilio, Iudicio, & Cancellaria. Tit. 28.

1 PROTONOTARII officia ſua functionesque ipſi perſonaliter obeant, fideliterq; perficiant, nec per alias perſonas, niſi ægritudine grauarentur, aut cauſas alias legitimas haberent, quæ tunc ad
2 exiguum tempus, cum uenia et permiſsione Adminiſtratoris, ut ſuo nomine efficiant & prouideant, curabunt: Ac deſuper ſtipulentur, iurent ac gerant ſeſe, quemadmodū Iuſiurandum infrà poſitum præſcribet & explicabit.

Protonotarij ipſi ſua munia obeant, neceſsitate ualetudinis non impediti.

Venia Protonotarijs quando concedenda.

3 Videlicet alter Protonotariorum manè ad horam conſultationis maturè ſitin conſilio, ſuffragia uotaq; Aſſeſſorum, & quid quouis tempore in cauſis, maximè in quibus diffinitiuæ concipiendæ ſint, concludatur, diligenter annotare, & ex eo quod maius ac melius eſt, antequam Aſſeſſores digrediātur, concipiat, ponatque, & Aſſeſſoribus ea prælegat, ac per referentes
4 ſubſcribi faciat. Quòd ſi conſilium fortè in relationibus occuparetur, aut alias cauſas negociaue præ manibus haberet, quibus ipſum non intereſſe oporteret, tunc quidem ex præſcientia Iudicis Cameræ de conſilio in Cancellariam abeat, ibi cum altero Protonotario rebus Cancellariæ incumbat ſtudeatq;.

Protonotarius in conſilio ſeu deliberationibus ſuffragia & ſententias annetet.

Protonotarius deliberationibus non occupatus, Cancellariæ rebus incumbat.

5 Præterea ſtatuimus & ordinamus, ex ſpecialibus cauſis nos ad hoc mouentibus, ut Protonotarij Imperialis conſiſtorij noſtri Cameræ tres libros faciant, uidelicet primum, Con-
6 ſilij ſeu conſultationum Protocollum, in quod omnes ſententias, decreta, & receſſus, qui deinceps in Imperiali Iudicio noſtro Cameræ exeunt, conſcribant, unà cum nominibus Aſſeſſorum ac Iudicum, per quos eiuſmodi ſententiæ conceptæ
7 atque factæ ſunt. Cumprimis autem ſicubi Aſſeſſores de ſententijs non concordarint, ſed differentes fuerint, rationes cauſasque mouentes, ex quibus ſententia promanata eſt, ſimul cum nominibus eorum, qui harum ſententiarum bona ex parte autores ſeu architecti fuerint, iuxtà conſignentur aut perſcri-
8 bantur: Hæcque omnia, ut ſuprà dictum eſt, Protonotarij ex fide iuramentóque ſuo in æternum ſecretò reſeruent, ac nemini patefaciant: niſi per nos, aut eum, qui noſtro loco Imperij conſilio præſidebit, mandetur ac præcipiatur.

Tres libros habeāt Protonotarij, ſeu protocolla.

Primum ſit ſententiarum, decretorum et receſſuum.

Sententiarum autores ſiue architecti ubi diſcordauerint, cōſignentur.

Hæc ſecretò ac clam habenda.

9 Secundò, Protonotarij & Notarij ſententias & Receſſus quouis tempore in conſilio factos, ex eorum conſilij Proto-

Secundum ſententiarū publicandarum.

coillo in ſpecialem librum ſcribant, atque ex eodem deinceps 10
poſt meridiem ante audientiam dictatas, factas, & conceptas
ſententias, quæ in eadem audientia publicandæ fuerint, de-
nuò præſentibus omnibus Aſſeſſoribus perlegantur.

Sententiæ ante meridiem conceptæ, poſt meridiem pronuncientur.

Tertiò, Omnes ſententiæ cuiuslibet anni, totoq; eo anno 11
in Iudicio promulgatæ per Ingroſsiſtam in ſpecialem quoq;
Codicem conſcribantur, hiq; libri ac Codices in Imperialis
noſtri Iudicij Cameræ Cancellaria retineantur ac conſeruen-
tur.

Tertium, ſententiarum omnium, ſingulorũ annorum.

Quouis etiam tempore, cùm Aſſeſſori alicui uenia abſentiæ 12
largitur, per Protonotarium tempus datæ ueniæ, quamdiu
item abfuerit, & quando redierit, conſignetur, ac porrò quo 13
uis tempore Quæſtori indicetur.

Aſſeſſorũ abſentia certò conſignetur.
Quæſtori indicentur abſentes.

Cæterùm ordinamus, ut omnes propoſitiones, & quæ in 14
Iudicio dicta actaq; fuerint, per Protonotarios, aut alterum
ex eis, uno N tario adiuncto, ſumma diligentia conſcriban-
tur, ſic, ut Acta & Iudiciales actus ex utriuſq; Protocollis re- 15
ctè compleri, & ex eis Receſſus ſeu decreta cõcipi queant, utq;
Protonotarij & Notarij confeſtim poſt audientiam Proto-
colla conferant & concilient ſiue concordent.

Prologuia actusq; ſinguli à Protonotarijs conſignentur.
Protonotarius adiuncto Notario actus Iudiciales conſcribant.
Collatio Protocollorũ mox poſt audientiam facienda.

Si quid Protonotarij in Protocollis uiderint inueniantue 16
in quo ſit erratum, eius rei Iudicem Cameræ & Aſſeſſores op-
portuna bonaq; diſcretione commonefaciant, aliàs in delibe-
rationibus ſeu conſilio ad ſententias aut decreta nihil obtur-
bent aut interſentur.

Errata Iudici opportunè patefacienda.

Protonotarij item aut Notarij in Iudicio conſidentes, quo- 17
uis tẽpore minores ſubmiſsiones, in quibus inſpectio Acto-
rum non eſt neceſſaria, ſpeciatim notent, ac ſequenti die eaſ-
dem in conſilio Receſſuum ex eorum protocollis perlegant ac
indicent, quò mox ſuper eiſdem ex Protocollo receſſus confi-
ciantur, & in proxima audientia ſequenti publicentur.

Minores ſubmiſsiones ſunt per Notarios indicandæ.

Si Protonotariorum alter abſens, aut ægrotatione, aliaſue 18
impeditus protocollationi ſeu dictatis in tribunali compare-
re non poſſet, tunc quidem per Adminiſtratorem alter Nota-
riorum in illius locum deputetur.

Notarius in Protonotarij locũ tempore neceſsitatis ſurrogetur.

Primum ac præcipuum Protonotariorum officium eſt in 19
Cancellaria, ſententiarum, aliaſq; rerum literas concipere ac
perficere: Et ſi quidem ingroſſatæ fuerint, eas reuidere atque
ſubſcribere, quod munus ſuum, functionemq;, quouis tem-
pore fideliter expediant. Vt acta etiam quouis tempore ma- 20
turè compleantur, catalogos ſuos atque Regiſtra, ſeu Indices
diligenter conſeruent, in quæ acta concluſa referant, eoſq; in-
dices Lectoribus tradant, admonendo, ut ex eis Acta proti-

Protonotariorum præcipuum officiũ deſcribitur.
Protonotarij Indices habeant ſeu regiſtra referendorum actorum.

nus in

nus in Cancellaria compleantur & expediantur.

21 Protonotarij item, & qui in conſultationibus, eorum loco
ſunt, Procuratoribus defectus et errata ſupplicationum, pro-
pter quę petiti Proceſſus denegati ſunt, non indicent ſeu com-
monſtrent.

Procuratoribus defectus & errores ſupplicationum non manifeſtandi.

De Notariorum officio. Tit. 29.

1 NOTARII ſuo officio ipſi perſonaliter cum
diligentia fungantur, nulli ea abſq; magnis cau-
ſis committant, ſeq; omnibus modis ita gerant,
quemadmodum de Protonotarijs ſuprà ſtatu-
tum eſt.

Notarij ipſi ſua officia exerceant, nõ per alios.

2 Debent autem non in conſilio ac deliberationibus tantùm,
cùm huc uocentur, aut requirantur, ſed etiam in Iudicio &
Cancellaria quouis tempore, ad arbitrium & mandatum Ad-
miniſtratoris omni modo ſe utendos præbere, uelut de Pro-
3 tonotarijs ſuprà indicatum eſt. Atq; in iſtis ita ſe exercere &
aſſuefacere, ut futuro tempore ad Protonotariatus officia
prouehantur ac uſurpentur.

Adminiſtratori obſequantur Notarij.

Ex Notarijs benè ſe gerentibus fiant Protonotarij.

4 Præſertim uerò Notarij in cauſis concluſis acta maturè
cum utroq; lectore compleant: Bene item prouideant, ut re-
5 ceſſus ſeu decreta facta cauſa ſpolij, purgationum, & execu-
tionum ante alias, quantum poſsibile, promoueantur, & ad
referendum tradantur ac præbeantur.

Notarij acta maturè compleant.

Cauſæ prærogatiuam habentes ante alias promouendæ.

De utriuſque lectoris officio. Tit. 30.

1 UTERQVE lector Notarijs in complendis ac per-
ficiendis actis ſit adiumento auxilióque. Et cùm
cauſæ interdum in plures punctos partiantur, ac
diuerſæ ſubmiſsiones mutuò ſeſe ſubſequantur,
2 lectores diligenter aduertant, ſuper quo puncto quælibet cau-
ſa concludatur, idq; paucisſimis uerbis ad acta notent, ad re-
3 ferentis informationem: Ad quemque uerò punctum nihilo-
minus ſua producta & Receſſus compoſitos atque ordinatos
habeant. Etſi Relatio in iam concluſis punctis in cauſa ali-
qua facta non ſit, ſequentes ſubmiſsiones referenti etiam red-
dantur, ut in eiſdem ſubmiſsionibus ſimul unum cum altero
cognoſcatur, decernatur, ac pronuncietur.

Lectores Notarijs in perficiendis et cõplendis actis ſint adiumento atq; auxilio.

Punctus concluſæ cauſæ notetur.

Producta exhibita, & receſſus notetur ſigneturq;.

4 In lectoribus uiciſsitudo ſeruetur, ut alternatim, uelut de-
co inter ſe tranſigent, in audientia ſedeant, producta acce-
5 ptent, conſignent, & ex more inſcribant. Etiam in omnibus
cauſis ad decreta & receſſus, qui qualibet audientia fiunt, ad-
uertant, ſuper quo, & in quem finem cauſæ concludãtur, qui

Lectorum uiciſsitudo ſeruanda.

Quid obſeruent præcipuè & notent Lectores in audientia.

ſtatus

ſtatus ſit, in quo conſiſtat concluſio,ad acta conſcribant, ut referentes eò ſeſe ſuamq; deliberationem dirigere poſsint.

Duo Archiua ſeu grammatophylacia habēda.

Cùm & perſpicuum ſit,lites cauſasq́ Iudicij Cameræ ut 6
plurimum auctas eſſe & accumulatas, & proculdubio cùm iam certus ſit locus deſtinatus porrò cumulari & augeri: Idcircò ex enumeratis cauſis ac neceſsitate ordinauimus, deinceps acta perpetuò & in uniuerſum duo in Archiua diſtribui

Primum Archiuũ quid, qualiaq; acta contineat.

atq; reponi, ita, ut primum Archiuum contineat omnes, nec- 7
dum expeditas cauſas fiſci,mandatorum;fractę pacis,uiolentiæ, & ſpoliatorum, tam Eccleſiaſticorum quàm ſecularium, omnium aut maiorem partem ſuorum bonorum, poſſeſsionum, Iurium,& conſuetudinum &c. ſimplicis querelæ,compromiſſorum aut conſenſuum ad Imperiale Iudicium Cameræ: Inuocationis Brachij ſecularis, aut executionum Eccleſiaſticorum,item executionum, compromiſſariarum ſententiarum,& aliorum quæ non per appellationem, ſed alijs modis ac uijs illi accreuerunt.

Alterum Archiuum quæ contineat.

Alterum Archiuum contineat Appellationum cauſas, & 8
quicquid ad eas pertinet,ſiue illis accidat,ut attentatorum,declarationum ob non paritionem compulſorialium & inhibitionum,tum & omnium eorum executionum.

Archiua lectoribus ſint concredita.

Ad hæc duo Archiua ordinati ſunt duo lectores, quibus 9
ambobus acta ſimiliter concredita & commiſſa habeant, ac

Mutua lectorum opera et uiciſsitudo ſeruanda.

mutuò ſeſe & uterq; alterum fideli ope operaq; iuuet, alterq; 10
alterius locum ac munus reſpiciat,ut omni tempore ac hora, ſi opus ſit actis in conſilio aut Cancellaria,nullus appareat defectus.

Nemo præter lectores Archiua ingrediatur.

Vterq; item lector ex iuſtis ac mouentibus cauſis ad ſuſpi- 11
tionem uitandam,neminem Procuratorum, eorum ſubſtitutorum,aut aliquem,ad quem acta non pertinent, in Archiuũ introducat aut ingredi patiatur, ſed foris ſtare ſinat, & extra Archiuum quæ opus eſt loquantur,agantue, ſub pœna unius floreni,quoties id tranſgreſſum fuerit.

Cumq; interdum à partibus litigantibus literæ, Acta, Re- 12
giſtra,& aliæ ſcripturæ, quorum ſua maximè intereſt ac refert,in Iudicio producuntur, & quandoq; in Cancellaria diſturbantur aut læduntur, quibus litigatores tamen alicubi

Partibus poteſtas ſit contradicendi literis & Sigillis exhibitis in Iudicio.

nonnunquam opus habent: Sancimus,ut partes,contra quas eiuſmodi documenta producuntur, poteſtatem habeant, eas literas & ſcripturas conſpiciendi ac peruidendi, ac ſuas exceptiones, ſi quas contra ocularem ſuſpitionem, aut defectum ſigillorum, ſignetorum aut ſcripturarum eorundem habeant immediatè in Iudicio proponendi: niſi Iudex Cameræ ad hoc

prolixius

3 prolixius tempus conceſſerit, ac pôſt litigatoribus ſuæ origi- *Orignalia partibus litigantibus in Iudicio exhibita reſtituantur.*
nales literæ, ad ipſarum partium ſuorumq; Procuratorum re-
quiſitionem, reſtituantur: ita ut earum ſemper fide digna co- *Copia exhibitarum literarum ſemper apud Cancellariam maneat.*
14 pia per lectorem alterum aut Protonotarium collationata, in
actis & Cancellaria remaneat.

15 Vtq; pecunia deinceps, quæ nonnunq̃ ad Iudicem Came- *Ciſta pro depoſitione pecuniarum cum quatuor clauibus paretur.*
ræ & Aſſeſſores deponitur, rectius cuſtodiatur ac conſerue-
tur, ordinamus, ut ad eiuſmodi pecunias per Iudicem Cameræ
& Aſſeſſores, ſpeciales arcæ ciſtæq́ ordinentur, & in Archiuũ
collocentur, in quas iam depoſitæ pecuniæ, aut porrò depo-
nendæ recondantur, ac benè conſeruentur, Arcæ autem uel
ciſtæ eius ſint quatuor claues, quorũ Iudex Cameræ unũ, & ſe
niores electorũ Principum Aſſeſſores, ſecundũ, circulorũ Aſ-
ſeſſores tertiũ, & Adminiſtrator Cancellariæ quartũ habeat.

De Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiſtarum officio. Tit. 31.

1 SECRETARII, Ingroſsiſtæ & Copiſtæ, omni tẽpore, quicquid ipſis ab Adminiſtratore, Protonotarijs, aut etiam Notarijs ad ſcribẽdum, aut aliàs ab Adminiſtratore extra Cancellariam ad faciendum mandatur, cum diligentia, ut par eſt, ſcribant & expe- *Quod ſit officium Scribarũ huius tribunalis.*
2 diant, eamq́ functionem ſuam per id tempus, quod ab Admi- *Scribæ mandatis Adminiſtratoris pareant & obſequantur.*
niſtratore conſtitutum fuerit, in Cancellaria manendo diligen
ter obeant.

De famulo Cancellariæ. Tit. 32.

1 FAMVLVS ſeu miniſter Cancellariæ in hoc ſedulus ac diligens eſſe debet, ut debito ac conſueto tempore Cancellaria & aperiatur & recludatur, adeoq́ rectè cuſtodiatur, intus foriſq́ ad Cancellariam aduertat reſpiciatq́, ac quicquid quouis tempore ei præcipitur, diligenter exequatur. *Famuli ſeu miniſtri Cancellariæ officium quod ſit.*

De taxa Cancellariæ emolumentorum accidentiumq́. Tit. 33.

1 TAXA Cancellariæ emolumentorum ſequenti modo facienda & ſeruanda eſt, uidelicet, pro ſimplici citatione unus florenus, et quarta pars floreni: Cui inſeritur inhibitio, duo floreni, ac quarta pars floreni: Pro compulſoriali duo floreni, & quarta pars floreni, pro Pro litera Mandati tres floreni, et quarta pars floreni: cui ſi citatio inſeritur, quatuor floreni, & quarta pars floreni. Pro Commiſsione teſtimoniorum, aut teſtium examinandorum, ſex floreni, & pars quarta floreni ſoluantur. *Taxa Cancellariæ ſpecificatur.*

Citatione 1. flor.
Cit. cũ inhib. 2. fl.
Compulſor. 2. flo.
Litera mandati 3. flo. Inſer. cit. 4. fl.
Commiſsione teſtium exa. 6. flor.

Aequitas Adminiſtratoris litigantes partes in taxis non grauet.

Itē ſi quæ mandatoriæ,aliæue literæ Iudiciali decreto den- 2
tur,aut aliàs ad requiſitionem ac neceſsitatem partium extra
iudiciale decretum datæ emittentur,eæ quoq; æquo tolera-
biliq; modo ac Iudicio Adminiſtratoris taxentur, nec partes
ijs grauentur.

De literis ſententiarum redimendis.

Cumq; hactenus à partibus Cameræ Iudicij noſtri non- 3
nunquam querelæ exortæ ſint,quòd in cauſis,quibus contra
diuerſam partem in Iure uictoriam obtinuiſſent,literas ſen-
tentiæ (quibus tamen non egerent) redimere,& quidem ad
hoc grauibus expenſis per dicti Iudicij noſtri Cameræ Can-
cellariam compulſi fuerint: Tum & ob id Iudicialium expen-
ſarum ſcedulæ quandoq; remoratæ,nec ad relationem ac ta-
xationem redditæ, aut ſi etiam taxatæ,tamen debitæ execu-
toriales non conceſſæ fuiſſent,per quæ partes in taxatione &
moderatione expenſarum ac neceſſarijs executorialibus præ-
peditæ,nec maturam condemnatorum ſolutionem conſequi
potuiſſent : Idcircò ordinamus ac uolumus, quò latæ ſenten-
tiæ cauſæ principalis & expenſarum ergò pariter ac plenè ex-
equantur,nec partes non neceſſarijs expenſis prægrauentur:

Partes litigantes quando non obſtringantur redimere literas ſententiæ.

ut deinceps nulla partium,literas ſententiæ, quibus non indi- 4
get,aut quas non petet,ac proceis in Imperialis noſtri Iudicij
Cancellaria ſollicitet, redimere obſtringatur aut teneatur :
quin cuiuſuis partis arbitrio ac uoluntati liberæ, permiſſum
ſit,literas ſententiæ ſumere,nec ne,neq; etiam per detentionem

Expenſarum ſcedæ partibus expeditis cauſis tradendæ.

expenſarum aut executorialium à Cancellaria cogantur : Ve- 5
rùm Lectores ui iuramentorum ſuorum eiuſmodi expenſa-
rum ſcedulas in expeditis cauſis maturè tradant,ut taxentur,
& condemnatarum pariter ac moderatarum expenſarum er-
gò executorialibus adiuuentur:

Cancellariæ habenda ratio,in æqua mercede pro laboribus præſtanda.

Atqui tamen cùm æquum ſit, 6
Cancellariæ ob labores & operam in qualibet cauſa haberi
rationem,ut æquam mercedem accipiat:

Cum Adminiſtratore tranſigant partes uictrices de taxis expenſarū.

Victores cauſarum, 7
quibus expenſæ adiudicantur,in omnibus cauſis, in quibus
nullæ ſententiarum literæ ſumuntur,teneantur ſe cum Admi-
niſtratore laborum ac operarum ergò ad ipſius taxationem
(quam quouis tempore iuxta magnitudinem & qualitatem,
adeoq; conditionem cauſæ ac partium,mediocri ac tolerabi-
li modo faciat) priuſquam expenſæ ad taxandum produ-
cantur,aut executoriales ex Cancellaria partibus concedan-
tur,concordare.

Compenſatis expenſis partes inuicem concordent.

Et ſi qua expenſæ in noſtro Imperiali Iudicio 8
Cameræ compenſentur, ambæ partes ſimiliter ſe pari modo
concordare teneantur.

Taxarū controuerſiam ſedabit Iudex Cameræ.

Ac caſu quidem,quo expenſarum ra- 9
tione inuicem ſeſe concordare non poſſent, & partes ob ni-
mietatem ſeu immoderationem grauarentur, Cameræ Iudex
noſter

noſter, & Aſſeſſores ei liti modum ponent, qui cauſa cognita eam taxam moderabuntur, ſic, ut nemo cuiuſquam exactionis aut grauaminis ergò conqueri poſsit.

10 Quòd ſi partes ipſæ aut earum Procuratores literas ſententiæ in Cancellaria expediri cupiant ac ſollicitent, eas non, ut ſæpe hactenus factum eſt, relinquant, deſerantue, uerùm in hoc caſu citra contradictionem obligentur illas accipere atq; redimere, & ad hoc, ad petitionem Adminiſtratoris, per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores etiam compellantur.

Sollicitatæ literæ & petitæ redimantur.

De Pedelli officio. *Tit.* 34.

1 SIMILITER Pedellus ſeu præco Cameræ Iudicij noſtri quouis tempore ad fores conſiliarij hypocauſti ſedulò ac diligenter commoretur atque expectet, illud debito ac ſolito tempore, ac aliàs quoties per Cameræ Iudicem aut Aſſeſſores iubetur, aperiat ſeu recludat claudatq;: Ac quicquid ei quouis tempore mandatur, fideliter iuxtà ac diligenter expediat.

Officium præconis ſeu Pedelli eſt, recludere et claudere conclaue Iudicum.

2 Pedellus conſilij ſeu conſultationum tempore, quando relationes fiunt, non diſcurrat, iam in conclaue, iam extrà, ac aliàs in conſilij hypocauſto non ſit aut commoretur, ſed ubi in conſilium Supplicationes aut alia reddet, fores conſilij hypocauſti prius pulſabit.

Præco uel ingrediens uel egrediens nihil obturbet, ſed quietè omnia faciat.

3 Iam & in annunciatione Aſſeſſorum, qui ſingulis Iudicij diebus in audientia conſeſſuri ſunt, rectum ordinem ſeruet, ac eius rei ſpecialem catalogum ſeu Indicem habeat, quo conſeſſus æqualitas retineatur, ac nemo ante alium prægrauetur.

Præco ex ordine & catalogo nunciet Aſſeſſoribus audientias.

4 In Iuridiciali audientia ad Procuratorum proloquia ſeu propoſitiones diligenter aduertat, ac producta, & ſcripturas, quas exhibent, abſq; mora ab eis accipiat, & lectori in audientia conſidenti porrigat, uideatq;, ut audientia aperta ianua & tranquillè ſeruetur.

Officium præconis in publica audientia Iudicij.

5 Proclamationes, quæ quouis tempore Iudicialiter decernuntur, confeſtim, priuſquam circulariter ad ſententias ac decreta ſeu Receſſus interrogetur, per Pedellum loco conſueto, ac deſuper relationes fiant.

Proclamationes quomodo à præcone ſeu pedello fiant.

De Nunciorum ſeu Tabulariorum deputatorum, & eorum Magiſtri officijs. *Tit.* 35.

1 QVANDOQVIDEM nobis innotuit, aliquot annis in executionibus Imperialis Iudicij noſtri Cameræ, literis, & Proceſsibus plures defectus, adeóque etiam tabulariorum indiligentiam exti-

Vetus tabulariorum querela.

tiſſe, unde partibus non modica incommoda ac damna enata ſunt.

Tabularij quoque multum ac ſæpè queſti, ſe contra priores conſtitutiones & ordinationes uarijs ac multis modis impeditos ac prægrauatos fuiſſe, tũ & ea quæ ipſos capere oportuiſſet, per alios intercepta ſint, alijsq́; perſonis, non iſto modo Cameræ Iudicio coniunctis, attributa.

Magiſter tabulariorum Proceſſus et literas nuntijs præbeat.

Cui obuiando, & quò deinceps cum literis ac Proceſsibus à Cameræ Iudicio exeuntibus, ſecurius certiusq́ agatur, executiones eorundem promoueantur, & tabularij ſuam conſtitutam mercedem habeant: ſtatuimus, ordinamus, ac uolumus, ut Magiſter tabulariorum Proceſſus, cùm fuerint expe- 2
diti, ad manus ſuas capiat, & tabularium eum, ad quem ordo peruenit, cum equo literis datis expediat, nec Procuratoribus permittat eos Proceſſus in Cancellaria relinqui ac negligi, aut eos etiam auferri, & ſuo arbitratu, uelut hactenus factitatum eſt, contra ordinationem, quando, & per quem ipſis libeat, inſinuare.

Aequalitas & ordo in diſtribuendis Proceſsibus ſeruetur.

Catalogus Proceſſuum exequendorum & relationum tabulariorũ.

Diſtributio fiat ſingulis anni quartalibus.

Magiſter tabulariorum ſeu nunciorum quoque recto certóque ordine cum tabularijs utatur, ut æqualitas ſeruetur, ac 3
iuſta diſtributio fiat, ne quis præ alio prægrauetur, eiue præiudicetur. Quando autem nunciũ dimittit, omnes Proceſſus &
literas, quas illi ferendas & exequendas committit, in Catalo- 4
gum ſeu Regiſtrum conſignet, cui nuncius, quòd illa acceperit, in eodem Regiſtro ſubſcribat: tum quoq; à reuerſo tabulario relationem audiat, eamq́;, ſicut uſitatum fuit, annotet, ſimul quo die redierit, cui quoq́ ſe nuncius ipſe, ut prædictum eſt, ſubſcribat: admonitusq́; ſtatim eius quod reliquum precij
de tranſportatis Proceſsibus ſupereſt, rationem reddat, atque 5
in pixidem cõferat, & inter tabularios antiquo more ſingulis anni quartalibus ſupputatione facta æquè diſtribuat.

Tabularij maturent iter.

Magiſter tabulariorum curet etiam acriter, ſi tabularius 6
Cameræ à ſe cum literis & Proceſsibus expeditus ſit, & commeatum acceperit, ut idem protinus diſcedat, atq́ ſuam functionem fideliter & diligenter obeat, nec, ut hactenus plerunque factitatum eſt, biduum, triduum, quatriduum aut octiduum etiam clàm alicubi deliteſcat.

Notariorum executio permiſſa.

Si quæ pars litigantium tamen, aut Procurator, obtentos 7
Proceſſus per iuratum Veredarium Cameræ noluerit inſinuari, ſed potius per Notarium, id ſibi ex iſta ordinatione permittatur, ut per publicum & fide dignum Notarium faciat.

Cumq́;

8 Cumq; ob ſocordiam & negligentiam Magiſtrorum, ta-
bularij concordijs ex pixide priuati, atq; illę aliquāto tempo-
re non exactæ fuerint, quod damno quidem diſpendioq; ſibi
Imperiales tabularij Cameræ fuiſſe grauiter queſti ſunt, ideo
ſentimus ac uolumus, Magiſtrum tabulariorum de cætero ac
deinceps ab omnibus qui ſuos proceſſus per Imperiales nun-
cios Cameræ exequi noluerint, ex ueteri more concordias, ui-
delicet de decem miliaribus quinq; batzenſes, aut aliàs iuxta
qualitatem cauſæ & facultatum cuiuslibet, exigere, ferreq;,
nempe Magiſter tabulariorum ex conditione cauſæ & facul-
tatum cuiuslibet Proceſſus pro executione dirigi concedar,
ac conſequenter eaſdem concordias diligenter annotet, &
quicquid partes aut Procurator pro concordijs ſoluerit, iſtud
caput item, ſeu paragraphum per litigantes aut Procuratorem
ſubſcribendum erit, in pixidem repoſita pecunia, ſingulisq;
anni quartalibus ſupputatione & diſtributione facta.

Concordiæ tabulariorum in pixidem conferendæ ſunt, ac poſtea diſtribuendæ.

9 Magiſter tabulariorum ſingulis Iuridicis diebus ſit in au-
dientia, donec ordo in nouis circumducatur, & ſi qua com-
periretur, proceſſum aliquem fieri, cuius executio non per eū,
cui commiſſa fuerat, aut executionem facere permiſerat, facta
ſit, id ſequenti die in conſilio ſine mora indicet.

Magiſter tabulariorum cuilibet audientiæ interſit.

10 Cameræ itē Imperialis Iudex noſter & Aſſeſſores ex legiti-
mis & mouentibus cauſis deinceps non ſinant Imperiales pro-
ceſſus per tabularios ſeu nuncios pedeſtres inſinuari: niſi con-
tingeret fortè, ut abſentibus equeſtribus & iuratis tabellarijs
proceſſus decernerentur & expedirentur, quorum executio
11 moram nullam ferret. In quo caſu liceat tabulariorum Ma-
giſtro præſcientia quouis tempore Imperialis Cameræ Iudi-
cis noſtri & Aſſeſſorū pedeſtri nuncio iuramento delato pro-
ceſſus inſinuandos committere.

Nuncius Cameræ non ſit pedeſter, ſed eques.

Nuncius pedeſter iuramentum præſtet.

12 Procuratores quoq; & partes pedeſtribus nuncijs Impe-
rialē pixidem uel argenteam uel æream, uel ligneam deinceps
nō affigāt, à quo & pedeſtres tabularij caueant, ne à Procura-
13 toribus, partibus, aut ipſi ultrò ſuſcipiāt ferantue. Pedeſter au-
tē uiator ſi deprehenderet, aut proderet Imperiali ſigno ſeu pi-
xide alio tradēte uſus eſſe, contraq; hanc ordinationē ſua ſpon
te deliquiſſe, tranſgreſſor tal: pœna plectet, ut alijs ſit exēplo.

Inſigne Imperialis Iudicij (quod pixidem appellant) non uſurpent pedeſtres tabularij.

Pœna pedeſtris nuncij Imperiali ſigno abutentis.

14 Si quis autem Procurator aut litigator pedeſtrem tabula-
rium abſq; Imperialibus noſtris Proceſsibus cum epiſtolis ſeu
Miſsiuis alijſue neceſſarijs rebus neceſsitatis ergò mittendum
duceret, ac pro maiori itineris ſecuritate mandatum ſuum hoc
nuncio expediundum eſſe putaret, Procuratori id partibuſue
denegari nō debet: hoc modo tamen, ut Procurator aut pars

Quando pedeſtri tabulario Imperatorium inſigne ſeu pixis indulgenda ſit, ſeu concedenda.

litigans Magiſtrum tabulariorum pro noſtra Imperatoria pixide ſeu inſigni requirat, qui in mandatis habebit cuilibet interpellanti ac requirenti Procuratori, partiq; unā cõmunicare, ſed ut Procurator, pars litigans, aut Viator, ſeu pedeſter tabularius peracto curſu acceptam pixidem Magiſtro tabulariorum ſine mora reſtituat, & à ferenda ea porrò abſtineat.

Delicta inter grammatophoros & alios taxantur hoc loco.

Cumq; hactenus uarij lapſus, defectus & errata inter nunci- 15
os ipſos, internuncios & Procuratores, partes, aliaſq; in obeundo munere ſuo, alijsq; modis acciderint, ex quibus Iudicio & partibus non modica grauamina diſpendiaq; extiterunt: Quæ ut in futurum, quantum poſsibile, præcaueātur, & quo-

Administrator ſit deputatus Magiſtri nunciorum, & eorundem conciliator ſeu diſceptator.

uis tempore in eis debita correctio adhibeatur: Adminiſtra 16
torem Iudicij noſtri Cameræ nuncijs & nunciorum Magiſtro pro deputato conſtituimus & ordinauimus, qui poteſtatem ac mandatum habeat, eos errores & delicta pro tempore inter ipſos, aut inter ipſos & litigatores, alióſue, ubi emerſerint, dirimendos: qui et omni diligentia ac ſeueritate efficiet, ut hæc conſtitutio ordinatioq́; nunciorum Magiſtrum & nuncios concernens, præcipuè in miſsione ſeu ablegatione, executione, & relatione eorum obſeruetur ac retineatur, omneſq; defectus ob id deinceps euitentur, & delicta.

De Nuncijs Cameræ Iudicij, ac quomodo ij conducantur ac ſuſcipiantur. Tit. 36.

Qualis nuncius Cameræ ſeu grammatophorus eſſe debeat.

QVANDO non exigui momenti res eſt in noſtris 1
Iudicij Cameræ grāmatophoris, tabularijs ac nuncijs, quòd eis in relationibus eorū fides habeatur, ac deſuper quouis tempore Proceſſus aduerſus inobedientes in contumaciam diriguntur: uolumus ut deinceps Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores, neminem pro tabulario ſuſcipiant, aut aliquam pixidem tribuant & concredant, niſi prius bona habita perquiſitione, quòd dignus fide, probus, integer, & ad munus tabularij idoneus ſit, præcipuè uerò ut

Miſsio ineptorum, & ſ…orum grammatophororum.

mediocriter ſcribere & legere ſciat. Si qui autem, unus pluresue, 2
deinceps inepti offendantur, per Cameræ Iudicem noſtrū & Aſſeſſores quouis tempore mittantur ab officio, ac deponantur, in quo nec fauor, promotio, literaria commendatio, qualiſcunq; aut undecunq; ea fuerit, reſpiciatur.

Duodecim ſint tabularij, ſeu nuncij Cameræ.

Poſthac autem ſuſcipiantur duodecim tabularij, ijq; ſtipen- 3
dia habeant, quemadmodum infrà de ſalarijs nunciorū commemoratur. Et ſi ultra hos duodecim pluribus quoq; opus fuerit, Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores quouis tempore eos ſuſcipiendi habeant poteſtatem.

De Ta-

De Tabulariorum ſeu Grammatophororũ officio. Tit. 37.

1 PRIMVM ordinamus ac ſtatuimus, ut omnes & ſinguli noſtri Cameræ Iudicij iurati Nuncij equos habeant, ſeq; & ipſos alant. *Equos habeant nuncij.*

Tabulariorum autem quiſque mediocriter, &
2 quantum eſt neceſſe, peritus ſit ſcribendi legendiq;, ita ut ſuas executiones ipſe intelligibiliter perſcribere poſsit. *Suas quiſq; executiones ipſe ſcribat.*

3 Quemcunq; item ordo excurſionis quouis tempore pertingit, is ante & poſt meridiem ad fores Cancellariæ operiatur & expectet, ut ſi contingat ſe cum Proceſsibus ablegari, non ſit neceſſe perquirere, aut poſt ipſum currere. *Tabularij excurſuri preſtò ſint.*

4 Et quemcunq; tabularium iſto modo equitandi ordo pertingit, is ad profectionem ſiue difficilis ſit nec ne, promptus ac uoluntarius eſſe, eamq; fideliter perficere atq; abſoluere debet. *Alacritas tabulariorũ in excurrendo.*

5 Quiſque tabulariorum etiam, cui equitandum ſit, antè ad profectionem ſeſe, quàm expediatur, præparet. Quàmprimum uerò à tabulariorum Magiſtro expeditus fuerit, abſq; mora & confeſtim equitet, nec alios Proceſſus plures expectet, aut in alterum tertiúmue diem curſum protrahat: niſi manifeſtas et legitimas moræ ſuæ cauſas habuerit, ſibiq; à deputato commorandi uenia concedatur. *Expedita ſint celeritate grammatophori.*

6 Cæterùm uolumus, à nemine tabulariorũ Imperiales Proceſſus aut literas ad exequendum acceptari, niſi eas ex Magiſtri tabulariorum manu, aut ex ſuo mandato acceperit, ac per ipſum ablegetur ſeu mittatur. Ablegatus quoq; cum talibus *Tabularij à Magiſtro ſuo expediantur.*
7 Proceſsibus ſe catalogo ſiue Regiſtro tabulariorum Magiſtri ſubſcribat. *Catalogus tabulariorum, in quo ipſi ſe ſubſcribant.*

8 Ac curſu quidem nuncij peracto, ubi redierit, protinus ſe nunciorum Magiſtro ſiſtat, coràm compareat, ſeq; uidendũ præbeat, relationem ſuam faciat, ſeq; in Regiſtrum Magiſtri in quod eiuſmodi executiones perſcribuntur, ſubſignet. *Comparitio ac relatio tabularij poſt curſum coram Magiſtro facienda.*

9 Pecuniam quoq;, quam ex ordinatione hac pixidi inferre tenentur, penes ſe non retineant, ſed mox tabulariorum Magiſtro ratione facta reſtituant, neq; Magiſtrum uerbis aut factis propterea, aut officij ſui ergò inceſſent aut offendant. *Pecunia reſidua pixidi inſeratur.*

10 Similiter ſi quis tabulariorum pecuniam aut aliud à litigatoribus accepiſſet, Procuratoribus eorum perferendũ, mox eam, quemadmodum accepit, reddat, aut initio acceptare deſinat. *Pecunia partium Procuratoribus reddenda.*

11 Volumus quoq;, ut tabularij ijs locis, ubi executiones faciunt, modeſtos ſe ac morigeros habeant, neminemq; uerbis aut factis onerent, offendantue. Et ſi qua fortè per illos, in *Modeſtia tabulariorũ ubiq; ſeruanda, præſertim apud exteros.*

quos exequuntur,aut eorum miniſtros immodeſta uerba ob-
ijcerentur,ipſi tamen contrà modeſtè ſe gerant, ac familiari-
bus uerbis oſtendant,ſe hoc faciendi inmandatis habere:cui ſi
non pareant,ſe pœnam ob id ſubituros eſſe nouerint.

Tabularij ſtatuta ſeu ordinaria ſua mercede ſint contenti.
Aſtu doliſue emungendæ à litigantibus partibus pecuniæ non utantur tabularij.

Iam et acris noſtra ſeueraq; uoluntas eſt,ne Tabularij par- 12
tes ultra ſtatutum debitumq; ſalarium in magno aut modico
onerent,aut plus quàm ipſis debetur,extorqueant.Tum quo- 13
que in eos aut inter ſe ipſos aliquo emungendæ pecuniæ do-
lo aſtúue (quam finantiam appellant) in hanc uel illam uiam
formamue, ut excogitari poterit, non utantur: ſed quiſq; ſua
mercede,quæ ſibi conſtituta eſt, ut infrà de ſalario tabulario-
rum ſancitur,ſit contentus.

Executiones uel inſinuationes quomodo ſint faciendæ per tabularios.
Modus inſinuationis.
Locus inſinuationis.
Relatio inſinuationis.
Archetypi pariter & antigraphi Proceſſuũ à grãmatophoris ſubſcribantur.

Aliàs quoque tabularij in executionibus iuſtam adhibeant 14
diligentiam,Proceſſus ſibi ad exequendum datos,illis, contra
quos emittuntur,ſicubi commodè poterunt,ad manus,aut in
eorum domicilia aut habitationes, aut alia ad loca in eiſdem
Proceſsibus nuncupata,aut quemadmodum per Cameræ Iu-
dicem noſtrum, Aſſeſſores,aut deputatos iuſsi fuerint, fideli-
ter inſinuent, & exequantur. Ac de eo ueram certamq; rela- 15
tionem ipſimet faciant, eaq; utrique partium ad originalia &
copias Proceſſuum ſcribant omnimodo,uelut infrà diſcrimi-
natim ſtatutum & ordinatum eſt.

Quomodo & qua forma quiſq; tabulariorum Proceſſus exequi, & propterea relationem facere debeat. Tit. 38.

Inſinuatio Electoribus & Principibus facienda,quid in ea obſeruetur.

PRIMVM,ubi tabularius fiſcales,aut alios pro- 1
ceſſus,ex tabulariorum Magiſtri manibus acce-
pit, & eos Electori,principi,aut ſimili Eccleſiaſti-
co uel ſeculari inſinuare ablegatur:eò loci abſque
mora concedat,ubi Elector iſte,Princeps,aut ſimilis ſuam te-
net ſedem,ſuamq; cõmuniter aulam habet,idq; prius benè in-
daget,id ut uerè ſciat, & non opinetur ſeu dubitet: & ſi eò loci

Tabularius ſe modeſtũ & decentem gerat in inſinuationibus & mandatis exequendis.

Electorem aut Principem inuenit,indicare ſe modeſtè decen- 2
terq; debet,ſignificãdo quòd Imperiales literas,aut Proceſſus,
proptereaq; in mandatis habeat,eos ſuæ Electitię aut Princi-
pali gratiæ præſentandos. Et ſiquidem tabularius eundem
Electorem ſeu Principem perſonaliter inuenire & accedere
poteſt, literas ei ſeu Proceſſus emiſſos coràm & ante oculos

Antigraphus cum archetypo concordans Principi tradendus eſt.

inſinuet,Originale, aut ſi plures inſinuationes faciendæ ſint,
concordantem copiam ex illo præbeat, originale monſtret, 3
legiq́; ſinat Si qua uerò tabularius Electorem, Principem,
huiuſue ſimilem eò loci,ubi Curiam ſuam conſuetò habere ſo-
let,nõ repererit, aut citra moram,ipſum perſonaliter accede-

re non

re non liceat, tabellarius eo in loco conſuetæ aulæ familiæq́ꝫ, literas aut proceſſus Cancellario, Magiſtro Curiæ, aut locum
4 tenenti: aut ſi hi quoq; abſentes fuerint, præcipuis alijs officiatis perſonis præſentibus, ac ut prædictum eſt, ſuam executionem perficiat.

Præfectis & officiatis Principum (hi ubi abſunt) inſinuentur proceſſus.

Sicubi & hoc ſibi denegaretur, aut eæ, ſimilesue officiatæ perſonæ non adeſſent, tunc quidem, & nō antea, debet ac po-
5 teſt tabularius eiuſmodi Imperiales literas noſtras ſeu Proceſſus minori alicui perſonæ de aulæ familia, aut portarum cuſtodi eius loci præſentare: & ſi ab eo non recipiantur, tunc portæ adfigere, aut in foribus oculatim collocare ſeu ponere, nullaq; uia literas aut proceſſus rurſus ſecum deferre debebit.

Quando minoribus ſeu leuioribus Principum familiaribus aut miniſtris Proceſſus iudiciales præſentandi ſint.

Cùm & interdum contingat, ut Elector aliquis, Princeps, huiuſue ſimilis non ſemper uno eodemq; in loco, ſed nunc in hoc, nunc illo loco aulam ſeu Curiam ſuam habeat, quo caſu tabularius primùm benè ſciſcitetur atq; exploret, ubinam locorū
6 idem Elector, Princeps, aut ſimilis, bonam anni partem domui ſuæ Curiæq; impendat ſeu commoretur, eumq; locū accedat, & executionem ſuprà dicto modo faciat. At ſi tabellarius certò ſciet, Electorem, Principem, aut parem alio in loco Curiam cum familia tranſtuliſſe aut cepiſſe, ſuam executionem, ut memoratum eſt, eo ipſo in loco perficiat.

In loco domicilij, et ubi frequentius agit Princeps accedendus eſt.

7 Si autem tabularius Electorem, Principem, huicue ſimilem extra conſuetam Curiam alieno in loco perſonaliter pertingeret, literas noſtras ac proceſſus illi coràm oculariter et perſonaliter inſinuet. Aliàs exceptis Electorum, Principum, aut horum ſimilium proprijs perſonis, tabellarius hoc caſu, hocq; loci, ubi Curia & Cancellaria non eſt, nulli alij, ſiue Cancellario, Magiſtro Curiæ, locum tenenti, aut etiam Electoris Principiſue filio, coniugi, fratri, aut alijs, quicunq; fuerint, Proceſſus præſentet, aut inſinuet.

Etiam alieno in loco exiſtenti Principi ipſi inſinuantur Proceſſus, & non Conſiliarijs ſeu familiaribus, aut miniſtris.

8 Tabularius quoq; in ſingulis his commemoratis caſibus, ipſe & ſub ſuo nomine ex ordine ad longum, quid egerit, quid reſponſi, aliúdue acceperit, ſuum nomen, annum, menſem, diem, ſimiliter & locum, in quo executionem fecit, nuncupando Electorem, Principē, aut Principi ſimilem nomine baptiſmatis certo ad relationem ſuam ſcribat, iuxtaq; indicet ac recenſeat, an eò loci, ubi inſinuatio facta eſt, Elector, Princeps, aut ſimilis ſuam teneat ſedem, & conſuetam habeat Aulam:

Nomen eius, in quem executio eſt facta, exprimatur.

9 Ac eam quidem executionem non ſolùm Actori, à quo miſſus eſt, ſed & Electori, Principi aut ſimili, cui literas ſeu Proceſſus tradit atq; inſinuat, ad originale aut copiam, quam illi offert, ſcribat, nec in his diligentiæ ulli aut labori parcat.

Inſinuatio ad originale & copiam ſcribenda.

Executio contra Prælatos ſeu perſonas Eccleſiaſticas quomodo facienda.

Secundò ſi tabulario Imperiales Proceſſus aut literæ con- 10
tra Prælatum, Abbatem, Prælatam, Præpoſitum, Abbatiſſam
& ſimiles exequendæ per Magiſtrum tabellariorũ præben-
tur ac committuntur, tabularius hunc Prælatum aut Præla-
tam in Cœnobio aut Monaſterio quærat, & ſi eos domi in-
uenit, eiuſmodi Imperiales literas ſeu Proceſſus prędicto mo
do illis corâm oculariter inſinuet ac præbeat. Sicubi autem

Abſente Abbate ſeu Eccleſiaſtica perſona, cui inſinuandi ſint proceſſus & mandata.

Prælatus aut Prælata non adſunt, aut tabularius abſque mo- 11
ra ac ceſſatione longiore interpoſita perſonaliter eos habere
nequit, tunc quidem literas aut Proceſſus Prælati uicem geren-
ti, Priori, Secretario, aut aliàs officiatæ perſonæ Cœnobij ſeu
Monaſterij, & non alijs minoribus leuibus perſonis præbe-
at, niſi illi quoque abeſſent, aut eiuſmodi Proceſſus acceptare
recuſarent, tunc cuſtodi portæ tradat, portæ adfigat, aut o-
culariter apud eam collocatas relinquat.

Extra locum domicilij ſeu Cœnobij exiſtenti Prælato ipſi mandata inſinuari poſſunt, & eius familiaribus nequaquam.

Si qua fortè tabularius Prælatum aut Prælatam extra Mo- 12
naſterium uel Cœnobium perſonaliter pertingeret, poteſt eis
ad oculos corâm & perſonaliter prædicto modo inſinuare.
Præter autem Prelati aut Pręlatæ proprias perſonas inſinua-
tionemini, ſiue ſit Prior, uicem gerens, Secretarius, aut alia
quęuis officiata perſona extra Cœnobium ſeu Monaſterium,

Executionem tabularius ad proceſſus ſignet.

fieri debebit. Tabularius quoq; utriq; parti executionem ex 13
ordine ad Proceſſus, eorumq; copias perſcribat, modo quo
ſuprà ordinatum eſt.

Executio contra Comites & Barones quomodo facienda.

Tertiò, ſi contra Comites, Barones aut Dominos exeunt 14
Proceſſus, tabularij eos exequantur, inſinuent, ac in executio-
ne & relatione agant faciantq; omni modo quo ſuprà de Ele-
ctoribus, Principibus, & ſimilibus ſtatutum cautumq; eſt.

Executio contra Magiſtros ciuium & Senatum quomodo fieri debeat.

Quartò, ſi proceſſus contra Magiſtros ciuium & Senatum 15
ciuitatis, aut oppidi exeunt, ac nuncio ad exequendum à ta-
bulariorum Magiſtro tradũtur, in eam ciuitatem aut oppidũ
nuncius eques proficiſcatur, ſeu equitet, & ſi qua Senatum aut
conſulatum ibi congregatum inuenerit, Proceſſus ſedenti Se-
natui inſinuet, originale, aut ſi plures inſinuationes facturus
eſſet, copiam ex eo perlecto originali præbeat. Sicubi autem
Senatus tunc fortè, quando tabularius in ciuitatem uenit, non
unà congregatus fuerit, necp diu morari nuncius poſsit, Ma-
giſtro ciuium, proconſuli, aut uicem gerenti ſe indicet, petens
ut aliquot de Senatu conſulatúue conuocet: quod ſi ita ſit, ta-
bularius Magiſtro ciuium in præſentia horum conſularium
inſinuationem faciat. At ſi iſtud denegaretur (quod fieri non
debet) Proceſſus ciuium Magiſtro ſoli prædicto modo inſi-
nuet, tradatq;. Et ſi is quoq; acceptare recuſaret, tunc Proceſ-
ſus

ſus ante eum ponat, ac ita coram eo iacentes relinquat. Sed ex-
16 tra ciuitatem, ſi qua fortè ciuium Magiſtrum & aliquos con-
ſulares inueniret, tabularius eis Proceſſus non inſinuet, ſed
eam executionem in oppido ac in ciuitate faciat, ut prædi-
ctum eſt.

In oppido ac ciuitate inſinuatio eſt facienda, non extra.

17 Ac ita tabularius utriq; parti executionem omni modo, ut
ſuprà poſitum eſt, certò ſcribat, atque in ea nomen & cogno
men Magiſtri ciuium & conſularium, quos ad ſe uocarat, ex-
preſsè commemoret indicetq;.

Nomina & cognomina eorum, quibus executio facta eſt, conſignentur.

18 Quintò, ſi quando tabularius tribunali ſeu Iudicio alicui
compulſoriales, inhibitiones, mandata, aut alios Proceſſus in-
ſinuandos à Magiſtro tabulariorum accepit, eos toti Iudicio
nuncius, ſi qua ſimul fuerint, eo ipſo in loco inſinuet, redden-
do originale, aut ſi plures inſinuationes faciendæ ſint, copiam
ex illo, perlecto originali, præbeat. Si uerò dicaſterium illud
ſeu Iudicium unà & ſimul congregatum non eſſet, eo loci ta-
bularius, in quo idem Iudicium ex more conſidere ac fieri ſo-
let, quærat de Prætore ſeu Præſide eius Iudicij, de Præfecto
ſeu Amptmanno, Officiato, Magiſtro Scabinorũ, Schulteto,
aut Maiore, ut de capite Iudicij, quouis nomine, iuxta condi-
tionem cuiuſq; loci uocetur: aut ſi is præſens non fuerit, quæ-
rat de uicem gerente, de ſeniore Iudicij: Huic indicet, ſe Im-
periales literas Iudicio inſinuandas habere, cum petitione, ut
duos, tres, aut quatuor Iudicij ad ſe conuocet. Quod ſi ita fit,
tabularius huic quidem in præſentia illorum executionem ac
19 inſinuationem faciat, ut ſuprà commemoratum eſt. Verùm
ſicubi iſtud denegaretur, tunc Iudici, Capitaneo, Schulteto,
Maiori, aut uicem gerenti Proceſſus tradat: aut ſi is quoque
acceptare recuſaret, tunc quidem ante ipſum deponat, ac co-
20 ràm iacere ſinat. Poſtea tabularius in ſua relatione, quomo
do egerit, quid ſibi contigerit, adhæc nomen & cognomen
Iudicis, Præfecti ſeu Amptmanni, Officiati, Schulteti, aut Ma-
ioris, ſimiliter & Scabinorum, quibus inſinuatio facta eſt,
manifeſtet, ac aliàs ſuam executionem ordine utrique parti-
um ad originale & copiam conſcribat, modo, quo ſuprà or-
dinatum eſt.

Conſiſtorio ſeu dicaſterio alicui inſinuatio quomodo facienda.

Denegantibus ſeu recuſantibus acceptare proceſſus et mandata, quid agat tabularius.

Relatio tabularij quid contineat.

21 Sextò, ſi contra totam communitatem Proceſſus exeunt, ij
ciuium Magiſtris & Senatui, uelut prædictum eſt, per tabula-
rium inſinuentur. Quandoquidem autem in poteſtate nuncij
non eſt, communitatem conuocare, neq; etiam ueriſimile, ut
ea ad ſuam petitionem congregetur, tabularius Imperiales li-
teras ſeu Proceſſus duplicatas ad domum conſulatus ibidem,

Inſinuatio contra communitatem aliquam quî fieri debeat.

aut

aut ſi in eo oppido domus conſulatus nulla eſſet, ad Parrochialem Eccleſiam, aut alium publicum locum affigat, ac deſuper relationem ſuam, quomodo & qualiter eam executionem feciſſet, ut ſuprà dicto modo ordinatum, perſcribat.

Inſinuatio & executio in priuatam perſonam facienda.

Septimò, Quando nuncius cũ citatione, inhibitione, man- 22
datis, aut aliis ſimilibus Proceſsibus, qui non aduerſus Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Dominum, aut communitatem, ſed contra priuatam perſonam exeunt, à Tabula-

In faciem & ante oculos inſinuandũ eſſe priuatæ homini.

riorum Magiſtro expeditur ſeu mittitur: tabularius eo loci, 23
ubi is, contra quẽ proceſſus exeunt, domicilium habet, aut familiam alit, concedat, diligenter de eo inquirat, & ſi ipſum habere poteſt, proceſſus ei emanatos in faciem inſinuet: originale, aut caſu, quo tabularius plures inſinuationes facturus, conformem copiam tradat, atq; originale monſtret ac legat. Si

Ad habitationem & domicilium partis executio fieri poteſt.

uerò tabularius citra moram ac ceſſationem partem ipſam ha- 24
bere nequeat, Proceſſus ad conſuetam habitationem ac domicilium priuati hominis, non puero tamen, ſed uxori aliiue domeſtico, qui ephebiã exceſsiſſet, tradat, mandetq;, ut properè maturecꝙ eos Proceſſus patrifamiliàs ac hero ſuo præbeat, aut certo internuncio tranſmittat ad præcauendũ damna & expenſas, quæ inde aliàs ſequerentur.

Proceſſus ad priuati hominis domiciliũ relinquendi.

Aſt ſi qua contingeret, ut nemo eiuſmodi Proceſſus à nun- 25
cio acceptare uellet, eos in habitatione illius ac domicilio depoſitos relinquat, idcꝙ præſente uno ex domeſticis ſeu familiaribus.

Domicilio præcluſo ad ianuam proceſſus ponat tabularius.

Quòd ſi domicilium præcluſum tabulario fuerit, aut non 26
intromitteretur, nemóue ſe conſpici pateretur, tabularius unum atq; alterum uicinum, quos fortè nanciſci poteſt, uocet, ac literas ſeu proceſſus ad domicilium collocet aut affigat: Si quis uerò præſtò fuerit, nec aperiat, tunc literas ſeu proceſſus ante ianuam, feneſtras, aut alium in locum habitationis ponat aut figat, indeq; abeat.

Diligentia tabularii ſumma in executione requiritur.

Ac quidem ſic factam executionem ſuam tabularius ad o- 27
riginale aut copiam, quam parti, contra quam eiuſmodi proceſſus emiſsi ſunt, præbeat: Similiter & alteri parti, quæ proceſſus eos obtinuit, ac ſic quidem Actori & Reo, appellanti & appellato, quo die, menſe, anno, an item in faciem, aut domicilium, aut aliàs quo modo facta ſit, quiſnam proceſſus eos acceperit, tum & eius nomen, adeoq; illius etiam, cui inſinuationem fecerit, ac omnia ordine ſcribat, nulli parcens diligentiæ aut labori.

Loca in edictis contenta et nuncupata obſeruet tabularius.

Octauò, ſi tabulario Edicta, Præſcriptiones, Banna, & ſi- 28
miles apertæ literæ ad inſinuandum committantur, tabularius iis

tis iis in locis illos, quæ loca in eiſdem patentibus edictis & literis nuncupata ſunt, aut aliàs, prout à Cameræ Iudice noſtro, Aſſeſſoribus, fiſcale, Adminiſtratore, aut Magiſtro tabulariorum iuſſus ſit, publicè affigat & inſinuet, ſeq; in eo rectè, & ut decet, integrè gerat.

29 Ac ſi qua fortè nuncius ſufficientem informationem non habeat, qui ſe in inſinuatione gerat, priùs eam capiat, diſcatq;, quàm diſcedat, ut error omnis euitetur.

Tabularius antequam excurrat, plenam exequendi informationem ſeu inſtructionem accipiat.

30 Poſtquam tabularijs quibuſdam hactenus uſitatum fuit, executiones eorum poſt profectionem, et cùm domum redierint, in præſentia Procuratorum, aut fortè etiam ex eorum informatione nonnunquam ſignare, mutare, & corrigere, aut huiuſmodi executiones ſignari ac concipi paſsi fuerint, iſtud uerò iuramentis eorum aduerſetur: arbitrantur ac uolumus, ut ſuas executiones mox ſimul ac factæ fuerint, dumq; adhuc in itinere ſunt, & omnem actum in recenti memoria habent, ut nimirum facta ſit, conſcribant ipſi, nec per alium concipi, aut quomodo eæ concipi debeant, inſtrui ſe patiantur.

Tabularij ipſi mox executionem conſcribant, & non alij.

31 Eamq; executionem primum omniū, ac priuſquam alicui homini uidendam præbeat, Magiſtro tabulariorum reddat, ſimul & quid egerit, feceritq;, ac quid obtigerit, uerbo referat atq; commemoret.

Tabularius executionem primum omnium Magiſtro ſuo recenſeat referatq;.

32 Quiſquis tabulariorum iſta omiſerit neglexeritue, ſeuerè ob id ac grauiter puniatur, modo quo infrà de pœna tabulariorum conſtitutum eſt.

Pœna ſupini ac negligentis tabularij.

33 Volumus quoq;, ut omnes & ſinguli tabularij hanc noſtrā ſanctionem in inſinuationibus Proceſſuū, & relationibus eorundem firmiter obſeruent. Si quis eam uerò in uno aut multis punctis exceſſerit, nec illi conformem executionem fecerit, eius executio quidem & relatio non acceptetur, & tabularius eam executionem aut inſinuationem (caſu quo citata perſona non compareret) de nouo rurſus proprijs ſumptibus & impenſis, ac citra præiudicium partis, facere compellatur.

Tabularius malè exequens denuò ſuis ſumptibus exequi compellatur.

De Notarijs, qualiter ipſi exequantur. Tit. 39.

1 CVM uigore huius noſtræ ordinationis, uti præfatum eſt, Proceſſus Imperialis Cameræ Iudicij noſtri non ſolùm per iuratos nuncios, ſed & publicos Notarios inſinuari poterunt:

Notarij publici etiam inſinuare Proceſſus & exequi poſſunt.

2 In huiuſmodi autem inſinuationibus, quæ quandoq; hactenus per ignotos, aut forſitan inidoneos Notarios factæ, quotidiè exceptiones et contentiones inter partes, in detrimentum ac læſionem cauſarum, obortę, cauſæ non minimum remoratæ ac præpeditæ fuerint:

Ignoti et inidonei Notarij taxantur & rejciuntur.

Notarij doceant monſtrentq; ſuam legalitatem.

fuerint: Gui obuiãdo ſancimus,ac ſtatuimus,ne porrò aliquis 3
Notarius in executionibus Proceſſuum admittatur,niſi prius
documentũ ac teſtimonium fide dignum à ſuo Principe, Do-
mino,communitate,aut Magiſtratu habeat, quòd fidelis & le
galis,ac pro tali habitus ſit, tum & manum atque Sig[illegible]
nostro Imperiali Iudicio Cameræ tranſmittat, ac in A[illegible]o, 4

Notariorum nomina, ſignaq; ſcribantur in album, ſeu Catalogum

Catalogum ſeu Rotulum, in quod omnes Notarij, qui [illegible]
dicto modo teſtimonia habent, conſignentur, ipſe quoq; in-

Examinatio Notariorum.

ſcribatur ac conſignetur. Si quis uerò documenta ſeu teſtimo- 5
nia proferre non poſſet, ſi tum à Iudicio Cameræ examinari
ſe feret, ac ſic quidem approbaretur albo ſeu rotulo quoq; in-

Edictũ ſpeciale de Notarijs in imperio euulgandum.

feratur, ac porrò admittatur. Volumus & huius rei ergò ſpe- 6
ciale Edictum in Imperio publicare ac euulgare, quod iſta o-
mnia latius in ſe continebit.

Notarij à ſollicitationibus & procurationibus abſtineant prorſus.

Cùm & huc uſq; præter memoratos Notariorum defectus 7
compertum eſt, eos non officij Notariatus modò, ſed & ſolli-
citationum, procurationum & ſimilium in ijs cauſis, in qui-
bus pro Notarijs ſeſe utendos præbuere, functionibus acti-
busq; ingeſsiſſe, quod Iuri aduerſatur, partibusq; mirum in
modum præiudiciale ac onéroſum exiſtit: huic quoq; rei ob-
uiando uolumus præter iſtud Edictũ, omnibus Notarijs ſub
expreſſa pœna iniunctum atq; mandatum eſſe, ſuam ſe dein-
ceps intra functionem atq; officiũ ut contineant, & in cauſis,
quibus ut Notarij interfuerunt, à ſollicitationibus, procura-
tionibus & ſimilibus prorſus ac penitus abſtineant.

Notarij in executionibus ſeſe tabularijs ſimiles gerant.

Ac debent Notarij, qui Imperiales literas noſtras, Manda 8
ta & Proceſſus, ad partium requiſitionem exequendos ſuſci-
piunt, in inſinuando, tradendo, aut affigendo eiuſmodi Pro-
ceſſus, ſiue ſint contra Principes, Prælatos, Comites, Domi-
nos, Reſpublicas, Communitates, ſiue alias priuatas perſonas,
omni modo gerere ſeſe, habereq;, quemadmodum ſuprà de
tabularijs Cameræ in omnibus eiuſmodi caſibus diſtinctè or-

Quid Notarij obſeruent in inſinuandis proceſsibus.

dinatum & prouiſum eſt. Tum & facta inſinuatione execu 9
tionem ei parti, cui inſinuatio facta eſt, cum mentione ſeu no-
menclatura diei, menſis & anni ad traditum originale ſeu co-

Inſtrumenta inſinuationis & executionis facienda, et partibus tradenda.

Circumſtantiarum nomenclatura inſtrumentis eſt inſerenda.

piam ſcribat, ac tum ſuper eiuſmodi executione ſua inſtru- 10
menta fide digna cum inſertione inſinuatorum Proceſſuum,
atq; commemoratione, quomodo & qualiter, quibus in lo- 11
cis, & quo die, menſe, & anno executionem fecerit, quidue ab
eo, cui facta eſt executio, contigerit, reſponſum fuerit, aliaſue
obuenerit, conficiat, neque ea parti ſolùm, quæ tales obtinuit
Proceſſus, ſed & alteri parti, contra quã ijdem Proceſſus exie-
runt, ad eiuſdem requiſitionem tradat, impartiatq;.

De Quæ-

De Quæſtore, & officio ſuo. Tit. 40.

1 CVM Electores, Principes & Status Imperij nobis humiliter complacendo, & ad ſacri Imperij utilitatem, Imperiale Cameræ Iudicium noſtrum ſuis impenſis ac ſumptibus ſuſtinere ac conſeruare conſenſerint, donec alia firma eius conſeruationis ratio, modusq́;

Ad complacendum imperatori, Status ſuis impenſis Iudicium Cameræ ſuſtinent.

2 inueniatur: Et ad receptionem taliuſmodi pecuniæ receptore & expenditore opus eſt, ſtatuimus ac uolumus, ut honeſta perſona pro Quæſtore per Status Imperij ſuſcipiatur, qui pe-

Ratio firmior inuenienda conſeruandi Iudicij Cameræ.

3 cuniã à Statibus Imperij recipiat, ac illam in ſolutionem ordinatorũ ſtipendiorũ Iudicij Cameræ Aſſeſſorib. & alijs Iudicij perſonis exponat, ac de eo ordinariã iuſtamq́; rationẽ reddat.

Quæſtor qui ſit, & quod eius munus, ideq́; rationem accepti et expenſi reddat.

4 Iam & cum Electores, Principes ac Status ſe memoratæ conſeruationis atque pecuniæ conferendæ ergò inuicem ſeſe concordarunt ac unierunt, eam deinceps ſingulis Francofordiæ nundinis pro medietate ſoluturos, ac penes Magiſtros ciuium ac conſulatum ciuitatum Auguſtæ, Francofordię, Norimbergæ, aut Cameræ Iudicij quæſtori abſq́; mora & contradictione deponere, qui et huiuſmodi pecuniam recipiendi, & Status qui eã deponunt, quietandi, & ciuitates memoratæ ordinato receptori aut Quæſtori ad debitam quietationẽ tra-

Vbi deponenda ſit pecunia conſeruandi Iudicij Cameræ à Statibus collata.

5 dendi ac reddendi poteſtatem & mandatum habeant. Idcircò dictus quæſtor quauis annua uiſitatione ordinatis uiſitatoribus omnis accepti & expenſi probam ac integram rationem reddat, ac quouis debito tempore apud memoratas ciuitates aliasq́ꝫ diligenter percunctetur, ſi qua unus aut plures Status

Ratio accepti & expenſi quotannis uiſitatoribus reddenda eſt à quæſtore.

6 deb tam contributionem, taxam ſeu quotam ſuam non depoſuiſſent, ac quos ſic inobedientes repererit, eos quouis tempore Imperiali fiſcali indicet, qui mox quoque aduerſus eundem

Contributiones et quotæ ſeu taxæ à Statibus exigendæ.

7 maturè procedet, & ad ſolutionem eiuſmodi, prout de Iure compellat, tenore ac uigore memoratæ quotæ ſeu taxæ, quæ Quęſtori ac Imperiali fiſcali ex Mogũtina Cancellaria tradeť.

Inobedientes & non ſoluentes fiſcali indicentur.

Quò item Iudex Camerę & Aſſeſſores quouis tempore ſciant, quot quantumq́; pecuniæ depoſitum ſit, eoq́; maturius à Quæſtore quouis tempore de ſuo deſeruito ſalario exoluan-

8 tur: dicti ciuium Magiſtri & conſulares ſingulis & quibusli bet uicibus Quæſtori preter præſtationem depoſitę pecunię, teſtimonium ad Iudicem Camerę & Aſſeſſores mittant, in quo mentionem faciant, quantum pecuniarum Quæſtori tradiderint, & quali moneta.

Magiſtri ciuium certiores faciant Iudicem et Aſſeſſores de contributa pecunia.

9 Qualem item pecuniam acceperit Quæſtor, eam ſimul cũ teſtificatoria litera in arcam, quæ in Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum cuſtodia ſit, ſed Quæſtore ſolùm habente clauem, ſine

Arca pecuniæ cuſtodiendæ paranda habendaq́;.

mora imponat, & ad distributionem uſq; & ſolutionem Iudicij Cameræ perſonarum retineat.

Quæſtor Iudicij traditam & acceptam pecuniam indicet.

Quæſtor ſit Statibus Imperij iuratus.

Quæ autem pecunia contributionis ſeu taxæ huius ergò 10 Spiræ Quæſtori, aut in Imperiali Iudicio Cameræ à Procuratoribus tradita fuerit, eam Quæſtor Iudicij Cameræ abſq; mora indicare debet, aut in præſentia eiuſdem, aut alterius, cui id 11 mandabit, ut arcæ ad hoc deſtinatæ inijciat, quemadmodum quouis tempore Quæſtor deſuper communibus Statibus debitum iuramentum in modum, ut ſequetur, præſtabit.

De partibus pauperibus. Tit. 41.

Pauperes ſuæ paupertatis teſtimonia præbeant, & iurent.

Iuramentum paupertatis infrà habetur.

AT pauperibus, quibus, ut dictum eſt, Aduocati & 1 Procuratores tribuentur, ac gratis inſeruietur, quia temeritatis & petulantiæ, qua nonnunquam ex quadam confidentia abutuntur, præcludatur, pauper ille, priuſquam admittatur, ſuæ paupertatis ac miſeriæ teſtimonium à Magiſtratu ſuo aut alijs fide dignis perſonis adportet, aut alioqui ad minus aliquo modo indicium ac ſignum paupertatis ſuæ exhibeat, ac deſuper iuramentũ pau- 2 pertatis, quemadmodum infrà inter iuramenta perſonarum Iudicij Cameræ idem collocatur, iuret: quo facto, ſibi Citatio, inhibitio, aut alij neceſſarij Proceſſus ad petitionem ſuam decernantur: Veruntamen in cauſis, in quibus pauper ad Iudicium Cameræ ordinaria uia prouocauerit, prius quàm ſibi 3 memorati Proceſſus impartiantur, ad inferiorem Iudicem compulſoriales dentur, exeantq;, in quibus inferior Iudex requiratur, pauperi, dum paupertatem iurauerit, ad requiſitionem petitionemq; ſuam, Iudicialia acta hac uice gratis imparti- 4 at, cũ reſeruatione, ſi pauper ad pinguiorem perueniret fortunam, quòd tunc pro conſecutis actis, ut æquum eſt, ſolutionem præſtet, aut cum illo tranſiget.

Pauperi iurato acta & Proceſſus dentur.

Reſeruationis clauſula, ſi pauper ad pinguiorem uenerit fortunam.

Acta pauperis inſpicienda & cognoſcenda eſſe.

Quæ acta quidem poſtea per duos aut tres Aſſeſſores in- 5 ſpiciantur, ſimul & à paupere, ſi quid recens proponendum ducat, informatio recipiatur, quam in ſcriptis per ſuam coordinatum Procuratorem factis exhibeat: Et ſi ex omnibus his non cognoſceretur aut reperiretur, quòd pauper iſte iu- 6 ſtam aut æquam haberet cauſam, tunc quidem Citatio aut Proceſſus porrò non decernantur, quin potius Iudicio remoueatur, ne pars ſua aduerſa temeraria illa ac improba lite in diſpendia ac damna, quæ ſibi à paupere reſarciri nequeunt, perducatur, conijciaturq;.

Pauperi cognita cauſa et uiſis actis, ſi iniquam foueat cauſam, Proceſſus non dentur.

Si quæ egens pars, pauperq; aliquam Citationem aut Pro- 7 ceſſus obtinuerit, quibus maioris aut minoris ſtatus homini

alicui,cui impenſas refundere nō poſſet,temerè & iniquè circumduceret ac prægrauaret: Volumus prætori Cameræ & Aſſeſſoribus eam poteſtatem datam eſſe,idq́; mandatum habere,eos,in quibus tanta temeritas ac petulantia inueniretur, nec damna expenſasq́ exoluere poſſent, carceribus conſtringi ac puniri,iuxta quãtitatem & conditionem perſonæ ac delictorum ſeu tranſgreſsionis.

Pauperum litigantium temeritas & petulantia compeſcenda eſt et retundenda carceribus.

De ſtipendijs ac ſalario Imperialis Iudicij Cameræ perſonarum. Tit. 42.

1 QVO autem Cæſareum tribunal Cameræ noſtrum poſthac honeſtius ac durabilius conſpiciatur,eiusq́; ordinatio firmius, ſtabiliusq́; retineatur, ac de omnibus neceſſarijs magis prouideatur,Electores,Principes,& Status Imperij ex libera eorum uoluntate atq; arbitrio nobis humiliter complacendo,et in uſum utilitatemq́; ſacri Imperij inuicem conſenſerunt,quòd Cameræ Iudicium noſtrum deinceps de ſuo ipſi

Iudicium Cameræ Electorum, Principum & Statuum ære & contributione hodie conſeruetur.

2 ære & pecunia,ſuisq́; impendijs & expenſis conſeruare uelint, interea cogitantes,rationemq́; inuenientes,quo pacto conſeruatio Iudicij Cameræ abſq; noſtro & Electorum Principum, & Statuum Imperij grauamine in futurum atq; de cætero fieri poſsit.

Ratio quærenda, unde porrò Iudicium hoc alatur & conſeruetur.

3 Quicquid autem extra conſeruationem & ſalaria Iudicij Cameræ perſonarum ad alias neceſsitates Cameræ Iudicij noſtri,& extraordinarias impenſas quouis tempore neceſſe fuerit,id quidem ex emolumentis fiſci noſtri præſtetur ac ſoluatur. Atq; in eo id ſeruetur, quemadmodum ſuprà ſub Titulo de Imperatorij fiſcalis officio extra Iudicium,ordinatum eſt & conſtitutum.

Extraordinarias impenſas fiſcus præſtet ſoluatq́;.

De Imperialis Cameræ Iudicis,& Aſſeſſorum ſtipendijs. Tit. 43.

1 VT etiam Imperiale tribunal Cameræ, ad noſtrum ſimul & ſacri Imperij Teutonicæ nationis honorem,decus,ornamentum,& utilitatem,eò firmius ac ſtabilius ſit, & perſonæ eius certiores, officiaq́; ſua & functiones melius rectiusq́; obire poſsint: ordinamus & ſtatuimus, ut Iudex Cameræ & Aſſeſſores quiſq; ſecundum ſtatum & conditionem ſuam, ſuum habeat ſtipendium atq; ſalarium. Idq́; hunc in modum ſeruetur,nempe, ut deinceps Iudici Cameræ,ſi Comes aut Baro eſt,duo milia Comiti aut Domino,qui Aſſeſſor eſt, ſeptingenti; Ac Doctori,Li-

Stipendia & ſalaria Prætoris,Comitum, & Aſſeſſorũ ſpecificè recenſentur.

Iudici Comiti 2000 fl.
Comiti Aſſeſſori. 700.

Doctori Aſſeſſori 500. Floren. pro 16. batzen.
Moneta in imperio concordanda.
Principis Iudicis ſtipendium ſit maius & amplius.

centiato, aut Nobili quingenti floreni, quemlibet florenũ pro ſedecim batzenſibus, donec de æquali ac ſimili moneta in Imperio concordia fiet, computatum, reddatur ac ſoluatur: Stipendium autem Principis, ſi Cameræ Iudex Princeps fuerit, ob altiorem ſtatum amplietur.

Salaria ceteris præſtanda in ſequentibus capitibus exprimũtur.

De ſalario Imperiȷ̃ Cameræ Iudiciȷ̃ Cancellariæ perſonarum. Tit. 44.

Archiepiſcopus Moguntinus Adminiſtratori ac Scribis Cancellariæ ſalaria præbeat.

ADMINISTRATOR, aliæq; Cancellariæ 1
perſonæ ab affine noſtro Archiepiſcopo Mo-
guntino Electore, tanquam noſtro, & ſacri Im- 2
periȷ̃ per Germaniam Cancellario, ſtipendia ſua
atque ſalaria capiant, eaq; prouiſio in idoneis
& gnaris perſonis fiat, ne ob ſalaria ſua mercedemq́ꝫ conque-
ri poſsint. Atque in Cancellaria & Iudicio nullus appareat
defectus.

Adminiſtratori ut deputato 100. dentur.
Magiſtro tabulariorũ 30. floren. præter aliud ſtipendium præſtetur.

Tamen Adminiſtratori ob deputati munus atque offici- 3
um, quod ipſi ex hac ordinatione præter Adminiſtrationis
functionem commiſſum eſt, centum floreni, & Magiſtro ta- 4
bulariorum pro mercede ſui officiȷ̃ ac Magiſteriȷ̃ tabulario-
rum, quod præter Cancellariæ munus atque officium ſibi in-
iunctum eſt, triginta floreni, ſedecim batzenſium, præter ſti-
pendium, quod ex Cancellaria habent, per ordinatum rece-
ptorem & Quæſtorem ex conſeruatione atq́ꝫ emolumentis
Iu:diciȷ̃ Cameræ quotannis numerentur & exoluantur.

De Imperatoriȷ̃ fiſcalis ac fiſ.i Aduocati ſalario. Tit. 45.

Fiſcali 500. tantundem ut Aſſeſſori.
Aduocato fiſci 300. fl. numerentur.

IMPERATORIVS fiſcalis noſter habeat Aſ- 1
ſeſſoris ſtipendium, Et Aduocato in fiſcalibus cau- 2
ſis trecenti floreni per ſedecim batzenſes pendan-
tur.

De ſtipendio Aduocatorum & Procuratorum. Tit. 46.

Aduocatorum & Procuratorum ſalaria.
A partibus litigantibus præter ſalariũ nihil accipiant Procuratores.

STATVIMVS, ordinamus ac uolumus, ut de- 1
inceps Aduocati & Procuratores in omnibus &
ſingulis cauſis, quicquid eis per Cameræ Iudicem
noſtrum & Aſſeſſores taxando decretum fuerit,
pro ſalario ac mercede contenti ſint, nec partes præterea one-
rent, nec aliquam pactionem cum eis propterea faciant, ne ul-
lo quidem modo. Si quid uerò à partibus præterea accepiſ- 2
ſent aut ſumpſiſſent, id eis reſtituant, hæcq; ita ſe ſeruaturos
eſſe ſuis iuramentis confirment.

3 Vtq; in eiuſmodi taxa non ſolùm magnitudo & quantitas
productorum,ſed etiam ac multò quidem magis diligentia &
induſtria cuiuslibet Aduocati reſpiciatur,& ex æquitate taxa
4 fiat: Volumus,ut deinceps per ambos referentes cuiuſuis cau-
ſæ protinus inter referendum ſcripturæ & producta,quæ re-
feruntur,taxentur,& taxa ad quodlibet productum per eos
conſignetur ac perſcribatur.

Diligentia potius Aduocatorum quàm prolixitas productorum ſpectanda.

Vterq; referens producta & ſcripta æſtimet.

5 In eiuſmodi taxa uolumus quoq;, ut Procuratoribus pro
non neceſſarijs uerbalibus receſsibus atq; proloquijs,ſiue alijs
actibus,qui huic noſtræ ordinationi aduerſantur, nihil taxe-
tur.

Verbalibus proloquijs nihil deberi.

6 Ac pro qualibet taxa expenſarum Procuratores, quicquid
à partibus ad cauſam pro mercede acceperint, ſub pœna ui-
ginti florenorum indicare teneantur.

Accepta ad cauſam pecunia taxetur.

De Præconis ſeu Pedelli Cameræ Iudicij, & tabulariorum ſalarijs. Tit. 47.

1 PRAECO ſeu Pedellus Iudicij Cameræ quotan-
nis quadraginta florenos pro ſalario, & de una
proclamatione,præter alia accidentalia,unũ flo-
renum habeat. Sed in fiſcalibus proclamationi-
bus uetus mos ac conſuetudo ſeruetur.

Pedello 40. flo. dentur, & de proclamat. 1. flo. In fiſcalibus nihil.

2 Cuilibet ex duodecim illis iuratis Iudicij Cameræ tabularijs
quotannis duodecim floreni de conſenſa & contributa Iudi-
cij Cameræ conſeruandi pecunia: præterea & quauis uice,cũ
ſibi à Magiſtro tabulariorum Citationes,Proceſſus, aut aliæ
3 Iudiciales literæ inſinuandæ committuntur,de octenis milia-
ribus,uſq; ad locum inſinuationis,& non in reuerſione, unus
florenus in ſedecim batzenſibus,adhæc de inſinuatione eiuſ-
modi Citationis, ſi una tantùm perſona in ea nuncupata ſit,
4 medius florenus: Si uerò plures quàm una perſona, ſint quot-
quot præterea uelint,in Citatione nominatæ fuerint, à primo
loco eius inſinuationis,ſi qua alia,præter unam,perſona in Ci
tatione uocata, ibidem habitans, de omnibus illis florenus
Rhenenſis detur. Quòd ſi contingeret,ut multitudine perſo-
narum in Citatione nuncupatarum, non uno eodemq; loco
commorantium, tabularium cum eadem Citatione ulterius
proficiſci oporteret, præter florenum Rhenenſem de quoli-
bet loco,ad quẽ equitare ipſum inſinuationemq; facere coga-
tur,quarta pars floreni Rhenenſis pro inſinuatione pręſtetur.

Tabulariorum 12. iuratorum ſalaria, nimirum ſingulis dentur 12. floreni.

De octenis miliaribus 1. flor. ſoluatur.

Si plures perſonæ in una citatione complectantur,quid tabulario præbeatur.

5 Si quis tabulariorum una profectione,plures quàm ab una
litigantium parte Citationes aut alios Proceſſus ferret atque
inſinuaturus eſſet,de quolibet litigantium,ui antè memoratæ

De pluribus Citationibus una profectione inſinuandis Tabularius quid,quãtumq; ſumat.

ordinationis precium ei equitationis & inſinuationis pendatur ac præſtetur: Atqui tabularius tamen non amplius una equitationis pecunia cum omnibus inſinuationibus ſibi reſeruare debet: Reliquam equitationis pecuniam, quam de alijs perlatis & inſinuatis Proceſsibus accepit, medio ſuo iuramento, tabulariorum Magiſtro tribuere, redderecꝙ teneatur.

Diſtributio concordiarum inter tabularios ſingulis annis quartalibus facienda.

Magiſter uerò tabulariorum eam ipſam pecuniam qualibet uice 6
conſcribat et in arculam reponat, eandemq; ſimul cum ea, quæ de concordijs in ciſtam confertur, ſingulis anni quartalibus inter omnes tabularios æqualiter diſtribuat, & cuilibet ratam quotamq; ſuam tribuat.

Generale tabulariorum officiū quale ſit deſcribitur.

Cumq; ui huius noſtræ ſanctionis quilibet tabularius exe- 7
cutionē ſuam illi, contra quem Proceſſus Mandata emittunt, non ob oculos & in conſpectu ſolùm, uerumetiam ad cōſuetum domiciliū & habitationem, aliasq; in omnibus caſibus citra quodq; impedimentum aut remoram ullam facere poterit: atq; ipſis (uidelicet tabularijs) de executionibus præter 8
equitationis precium merces ſua exoluatur: uolumus, ut tabularij deinceps moræ longioris interpoſitæ ergò à litigantibus partibus nihil exigant: niſi ſpecialiter à partibus iuſsi fuerint commorari, ſeu præceptum commorandi ab illis habuerint.

Tabularij à litigantibus niſi moram facere cogantur, nihil præter iuſtum precium ſumant, hic quoq; locum habet illud uetus, Nec omnia, nec paßim, nec ab omnibus.

Tabularij præter conſtitutum ſalarium litigantes non onerent.

Tum & aliàs tabularij atcꝙ alijs modis litigantes præter il- 9
lud ſibi conſtitutum & ordinatum precium atq; ſalarium non onerent urgeantue. Quod ſi in aliquo aut pluribus tabularijs ſentiretur, experiretūrue, is, illiue ob id cum priuatione ſuorū officiorum alijſue modis (uelut infrà ponetur) acriter atq; ſeuerè puniantur.

De Quæſtoris ſalario. Tit. 48.

Quæſtori 200. floren. quotannis numerentur.

ITEM Cæſarij Iudicij Cameræ Quæſtori quotannis ducenti floreni pro ſalario ſuo numerentur. 1

De libertate, ſecuritate & fide publica, id eſt, ſaluo conductu perſonarum Imperialis Iudicij Cameræ. Tit. 49.

Spiræ ſit habeaturq; Iudicium Cameræ.

De immunitate perſonarum Iudicij Cameræ.

ITEM Iudicium Cameræ Spiræ ſeruari debet, 1
ubi Iudex Cameræ, Iudices, Aduocati, Procuratores, Scribæ, Nuncij, & aliæ perſonæ ad Iudicium Cameræ pertinentes, quamdiu ſua domicilia, familiamq; iſtic ad Imperiale Cameræ Iudicium noſtrū tenuerint, ſimul cum tota familia, omnibuscꝙ domeſticis ac commeatu ab exactionibus, datijs, uectigalibus, omnibusq; grauamini- 2
bus, ac alijs quoq; Iuriſdictionibus immunes ſint ac liberi, nec in his à quoquam ulla uia modoue grauentur, nec tamen hoſpites alāt, aut mercaturam faciant, exerceantue, fraude remo- 3
ta: par-

Nec hoſpites alant, nec mercaturam faciant ex

4 ta: partes quoq; & earum Aduocati ſeu Actores nuncijue in Iudicio Cameræ occupati, ſecuritatem fidemq; publicam & ſaluum conductum habeant.

erceãtur perſonæ Iudicio Cameræ obligatæ.

5 Item iurati nuncij & Notarij, executionem facientes per totum Imperium, adeoq; in noſtris noſtriq; dilecti fratris Romanorum Regis, & in alijs Electorum Principatibus, Comitatibus, ditionibus, ac poteſtatibus cuiuslibet Electoris, Principis, Prælati, Comitis, Domini, & aliorum, fidem publicam, ſaluumq; conductum, ſecuritatem, ac tuitionem habeant.

Nunciorum et Notariorum ſecuritas & fides publica decernitur.

6 Omnes quoq; & ſingulos Imperialis noſtri Iudicij Cameræ perſonas in noſtram & ſacri Imperij tutelam, defenſionem ac tuitionem his mediantibus ſuſceptas uolumus. Iam & omnibus Electoribus, Principibus, Statibus, & ciuitatibus, & præſertim iſti loco uicinioribus, ubi Cameræ tribunal noſtrum, quouis tempore exiſtet ac ſeruabitur, prædictas perſonas in eiuſmodi noſtra & Imperij defenſione ac tuitione manu teneri ac conſeruari, his mediantibus, acriter & ſeuerè iniunctum & mandatum eſſe uolumus publicè per præſentes.

Publica tuitio, ſecuritas & defenſio omnibus Iudicij perſonis pollicetur his mediantibus.

De uiſitatione, reformatione, & punitione perſonarum noſtri Imperialis Cameræ Iudicij in genere. Tit. 50.

1 PORRO ac pro maiori firmitudine huius noſtri tribunalis Iudicijq; Cameræ, ordinamus, ſtatuimus ac uolumus, ut deinceps quotannis Iudicium Cameræ per noſtros, aut nobis abſentibus dile-

Viſitatio quotannis prima Maij fiat in loco ubi Iudicium habetur.

2 cti fratris noſtri Romanorum Regis, atq; etiam Electorum, Principum & Statuum ordinatos Commiſſarios & Conſiliarios ſingulis annis prima Maij eo in loco, ubi eſt ac ſeruatur, uiſitetur: Ad quam uiſitationem egregios noſtros Commiſſarios, Et affinis noſter Archiepiſcopus Moguntinus, tanq; Archicancellarius ſacri Imperij ac prętor, ſuæ dilectionis, alius quoq; Electoris, conſiliarium, ac uterq; unum, Ad hæc duo Principes, alter Eccleſiaſticus, alter ſecularis, quorum primo anno Eccleſiaſticus perſonaliter, & ſecularis conſiliarium unum: Secundo anno ſecularis in propria perſona, & Eccleſiaſticus conſiliarium unum, ac ſic deinceps ex ordine, quemadmodum illi in noſtro & Imperij conſilio ſuas uoces, ſuffragia, & Seſsiones habent: Similiter Prælati, Comites & Ciuitates, ac quiſq; Status, unum conſiliariũ ad huiuſmodi annuam

Per quot Principes ac Status uiſitatio habenda ſit.

3 uiſitationem ordinent. Electores quoq; Eccleſiaſtici & ſeculares Principes, Prælati, Comites & ciuitates ad Archiepiſcopi Moguntini Archicancellarij requiſitionem ipſimet, ac ſui iuxta ordinem ſeſsionum in Imperio ſuis impenſis compare.

Archiepiſcopus Moguntinus Archicancellarius uocat & requirit Status ad uiſitationem habendam.

13 ut Magiſtratus eius loci illos mox comprehendi, ac quouis
tempore Iudici Cameræ ac Iudicibus abſque mora tradi faci-
ant, quibus turris aut carcer deputabitur, in quibus eiuſmo-
di delinquentes retineant, aut deinceps iuxta patratum deli-
14 ctum puniant. Læſus autem à Iudice Cameræ & Iudicibus
pro ſatisfactione adiuuetur, aut ſi cauſa pœnam corporalem
expoſcit, idq; manifeſtum eſt, aut aliàs ex legitimis indicijs con
15 ſtaret, cuius quidem Iudex Cameræ & Aſſeſſores attentam in-
dagationem & explorationem habeant, tunc Magiſtratui di-
ctæ ciuitatis reum, ut æquum eſt, ad iuſtificandum ac punien-
dum committant.

Magiſtratus ciuitatis habet apprehenſionem facinoroſorum.

Læſo fiat ſatiſfactio.

Indagatio ſeu inquiſitio criminis & delicti ubi & quo loco fieri debeat.

IDEM ALITER BREVIVS.

Cæterùm, ſi qui Cameræ Iudicio addicti, aut ipſi etiam li-
tigatores, horumq; actores, uel nuncij delinquerent, ſeu crimina
perpetrarent: nos quidem Magiſtratui eius loci permittimus,
& poteſtatem facimus, mox illos apprehendendi, ac Prætori
Iudicibusq; Cameræ quouis tempore abſq; mora tradendi de-
sti-atoipſis carcere, in quo delinquentes ſeu malefactores il-
li detineantur ad pœnam ex qualitate delicti infligendam. Ac
læſo, Prætor Iudicesq; cauſa cognita dent operam, uti ſatisfi-
at. Vbi autem delictum capitalem requirit pœnam, & eſt no-
torium, aut alioquin ex legitimis conſtat indicijs, quo de præ-
tor gnauiter, ritè recteq; inquirat, Magiſtratui eius ciuitatis
præcipiat iuſtam malefactorum pœnam infligi.

*De pœna Aſſeſſorum, & quomodo contra ipſos latarum ſen-
tentiarum ergò agi poſſit. Tit. 51.*

1 QVI & qua forma cõtra Iudices, iniquas aut nihi-
li ſententias ferentes per reuiſionem actorum &
Syndicatus agatur, et qua pœna plectantur, infrà
in tertia parte huius ordinationis ſub Titulo de
reuiſione actorum, ordinatum eſt, cautumq;.
2 Tum quoq;, ut aduerſus Aſſeſſores ſuæ inhabilitatis, inido-
neitatis aut indiligentiæ ergò agi debeat, ſuprà ſtatutum eſt,
ſub Titulo de inhabilitate Aſſeſſorum.

Reuiſio actorũ et Syndicatus, ac quæ malè iudicantium pœna.

Inhabilitas et negligentia Aſſeſſorum quomodo uindicanda.

De pœna Aduocatorum & Procuratorum. Tit. 52.

1 QVANDOQVIDEM in hac noſtra ſanctio-
ne non ſemel neq; uno in loco, ſed aliquoties cau-
tum eſt, quomodo Imperatorius fiſcalis noſter, &
2 alij Aduocati & Procuratores coram Iudicio, in
3 Cancellaria, atq; in Iudicio, præſertim in eorum uerbalibus
propoſitionibus & actibus, ſcripturis ac terminis, exhibitione

Quomodo puniantur Aduocati & Procuratores delinquentes.

Fiſcalis, Aduocatorum & Procuratorum officia in genere commemorantur ac repetuntur.

produ-

productorum ſub certo numero, exhibitione ſuorum man-
datorum, alijſq; ſcripturis, conteſtatione litis, uerbalibus con
cluſionibus, aliaſq; alijs omnibus propoſitionibus ſe gerere
atq; habere debeant: Tum & quomodo, quando, & quo or-
dine hæc omnia fieri, ac præcipuè ut ab inutilibus, ſuperfluis,
non neceſſarijs uerbis in proloquijs ſuis abſtineant, mutuò ſe-
ſe nō ſugillent, uel ſcripto dictóue illudant, ſed honeſtate mo-

Mulcta delinquentium & inobedientium Aduocatorum & Procuratorum.

deſtiaq; coram Iudicio utantur. Quò autem his omnibus re- 3
ctius certiuſq; pareatur, ſtatuimus & ordinamus, ſi quis unus
aut plures inter eos in prædictis & alijs caſibus hanc noſtram
ordinationem in uno alióue puncto nō obſeruauerit, ſed con
trarium illi quicquam præſumpſerit, egeritq;, is quocunque

Mulcta unius floreni.

Qualitas delicti attendenda.

tempore, quotieſcunq; contigerit, (niſi iuxta conditionem & 4
qualitatem delicti ui huius ordinationis & iuris communis 5
in grauiorem pœnam incidiſſet) in uno floreno mulctetur,
neq; actus ſuus recipiatur, ſed manifeſtè reijciatur, nihilq; pro
eo taxetur, aliaſue ex forma & qualitate delicti puniatur.

Pretor preterea ſuas habet pœnas infligere.

Præter hæc omnia Cameræ Iudici noſtro & Aſſeſſoribus 6
reſeruatum, ſuæq; poteſtati atq; diſcretioni relictū ſit, quem-
libet Aduocatum & Procuratorem exceſſus ſui, aliúſue deli-

Carcer ſeu cuſtodia delinquentium Procuratorum.

cti cauſa in Iudicio aut extra, adeoq; pœna Iuris, graui mul- 7
cta, aut obcluſione aliquot diebus in conclaui ad hoc ordina-
to, ita tamen ut accedi interpellariq; poſsit, aliaſue turre, ſeu
ad tempus aut perpetua priuatione ſui officij, amotione mu-
tationeq; ſtationis ſeu loci in ſtatu procuratorio, ex æſtima-
tione Iudicij, punire.

Clientes Procuratoribus mulctas non rependant.

Quiſquis Procuratorum prædicto modo punitus, medio 8
ſuo iuramento, quod Iudicio Cameræ præſtitit, à ſuo Clientu-
lo aut parte eam mulctam ſibi reddi reſtituiue nequaquam
petat: aut ſi qua etiam ſibi offeratur, quacunq; forma aut uia
id fieret, non acceptet.

Pœnas pecuniarias ſeu mulctas in pauperum uſum dandas eſſe. Tit. 53.

Partibus pauperibus mulctæ ſubueniant.

SANCIMVS, ordinamus atque ſtatuimus, om- 1
nes pecuniarias pœnas, mulctaſq;, de quibus ſu-
prà mentio fit, deinceps ad uſum opemq; parti-
um pauperum, quæ pro inſinuatione ſuarum Ci-
tationum & aliorum Proceſſuum, tabularijs mercedem dare
nō poſſunt, eiſdem, aliaſq; ex Iudicij præcepto, expendantur.

De pœna perſonarum Cancellariæ. 54.

Scribas & miniſtros Cancellariæ in leniori-

SI quæ noſtri Imperialis Cameræ Iudicij Cancellariæ perſo- 1
næ, ſuis officijs non fungerentur, ſed in ijs ordinationem
excede-

excederent, eæ iuxta magnitudinem & qualitatem eiuſdem, per Adminiſtratorem, aut ſicubi magnitudo delicti expoſcit, etiam per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores puniantur.

bus Adminiſtrator, in grauioribus autē prætor punit.

De pœna Tabulariorum. Tit. 55.

SI uel ipſe tabulariorum Magiſter, aut tabularij in officio ſuo ceſſauerint, nec eo probè functi, ſed noſtram hanc ordinationem uno aut pluribus articulis tranſgreſſi fuerint, nec cuſtodierint, præcipuè autem, ſi ultra id quàm conſtitutum eſt exigendæ mercedis partes onerarint, aut aliquod lucrum ſeu lucroſam praxim quæſierint, aut aliàs ſe non integrè geſſerint, ij per Cameræ Iudicem noſtrum, conſilio ac deliberatione Aſſeſſorum, aut ſi forte delictum, exceſſus & tranſgreſsio leuis fuerit, per deputatum ex qualitate facti, turre, aut depoſitione officij, aut alijs uijs modisq; irremiſsibiliter atq; ſeuerè puniantur.

Tabularij ex quibus delictis et quomodo puniuntur.

De pœna pauperum partium. Tit. 56.

QVOMODO in partes pauperes animaduerſio fieri debeat, atq; temeritas earum retundi puniriq;, ſuprà ſub Titulo partium pauperum cautum eſt.

Partium pauperum pœna.

DE iuramentis Cameræ Iudicij perſonarum, & partium in illo agentium.

De Imperialis Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum iuramentis. Tit. 57.

CAMERAE Iudex (noſter) & Aſſeſſores ſinguli, priuſquàm eorum quiſquam ſuſcipiatur, iuramentum ad Deum, ſanctumq; Euangelium præſtent, Imperiali Cameræ Iudicium fideliter ac diligenter ſe gubernaturos, & iuxta cōmune ius Imperij, iuxta q; legitimas, honeſtas, & patriæ ordinationes, Statuta, & conſuetudines Principatuum, Comitatuum & Iudiciorum, quæ coram ipſis propoſita fuerint, ſublimi iuxtā ac humili, in quantum optimè ſapiant, ſentiant atq; intelligant, æqualiter iudicaturos, nec ulla de cauſa in contrarium acturos eſſe. Neque à partibus aut quoquam aliō, ob quamcunq; cauſam Iudicio uertentem aut pendentem, munera, dona, aut commoda aliis qua per ſeſe, aut alios, quomodo id ab hominibus excogitari poſsit, uel ipſi accipiant, uel accipi ſinant. Nec priuatam ſeu ſpecialem partialitatem uel adhæſionem aliquam in ſententijs ferendis dandiſue præſumant, quærant, uenentur aut aucupentur. Nec quoq; alteri parti conſilium dent, uel cautelam præ-

Formā iuramenti hanc, Ego Titius iuro corporaliter ad ſancta Dei Euāgelia, etc. ponit Rofredus in Conſtitutione Friderici Imperatoris, in principio, folio 137. facie 2. Ergo non eſt noua forma.

Formula ſeu tenor iuramenti Iudicis, & Aſſeſſorum.

Facit huc iuſiurandum Heliaſtarum apud Demoſth. quod infrà in fine huius primæ partis adiectum eſt.

Clauſula elegans & uetus: Nec accipiam munera propter partes iuuandas, uel ipſe ego, uel quiſquam alius mihi, uel alij me conſcio, non fraude, non machinatione ullā &c.

præmonſtrent: quinimò quodcunq; in conſultationibus, deliberationibns, & controuerſiarum uentilationibus ſeu diſceptationibus tractatum fuerit, iſtud omne nec partibus ipſis litigantibus, nec cuiquam alij manifeſtent patefaciantue ante uel poſt ſententiam latam. Nec lites etiam quaſcunq; malitioſè differant aut prorogent. Adhęc porrò nullã omnino cauſam, quocunq; nomine uocetur, exceptis fiſcalibus, uel ipſe Iudex, uel Aſſeſſor, ſi ad eas ordinetur, ac eam, in qua ipſe de Iure pronunciare nequit, & à qua alioqui diſcedere debet, acceptet, aut conſultet, neq; in omnibus punctis huius iuramenti ipſum aliud ullum iuramentum, pactum ſeu obligatio impediat, abſque dolo & fraude.

IDEM ALITER.

Formula Iuramenti Iudicis & Aſſeſſorum.

Præſes ſeu Prætor ipſe noſter, & Aſſeſſores ſinguli, priuſquam eorum quiſquam ad hanc iudicandi prouinciam ſeu munus admittatur ſuſcipiaturq́;, adiurent Deum ſanctosq́;, tribunal hoc noſtrum atq; iudicium, ſumma fide ac diligentia gubernaturos eſſe: ſecundum ius commune Imperij, ſecundumq́; honeſtas & legitimas cuiusq; regionis ditionisq́; obſeruationes, conſtitutiones, ſtatuta & conſuetudines Principatuum, Comitatuum, ac tribunalium, in quantum coram ipſis propoſitum fuerit, ſublimibus perſonis iuxtà ac humilibus, quantò melius ac rectius ſciant, ſapiant atq; intelligant, æqua lance iudicaturos eſſe, nec ab eo in diuerſum ulla de cauſa pati ſeſe dimoueri. Nec à partibus litigantibus, aut alio quocunq;, quacunq; de cauſa coram tribunali iam pendente, aut in futurum, accipiant munera, quidquamue cõmodi, uel ipſi uel per quoſcunq; alios, quantum id ab hominibus excogitari poſſit. Nec quęrant ſibi partialitatem aliquam ſeu adhęſionem iudicio obtinendæ ſententiæ: nec conſulant caueantue litigatoribus. Quicquid etiam deliberando conſultandoq́; ſtatuetur, nulli litigatorum uel alij patefaciant ante uel poſt latam uel ferendam ſententiam. Differendæ quoq; ſententiæ cauſa maligno animo nihil attentent, præſumant, aut l[illegible] nullam exceptis fiſcalibus, ſicubi ad has diſceptandas, decernendasq; fuerint accerſiti, conſilio ſuo adiuuent. In omnibus hiſce punctis & articulis iuriſiurandi huius, nullo alio iuriſiurando uel pacto impediri ſe ſinant, non fraude uel machinatione ulla.

Nota, hæc formula uerborum, A[illegible] Deum ſanctosq; &c. corr[illegible] eſt in hoc et ſequentibus iurament[illegible] einceps adiurent Deum, [illegible] ctaq; Euangelia &c. Hæc emend[illegible] eſt in Comitijs Auguſtanis, Anno 1555.

Admini-

Adminiſtratoris iuramentum. Tit. 58.

ADMINISTRATOR nobis aut noſtro loco
Imperialis Cameræ Prætori noſtro ſtipuletur, &
Deum ſanctumq; Euangelium teſtetur, ſuo offi-
cio fideliter ſe functurum eſſe, ac defectus & errata
Cancellariæ attentiſsimam adhibiturum curam & diligenti-
am, ac perſonas quantum poſsibile, aliaq; emendaturum ac
correcturum: Tum & quocunq; tempore ſe operam daturum
ac prouiſurum, ut perſonæ ſua munia diligenter obeant atq; *Sigillum Imperiale Administratori credatur.*
perficiant: Sigillum noſtrum loco affinis noſtri & Electoris
Archiepiſcopi Moguntini in bona cuſtodia habiturum, eoq;
ad nullas alias cauſas præterquàm ad eas, in quibus à Came-
rę Iudicio noſtro decretum eſt, uſurum, aut utendum permit-
ti. Secretas item Iudicij res, negociaq;, & quicquid in cauſis
quocunq; tempore conſultatur ac deliberatur, nemini ſe pa-
tefacturum, nec uni litigantium aduerſus alteram ſuaſurum
eſſe aut conſulturum: Nec munera donaq; accepturum, aut
in ſuam utilitatem ut ab alijs accipiantur laturum: omnino fi-
deliter ac ſine dolo.

Scribarum Iudicij & Lectorum iuramentum. Tit. 59.

ITEM Protonotarij, Notarij, & Lectores, uel ipſi
noſtræ Cæſareæ Maieſtati, uel Prætori Cameræ,
noſtro loco ſtipulentur, & Deum ſanctumq; Eu-
angelium adiurent, ſe uices muniaq; ſua fideliter
præſtaturos, ſcribendo, legendo, literas & documenta ſeu te-
ſtimonia, quę Iudicio exhibebuntur, fideliter in Iudicio cuſto-
dituros litigantibus partibus, nulliq; alij reclusuros, quicquid
in cauſis, in cōſultationibus ac deliberationibus Iudicis & Aſ-
ſeſſorum tractabitur, ſecreta quoq; Iudicialium negociorum
nemini manifeſtaturos, legi aut uideri prębituros, nullam co-
piam exhibitarum literarum ac ſcripturarū litigantibus parti-
bus tradituros, abſq; permiſsione & decreto Iudiciali: Nulli
item partium aduerſus alteram ſuaſuros, conſiliúmue aut cau-
tionē prębituros, nulla munera accepturos, aut ſuo uſui com
modōue accipi permiſſuros, prout ſenſus humani excogitare
poſsint, ſed ſe contentos fore ſuo ſtipendio: ſine omni fraude.

Cumq; in eo iuramento ſit, ut de exhibitis literis ac ſcriptu- *Declaratio prioris articuli de copijs ſeu Antigraphis, partibus dandis.*
ris contendentibus partibus nullæ copiæ citra permiſsionem
& decretum Iudicij dari debeant: atqui id decretum ſi in qua-
uis cauſa obſeruari deberet, maximam retardationem paritu-
rum eſſet, moderatum eſt iuramentum & declaratum hac for-
ma, ut & Protonotarij citra Iudiciale decretum ad iuſsionem
Pręctoris Cameræ, omnium exhibitorum antigraphos ſeu co-

pias partibus petentibus dare poſsint, quemadmodũ id communia Iura quoq; perhibent atq; permittunt.

Iuramentum fiſcalis. Tit. 60.

FISCALIS promittat, ac Deum ſanctumq; Euangelium adiuret, quòd omnes & ſingulas cauſas & negocia, quæ ſibi commiſſa ſunt aut cõmittentur, uel quæ ſibi ut fiſcali obtingunt, ſuiq; officij nomine agenda ſunt, uera ac recta fide ſuſcipiat, in noſtram ac fiſci utilitatem, quantũ maximè ſapit atq; intelligit, diligenter proponat, agatq;, in ijs nulli præ alio parcat (uidelicet nullius reſpectu habito) ſciens prudensq; nulla fraude iniuriaue utatur, nec aliquam doloſam prorogationem uel dilationem ad differendas protrahendasq; cauſas quærat, nec cum litigantibus partibus conditionem aut pactum abſq; ſpeciali cognitione ac mandato Prætoris Cameræ & duorum Aſſeſſorũ ineat faciatue: ſecreta, informationes, iuuamenta, quæ in cauſis inueſtigat & explorat, in fiſci præiudiciũ damnũmue non reuelet, Iudiciũ & Iudicij perſonas honoret ac promoueat, coram Iudicio honeſtate ac integritate utatur, ab ignominia atq; iniurijs inferendis ſub pœna ac æſtimatione Iudicij abſtineat. Nec ſui officij & fiſcalium cauſarum nomine gratiatæ, munera aliqua donaue, aut quicq; commodi ipſe aut per alios, prout humani ſenſus excogitare poſſent, ſumat, aut quicq; ſuo nomine accipere permittat. Tum & ſolas fiſcales cauſas reſpiciat expediatq;, nec alijs ſe ingerat uel intromittat conſulendo agendoue, et alioqui ordinationem hanc, quantum ad ſuum officium attinet, obſeruet: omnia fideliter & abſq; fraude.

Iuramentum Aduocati fiſcalis. Tit. 61.

SIMILITER Aduocatus fiſcalis ſtipuletur & teſtetur Deum ſanctúmque Euangelium, quòd omnes & ſingulas cauſas & negocia ſibi à noſtro Imperialis Cameræ Procuratore generali fiſcale commiſſa aut committenda fuerint, uel quæ ſibi fiſcalis nomine obtingunt, & officij gratia agenda erunt, integra fide ſuſcipiat, ſibiq; commendata habeat: ac in noſtræ Cæſareæ Maieſtatis, fiſciq; uſum & utilitatem quantum optimè intelliget, ſentietq;, diligenter proponat agatq;, nulla aliqua fraude iniuſtitiaue ſciens aut prudens utatur, nec dolo moram dilationemq; differendæ cauſæ quærat, nec cum partibus aliquam conditionẽ, pactionemue extra ſpecialem cognitionẽ & mandatum noſtræ Cæſareæ Maieſtatis, ſeu nobis abſentibus dilecti fratris noſtri Regiæ Maieſtatis, aut generalis fiſcalis ineat faciatue: Secreta, informationes, & adiumenta, quæ in cauſa inueſti-

inueſtigat atque reſciſcitur, in damnum ſeu præiudicium fiſci non reuelet, aperiatue. Iudicium ac Iudicij perſonas reuereatur ac prouehat, in Iudicio integritate ac honeſtate utatur, ab ignominia atq; iniuria inferenda, ſub pœna ex æſtimatione Iudicij, abſtineat: Omnia fideliter & citra fraudem.

Iuramentum Aduocatorum in Iudicio Cameræ Imperialis. Tit. 62.

ADVOCATI Iudicij Cameræ Imperialis iurabunt, quòd cauſas eorum, quorum patrocinium ſuſcipiunt, bona fide, ad ipſorum utilitatem prudenter diligenterq; tractabunt, nullam ſiniſtram machinationem, fraudem, dolúmue in ijs committentes, neque de quota litis, quam peragendam habent, paciſcendo, neque interpoſitis callidè conuentionibus quicquam illicitè extorquendo: Sed nec ſecreta cauſarum, quæ litigantes partes ipſis ſunt commiſſuri, uel quæ ipſi in tractatione animaduertere poterunt, ulli hominum pandent: Honorem præterea Imperialis Iudicij, & eorum, qui ei tribunali præſunt, præſidendo aſsidendóq;, ut par eſt, promouere, ac id omnibus modis cohoneſtare uelint. Eò loci moderatè honeſteq; ſe gerentes, & ab omni intemperantia & conuicijs, ſub pœna à Iudicibus infligenda, penitus abſtinentes: Salarium etiam atq; mercedem, ipſis iuxta huius Iudicij conſtitutionem debitam, nullis pactionibus adaugebunt. Et ſi controuerſia inter ipſos & litigatores ſuper mercede ſuboriatur, quicquid hoc caſu à Iudice, Prætore & ijs, quos ex Aſſeſſoribus ſibi aſſumpſerit, aut quibus hoc munus iniunxerit, fuerit decretum, eo ſtare debebunt. Quin & patrocinia, quæ ſemel ſuſcepiſſent, ſine iuſta cauſa & uenia impetrata, non dimittant. Sed ad definitionem ſuſceptæ cauſæ in eiſdem perſeuerent. In quibus omnibus dolus malus abeſſe debebit.

Iuramentum Procuratorum. Tit. 63.

PROCVRATORES, à Iudicio ad tale munus ſuſcepti, gnari eſſe ac prudentes debent, noſtræ Cæſareæ Maieſtati, aut Cameræ Iudici noſtro ſtipulentur, Deum ſanctumq; Euangelium adiurantes, ſe partium litigantium cauſis, quas agendas ſuſceperint, fideliter adeſſe uelle. Ac quantum melius rectiusq; ſapiant, ſentiant atque intelligant, eas cauſas ad profectum & utilitatem partium cum diligentia propoſituros & acturos, nec fraude aliqua in eiſdem dolóue malo ſcientes uſuros: nec

Notanda ſunt hæc uerba, quæ quondã Poëta Conradus Celtis lib. 2. Odarũ cecinit: Aequus in cauſis fueris patronus, Si nihil ſperes meritus ſeq; rectus, Nec ſauor cæcus poterit ſeuerum Flectere pectus.

moram aliquam dilationemq́; malitioſam ad prorogandam
protrahendámque cauſam quæſituros, neque partes litigan-
tes ad idem faciendum quærendúmue inſtructuros, nec con-
uentionem pactionemue aliquam, lucroſamue conditionem
cum litigantibus partibus, de lite cauſaue, cuius in Iudicio A-
ctores & Procuratores exiſtunt, ut accipiant, inituros. Se-
creta item, ſubſtructiones & fulcimenta à partibus accepta,
aut informationes cauſæ, ex ipſis animaduerſa, in earum dam
num & præiudiciũ nemini patefacturos, Tribunal & perſonas
Iudicij reuerenter habituros ac promoturos, ſeq́; illis coram
decenter ac modeſtè geſturos, neminem dicacitate ſua iocóue
laceſſuros, ſed omnem petulantiam linguæ intermiſſuros, par-
tes litigantium, ultra, quàm conſtitutum eſt, precium, quodq́;
ex Iudicij Cameræ ordinatione debetur, exigendo aut paci-
ſcendo non grauaturos. Et ſi qua ob id controuerſia inter
ipſos & partes orietur, eam à Cameræ Prætore & Aſſeſſori-
bus, quos ſibi aſſumpſerit, ſeu quibus ipſe commiſerit, com-
poſitam, ratã habituros, nec cauſam ſuſceptam aut ſuſcipien-
dam abſq; legitimis rationibus ac iuris permiſsione dimiſſu-
ros, quin potius in finem litis uſq; partibus fideliter inſeruitu-
ros eſſe; omni fraude excluſa.

Iuramentum Aduocatorum. Tit. 64.

ADVOCATI Imperialis Cameræ Iudicij no-
ſtri, ſtipulentur, & Deum ſanctumq́ꝫ Euangeli-
um teſtentur, partibus ſe, quarum cauſas agen-
das ſuſceperint, fidos ac integros præſtaturos eſ-
ſe, in eiſdem quamrectiſsimè prudentiſsimeq́ꝫ
poſſunt, in partium utilitatem diligenter acturos, ſciẽter nul-
la fraude aut iniquitate uſuros, pactum nullum conuentio-
nemue de portione aliqua, litis cauſæue, cuius ſunt Aduocati,
expectaturos, ſecreta partium, & quæ celanda ſunt, conſilia,
informationes, inſtructiones, adminicula, uel à partibus acce-
pta, uel quæ ipſi ſua ſagacitate atq; ſolertia ab illis hauriunt,
in earundem præiudicium atq; diſpendium nemini patefactu-
ros, Tribunal ipſum perſonasq́; reuerenter habituros, promo-
turos, ac corã illis ſe decenter honeſteq́ꝫ geſturos, rixas igno-
minioſas conuitiaq́ꝫ, ſub pœna à Iudicio cenſenda, omiſſuros,
nec partes ultra mercedis ex ordine conſtitutæ præſtationem
auctione pactioneue qualicunq́ꝫ grauaturos: ſi qua uerò hu-
ius gratia lis aliqua ſeu contentio inter ipſos ac partes contin-
geret, quicquid ibi à Præſide Iudicij Cameræ Iudicibusq́;, quos
uel ſibi adſciſcet, uel ad eam controuerſiam pacandam depu-
tabit,

tabit, diſcuſſum fuerit, ratum, gratumq; habituros, neq; cauſam ſemel ſuſceptam temerè, abſq; legitimis rationibus, à ſe reiecturos, ſed ad extremum uſq;, donec lis tota definietur, cauſæ adhæſuros, omni fraude doloq; malo ſemotis.

Quomodo Procuratores iuramentum calumniæ iurent. Tit. 65.

Iuramentum calumniæ cum ſuis clauſulis.

IVRAMENTVM calumniæ Procuratoribus ſequenti forma prælegetur: Vos iurabitis Deum, ſanctumq; Euangelium, in partium ueſtrarum, ueſtramq; ipſius animam, quòd creditis bonam uos cauſam habere, quòd & nullam fraudulentam, non neceſſariam prorogationem cauſæ petetis. Ac quoties in Iure interrogati fueritis, ueritatem non reticere: nec in hac cauſa cuiq;, præter illos, quos iura admittunt, quicquam dare aut promittere uelitis, ut ſententiam conſequi ac obtinere poſsitis, omnia fideliter, & ſine fraude: Similiter & principalis hoc præſtet iuramentum.

Quomodo Procuratores iurent, ſi taxatas expenſas medio iuramento obtentas uolunt. Tit. 66.

Iuramentum pro taxatis expenſis obtinendis.

ADIVRABITIS Deum ſanctumq; Euangelium, in partium ueſtrarum animam, quòd in hac cauſa N. florenos Rhenenſes, plus potius quàm minus Iudicialium expenſarum expoſuerint, ac paſsi fuerint. Et in ueſtram ipſius animam, quòd hoc ita faciendi mandatum acceperitis & informationem: ſine omni fraude.

Aliud iuramentum. Tit. 67.

Iuramentum aliud ſuper expenſis taxatis.

SVPER reproducto mandato, in eiuſdem mandatarij animam iuro, quòd idem in hac cauſa. N. florenos Rhenenſes, plus potius quàm minus, Iudicialium expenſarum expoſuit ac paſſus eſt: In meam autem propriam animam, quòd iſtud hoc modo faciendi mandatum ab eo inſtitutionemq; accepi: ſine fraude.

Si principalis ipſe hoc præſtet iuramentum. Tit. 68.

QVOD in hac cauſa. N. florenos expenſarum Iudicialium expoſui atq; ſuſtinui, ſine fraude.

Sequitur iuramentum, cùm Actoris Procurator ſuos articulos medio iuramento exhibet. Tit. 69.

VT, Procurator iurabis Deum ſanctumq; Euangelium, articulos per te in hac cauſa datos & exhibitos, in quantum partis tuæ factum concernunt, ueros: In quantum uerò alienos, ac factum alterius concernunt, credas ueros ac probabiles eſſe.

Forma iuramenti, ſi Actor ipſe ſuos articulos mediante iuramento exhibet. Tit. 70.

QVOD articuli meo nomine in hac cauſa exhibiti, quoad propriū factum concernunt, ueri ſunt, & quoad alienum factum concernunt, credo eos ueros ac probabiles eſſe: abſq; fraude.

Iuramentum Rei ad Actoris articulos, quando Reus eſt præſens. Tit. 71.

ADIVRABIS Deum ſanctumq; Euangelium, quòd ad partis aduerſæ exhibitas & admiſſas poſitiones & articulos, & ad ſingulos quidem uerè reſpondebis, an eos credas, aut non credas ueros eſſe: abſq; fraude.

Aliud iuramentum. Tit. 72.

QVOD equidem ad omnes poſitiones & articulos à parte aduerſa in hac cauſa cōtra me exhibitas, uerè reſpondebo, an eos credam, nec ne: omni fraude ſemota.

Iuramentum, quod Rei Procurator, ad Actoris Procuratoris articulos reſpondens præſtet. Tit. 73.

CEV Procurator medio iuramento tuo, quod nunc præſtabis, ad articulos per partem aduerſam in hac cauſa exhibitos, tibiq; redditos, mediantibus his uerbis, quòd credas eos ueros, aut non ueros eſſe, reſpondebis: omni fraude excluſa.

Iuramentum malitiæ, quod Procurator in ſuam ipſius & partis ſuæ animam præſtat. Tit. 74.

Forma iuramenti de malitia.

IVRAMENTVM malitiæ Procuratori ſequenti forma prælegetur: Iurabis in partis tuæ, tuamq; ipſius animam, Deum ſanctumq; Euangelium, ſi quidem iſtud ſalua tua conſcientia facere potes, quòd illa, quę proponis ac petis, non fraudulenter aut malitioſè, nec ad differendam cauſam, ſed tantùm neceſſariò facis: & quòd hoc ita faciendi à parte tua informationem & mandatum accepiſti.

Iuramentum, quando quiſpiam Curator ad litem datur. Tit. 75.

IVRABIS Deum ſanctumq; Euangelium, quòd omnia & ſingula, quæ N. quibus Curator datus es, in propoſitis eorum cauſis, utilia ac neceſſaria ſint, ex meliori qua potes prudentia tua fideliter ages, propones & exercebis, ueritate uteris, nec ab ea deflectes,

ctes: ſi quid etiam inutile ac damnoſum eſt, præcauebis, non uſurpabis, aut uſurpari permittes. Et quicquid in hac cauſa ad tuas manus peruenerit, dicto N. omnino præſtabis. Abſque omni fraude.

Iuramentum, ſi unus aut plures Curatores dantur, & à Procuratore præſtatur. Tit. 76.

TV N. de N. ut Procurator N. & N. ſuper tuo exhibito Mandato, nomine eorundem N. & N. in eorum animam promittens, Deumq; ſanctosq; iurabis, quòd omnia & ſingula, quæ C. de D. relicto filio, cuius curam confirmari petunt, bona ac utilia fuerint, facturus ſis agesq;, quæ inutilia ac noxia uitabis, omittes ac cauebis. Eiuſdem adoleſcentis bona & perſonam, ad ſuam utilitatem meliori modo curabis: Inuentarium ſuarum rerum & bonorum fieri facias, eorum administrationis & negociorum debito ac iuſto tempore rationem reddi, unà cum plenaria traditione, ac redditione omnium eorum, quæ Curationis huius gratia ad ipſorum manus peruenerūt, & ad adoleſcentem pertinebunt, & quæ illi debentur, aut aliàs omnia faciant, quod fidelium Curatorū eſt, ſub hypotheca & obligatione omnium ſuarum rerum & bonorum: abſq; omni fraude. *Inuentarium Curator faciat.*

Forma iuramenti Teſtium. Tit. 77.

TESTABIMINI ac iurabitis Deum & ſanctum Euangelium, quòd ad articulos in Iure receptos, et in tota cauſa inter N. & N. uelitis dicere, pro utraque parte, neutri ad beneplacitum uel inuidiam, ueritatem, quam de ea cauſa ſcitis, & memores interrogabimini, neq; id intermittetis aut ſinatis propter aliquod munus, donum, commodum, emolumentum, fauorem, odium, amicitiam, timorem, aut aliud quicquam, quod humani ſenſus excogitare poſſent: abſq; fraude.

Iuramentum pauperum. Tit. 78.

IVRABIS Deum ſanctumq; Euangelium, quòd tam pauper ſis, nec in immobilibus aut mobilibus uel creditis tantum habeas aut poſsis, ut Cancellariæ pro neceſſarijs literis, uel Aduocato & Procuratori tuo de mercede ſatisfacias: Quòd etiam propterea res bonaq; tua fraudulenter non alienaueris aut tradideris, & ſi cauſam tuam litemq; in Iure obtinueris, aut aliàs ad meliorem fortunam peruenires, quòd tunc cuilibet, id quod ſibi debetur, perſolues ac ſatisfacies: fideliter & ſine fraude. *Iuramentum paupertatis.* *Clauſula, ſi pauper ad meliorem ueniat fortunam.*

Iuramentum Secretariorum, Ingroſſiſtarum & Copiſtarum Cancellariæ Cameræ. Tit. 79.

SECRETARII, Ingroſsiſtæ & Copiſtæ in Imperialis Cameræ Iudicij noſtri Cancellaria ordinati, nobis, aut noſtro loco Cameræ Iudici noſtro ſtipulentur, & Deum ſanctumq; Euangelium adiurabunt, quòd ſua munia officiaq; ſcribendo, legendo, ingroſſando, deſcribendo ad mandatum Adminiſtratoris & Protonotariorum, attentiſsima fide & diligentia obibunt, fraude nulla in ieuſuri. Secreta Cancellariæ, ut conceptas ſententias, exhibita teſtimonia, protocolla, Iudicialia acta & ſcripturas nemini publicare, manifeſtare, legenda præbere, aut antigraphos ſeu copias dare, niſi permiſsione & uenia Adminiſtratoris, Protonotariorũ aut Notariorum, & propterea à nemine munus donũmue à quocq̃ exigere, petere, aut accipere uelint.

Iuramentum Pedelli. Tit. 80.

PEDELLVS ſtipuletur ac iuret, quòd Pedelli officio ſuo omni fide & diligentia fungatur, Imperialis Cameræ Iudicem noſtrum, & Iudicij perſonas honore proſequatur, ac promoueat: & ſi qua ſecreta conſilia audiret, intelligeret aut reſciſceret, ea celare ac nemini pandere: à partibus præter ſuam conſuetam ac debitam mercedem nihil accipere, & nulli parti in præiudicium & damnum alterius cauere, ſuadere, aut quicquam auxilij præſtare: ac alioquin omnia facere, quæ Pedellum facere decet. omnia fideliter & ſine fraude.

Iuramentum Quæſtoris Iudicij Cameræ. Tit. 81.

IVRES Deum ac ſanctum Euangelium, te omnem diligentiam adhibiturum, taxas, contributiones ſeu quotas apud ordinatas ciuitates aut à Statibus depoſitas, ſeu deponendas omnium minimis impenſis & maxima opportunitate quanto maturius fieri poſsit, ac tibi poſsibile erit ad manus tuas & ordinatam arcam exigas, acquiras, inferasq;, nec in his mutuatione, mutuo ſeu alia negociatione utaris, ſed illas totaliter immutatas ad ſingulas diſtributiones, quæ tibi à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus committentur, fideli cuſtodia inſimul retineas, & in dicta diſtributione eaſdem contributiones, taxas ſeu quotas iuxta quartalia in auro uel moneta, prout illas acceperis, inter perſonas Imperialis Iudicij Cameræ, ſingulaſque pro rata ſua procq̃ ſalario ac mercede ſua diſtribuas, æqualitatem.

qualitatem erga omnes ſeruando. Ac quocunque tempore à Conſularibus ordinatarum ciuitatum, aut quibus alijs forſitan has taxas ſeu quotas commiſerunt, documenta ſufficientia, quid in auro & moneta in dictis taxis acceperint, ſumas, ac quouis tempore diſtributionis depromas. Et ſi quid præter memorata Cameræ Iudicij perſonarum ſalaria, neceſſum fuerit in Iudicij Cameræ uſum expendere, Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum mandato in ea re pareas, & in prædictis acceptis & expenſis ordinaria & iuſta Regiſtra & computationes ſerues, ac de illis Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus probas ac diſertas relationes, rationesq́; quotieſcunq; eas abs te exigent, facias: ac tuo officio ad Imperialis Iudicij Cameræ prouectum & utilitatem omni bona fide, quanto melius prudentiusq́; potes, præeſſe uelis.

Iuramentum Magiſtri tabulariorum. Tit. 82.

TABVLARIORVM Magiſter Iudici Cameræ loco Cæſareæ Maieſtatis ſtipuletur, ac Deum ſanctumq́; Euangelium iuret, ſe officio Magiſterij tabulariorum fidelißimè functurum eſſe, tabularios unà cum Imperialibus Proceßibus celeriter & maturè expediturum, Iudicium, eiusq́; perſonas honoraturum ac promoturũ, aliaq́; omnia, ex ordinatione ipſum concernentia diligenter iuxtà ac fideliter executurum: abſq; dolo.

Iuramentum famuli ſeu miniſtri Cancellariæ. Tit. 83.

FAMVLVS promittat ac iuret, quòd eo officio ac miniſterio in aperiendo ac recludendo, & ſeruitijs Cancellariæ diligenter ac fideliter functurus ſit. Quicquid conceptarum ſententiarum, exhibitarum teſtificationum, Actorum, Protocollorum, Regiſtrorũ & ſcripturarũ ibi fuerit, aut ſi quid ſecreti ibi animaduerterit, ac intellexerit, abſq; uenia & permißione Iudicis Cameræ, Adminiſtratoris, Protonotariorum aut Notariorum nemini patefacturus, aut legi permiſſurus ſit Propterea nec quidem munus donúmue accepturus, aliaq́; facturus, quæ probum ac fidum Cancellariæ famulum atque miniſtrum decebunt, fideliter, & fraude ſemota.

Iuramentum Tabulariorum Cameræ. Tit. 84.

TABVLARII, qui ad Imperiale Cameræ Iudicium noſtrum ſuſcipiuntur, ſtipulentur, ac Deum ſanctosq́; iurent, Cameræ Iudici noſtro & Iudicibus inſeruire ac obedire, ſua nuncia, Citationes,

ac Iudicij

ac Iudicij literas,quæ à Iudice Cameræ, Iudicibus, eorum deputatis,aut Magiſtro tabulariorum,quocunq; tempore ipſis committuntur aut traduntur,fideliter ac matura diligentia expediant,ac perſonis,ad quas eiuſmodi literæ ſpectant & diriguntur,ipſis aut domi ſuæ, aut aliàs ex ordine Iuris reddant atq; inſinuent. Inſinuationis diem & locum deſuper conſcribant,Magiſtro tabulariorum fide dignam relationem, aliaq; omnia faciant, agantq;, quod eos uigore ac ui ordinationis facere æquum eſt : Vbiq; fideliter,& ſine fraude.

Iuramentum,quod Medicus,Chirurgus, Barbitonſor, aut alterius artis peritus,ſuper eo,quod ex peritia experientiaq; artis ſuæ nouit atque intelligit. Tit. 85.

IVRABIS, quòd in hac cauſa, propter quam requiſitus es,quantum experientia artis tuæ didiciſti,& corporalibus ſenſibus tuis percepiſti, nullius uel in fauorem uel inuidiam,nec ob odium,lucrum,amicitiam aut donum, ſed tantùm ad promouendam iuſtitiam, & prout cauſam ipſe reperies, offendesq;,ueritatem dicere uelis, & quòd credas hoc ita ſe habere ac eſſe,ut te Deus,ſanctiq; adiuuent.

Hippocratis Iuſiurandum infrà poſitum elegantius copioſiusq; commemoratur.

Ordinatio ac forma iuramenti Iudæorum. Tit. 86.

SI Iudæo imponetur iuramentum,priuſquàm iuramentum præſtet,librum præ manibus & oculis habeat,in quo diuina præcepta Moyſi in monte Sinai à Deo ſcripta,tradita ſunt,ac deſuper Iudæus alloquatur ac adiuretur ſequentibus uerbis:

Verba Iudæo iuraturo proponenda.

Iudæe,ego te adiuro per unicum,uiuentem ac omnipotentem Deum,creatorem cœli & terræ,omniumq; rerum,& per eius Torach,legemq;,quam ſeruo ſuo Moiſi tradidit in monte Sinai,ut uerè dicas & profitearis, an præſens hic liber, ſit is liber,ſuper quo Iudæus Chriſtiano,aut Iudæo uerum,rectumque iuramentum præſtare atq; perficere poſsit ac debeat.

Si tunc Iudæus ad eiuſmodi adiurationem fatetur & dicit, eum librum eſſe: Chriſtianus, qui iuramentum ab illo requirit,aut is,qui ſuo nomine iuramentum illi defert , proponere tunc poteſt & prælegere hanc ſequentem quæſtionem & adhortationem,uidelicet, Iudæe, annuncio tibi uerè, quòd nos Chriſtiani adoramus unicum, omnipotentem, & uiuentem Deum,qui cœlum & terram omniaq; creauit,& quòd præter hunc, non Deum alium habemus, colimus, aut adoramus. Quod tibi ob hoc prædico, & hac de cauſa, ne putes excuſatum

tum

tum te coram Deo de periurio, ſi exiſtimes nos Chriſtianos in uera fide non eſſe, ac Deos alienos adorare, quod nequaꝗ̄ ſic eſt: ob id quoq; cùm Neſie aut Capitanei populi Iudaici debuerint ſeruare, quod iurauerant uiris ex Giffan, qui tamen Dijs alienis ſeruiebant, quātò magis debes nobis Chriſtianis, qui uiuentem ac omnipotentem Deum adoramus, præſtare & ſeruare uerum, & non fraudulentum iuramentum.

Quamobrem Iudæe abs te quæro, teq́; interrogo, an credas, Deo ignominiam atque blaſphemiam fieri, in hoc, ſi quis falsò iuret, & periurium faciat? tunc reſpondeat Iudæus, ſic.

Chriſtianus dicat, Iudæe te præterea interrogo, an deliberato animo, & abſque fraude ac dolo malo, unicum, uiuentem & omnipotentem Deum inuocare uelis in teſtem ueritatis, quòd in hac cauſa, ob quam tibi iuramentum imponitur, ueritatem dicere, nec ulla aliqua falſitate ſeu fraude uti uelis quouis modo? dicat Iudæus ita.

Quando hæc omnia facta ſunt, Iudæus dextram manum ſuam ad iuncturam uſque ponat in prædictum librum, præcipuè ſuper uerba legis ac præceptorum Dei, quæ uerba in Hebræo ſic ſonant: Loriſſa eſſchen Adonay eloecha Laſchall Kilo icnaqqe Adonay etaſcher iſſa etſchemo Laſcholt. Teutonicè: Ne efferr nomē Domini Dei tui uanè, quia non inſontem aut impunitum ſinet Dominus eum, qui effert nomen ſuum uanè.

Tunc quidem deſuper, & priuſquam Iudæus iuramentum perficit, Iudæus Chriſtianum, cui iuramentum præſtare debet, aut eius nomine eum, qui iuramentum defert, prǽloquentem his uerbis ſequatur:

Adonay, ſempiterne, omnipotens Deus, Dominus ſuper omnes Malachim, unicus Deus Patrum meorum, qui nobis ſanctum Torach dediſti, Inuoco te, & ſanctum nomen tuum Adonay, & tuam omnipotentiam, ut me adiuues confirmare iuramentum meum, quod iam facturus ſum. Et ſi iniuſtè aut fraudulenter iurauero, priuer omni gratia æterni Dei, ac imponantur mihi (atque in me recidant) omnes plagæ, pœnæ, & condemnationes, quas Deus condemnatis ac perditis Iudæis impoſuit, ac anima mea, corpusq́; nullam partem promiſsionum habeat, quas nobis fecit, nec quoque partem habeam in Meſsia, aut in promiſſa terra ſanctæ ac benedictæ Patriæ. *Forma iuramenti Iudæorum.*

Spondeo etiam ac teſtor æternum Deum Adonay, quòd non deſiderabo, petam, aut recipiam aliquam declarationem, inter-

interpretationem aut abſolutionem à quoquam Iudæo, alióue homine, ſi hoc meo iuramento nunc præſtando quenquam hominum fraudauero, fallamue. Amen.

Forma iuramenti Iudæorum.

Poſtea iuret Iudæus, & reſpondeat Chriſtiano præloquenti hoc iuramentum: Adonay Creator cœli & terræ, omniumq́ꝫ rerum, meus quoq; & hominum hic aſtantium, inuoco te, per ſanctum nomen tuum, hoc tempore, pro ueritate, pro qua N. me impetijt, ex hac uel illa cauſa, cui ob id, ac in eo nihil debeo aut obligor, nec ſum in hac cauſa ulla aliqua falſitate ſeu mendacio fraudeue uſus, ſed prout prædictum eſt, in principali cauſa, in debito, aut aliàs, quæcunq; cauſa fuerit: ſic uerum eſt, abſq́ꝫ omni fraude doloq;, & abſconſione. Ita oro me Deus Adonay adiuuet, & hanc ueritatem confirmet. Si uerò non rectè aut ueritatē dixi in hac cauſa, ſed aliqua falſitate aut fraude in eadem uſus fui, ſim ego Heram ac maledictus in æternum. Si uerò non rectè, aut iniuſtè ago in hac cauſa, recidat in me conſumatq; ignis, qui in Sodomam & Gomorrhā recidit, omnesq; maledictiones & plagæ quæ in Torach ſcriptæ ſunt: Nec me quoq; uerus Deus, qui folia & gramina, omniaq; alia creauit, unquam auxilio ſuo adiuuet, in quibuſcunq; rebus & neceſsitatibus meis. Si autem ueritatem ac rectè locutus ſum in hac cauſa, ita me adiuuet uerus Deus Adonay.

Libuit hoc loco iuſiurandum Hippocratis & Heliaſtarum ſubijcere: quia licet Ethnici illi fuerint, tamen formulæ ſunt elegantiſsimæ & honeſtiſsimæ.

IVSIVRANDVM HIPPOCRATIS.

TESTOR Apollinem medicum, & Aeſculapium, Hygiámque & Panacæum Aeſculapij filios, & Deos ac Deas omnes: me quantum in me erit, & quantum iudicium meum ualebit, hæc omnia obſeruaturū, quæ hoc iureiurando, atq; ijs tabellis continentur. Tributurum me præceptori meo, à quo hanc artem edoctus ſum, non minus quàm parenti, à quo ſum genitus: & uitam cum eo communicaturum, ac res omnes quas illi neceſſarias eſſe intelligam, pro uiribus meis miniſtraturum: Progeniem eius fratrum loco habiturum: hanc artem egentibus ſine mercede & ſine pactionibus edocturum: Præcepta omnia liberè & fideliter traditurum, meis & præceptoris mei liberis, cæterisq́ꝫ diſcipulis, qui ſe legibus medicinæ aſtrinxerint, atq; iurati fuerint, alij præterea nemini. In curandis ægrotis pro uiribus, et pro iudicio meo rebus utilibus uſurum, nemini ægritudinem dilaturum, nihil per iniuriam facturum. Rogatum letale uenenum nemini daturum, neq; id cuiquam conſulturum: neq; mulieri prægnanti ad interficiendum conceptum fœtum peſſum porrecturum: Vitam meam atq; artem meam puram atq; integram ſeruaturum. Laborantes lapillo haudquaquam exciſurum, ſed expertis huius artis hoc negocium permiſſurum: quamcunq; domum ingreſſus fuero duntaxat liberandis ægrotis operam daturum. Omnem iniuriam, omnem corruptelam, omne genus turpitudinis, res etiam uenereas ſponte mea euitaturum, ſiue muliebria corpora curauero, ſiue uirilia, ſiue hominis liberi,

ſiue

ſiue ſerui. Quæ inter curandum uel uidero uel audiero, uel etiam extra curam in uita hominum cognouero, quæ reticenda eſſe intelligam, nemini aperturum, ſed intemeratam taciturnitatem ſeruaturum. Præſens igitur iuſiurandum integrè atque incorruptè ſeruanti mihi, omnia tam in uita, quàm in arte mea proſpera feliciaq; ſuccedant, & gloria in æternum parata ſit: Tranſgredienti uerò atque periuro contraria omnia eueniant.

IVSIVRANDVM HELIASTARVM.

PRonunciabo ſecundum leges & decreta populi Athenienſis & Senatus quingentorum. Tyrannidem uerò, aut paucorum dominatum, mea ſententia non comprobabo, neque ſi quis populi Athenienſis libertatem oppreſſerit, aut quicquam contra hæc dixerit, aut decreuerit concedam, neque nouas tabulas priuatim, neque agrorum Athenienſium diuiſionem, neque ædium: neque exules reuocabò, neque capitis damnatos: neque eos qui manent, expellam contra leges receptas, & decreta populi Athenienſis & Senatus: neq; ipſe ego, neque alium ſinam, neq; Magiſtratum creabo, ut is imperet, antequã de alio geſto magiſtratu rationes retulerit, ſiue ſit nouemuir, ſiue Pontifex, ſiue quicunq; cum nouemuiris eodem die creantur, ſiue Præco, ſiue Legatus, ſiue Aſſeſſor: neque bis eundem magiſtratum, eundem uirum, neque binos magiſtratus eundem gerere ſinam eodem anno: nec accipiam munera propter Heliæam, uel ipſe ego, uel quiſquam alius mihi, uel alĳ me conſcio, non fraude, non machinatione ulla: & natus ſum annos non minus quàm triginta, & audiam tum accuſatorem, tum reum æquo animo ambos, & ſententiam de eo feram, quod eſt in controuerſia poſitum. Adiuro Iouem, Neptunum, Cererem, & ipſe mihi exitum imprecor, & familiæ meæ, ſi quid horum neglexero & uiolaro. Sin bona fide præſtitero, præclara mihi & bona multa eueniant.

IVSIVRANDVM ATTICVM.

NON faciam indigna ſacris armis, neque deſeram meum manipularem, cuicunque in acie adiunctus ero. Pugnabo autem pro templis, & pro diuinis ritibus, & ſolus & in multitudine. Patriam non deteriorem efficiam, ſed meliorem quàm accepi. Et ſemper obtemperabo modeſtè rebus iudicatis, & legibus poſitis obtemperabo, & ĳs quas communi conſenſu deinceps populus condet. Et ſi quis mutabit leges, aut non obtemperabit, non concedam. Ero autem propugnator & ſolus, & in multitudine, & patria ſacra colam. Dĳ ſunt teſtes horum dictorum.

FORMVLA IVRAMENTI VETEris *militiæ honeſtiſſima.*

IVRO Deo optimo maximo, quòd arma non dehoneſtabo, nec adſtantem, quiſquis is fuerit, ſocium relinquam. Pugnabo quoq; pro focis & aris ſolus, & cum multis. Patriam nec turbabo, nec prodam: nauigabo contra quamcùnque deſtinatus fuerim regionem, ſolennitates perpetuas obſeruabo, receptis conſuetudinibus parebo, & quaſcunque alias populus prudenter ſtatuerit, & ſi quis leges receptas ſuſtulerit, niſi comprobauerit, non permittam, tuebor deniq; & ſolus, & cum reliquis omnibus, atq; patria ſacra colam.

ITEM.

Iuramentum uerò Iudicum erat, ſe de illis rebus, de quibus leges habentur, ſecundũ eaſdem iudicaturos: de quibus autem leges nullæ ſunt, iuſtiſsimam laturos ſententiam &c.

IN PRAVOS ET MALIGNOS IVDICES

à Leone & Alexandro Diuis Principibus & Imperatoribus promulgata damnatio.

NON arbitramur ſanè quenquam eorum, qui iudicandi functionē ſunt ſortiti, eò leuitatis aut uanitatis abripi, ut neglectis propoſitis legibus, uel arbitrari, uel ſententias proferre auſint: ſed ſi quis eò ſocordiæ fuerit prolapſus, is legibus ſtatutam pœnam luet. Si uerò nos lateat, non latebit inſomnem oculum, ſed & malis imprecationibus id ſtabilire ac ſancire admodum ex re fore exiſtimauimus. Experiatur ergo ſibi hoſtem Deum, & omnes cœleſtes ei, ac incorporeæ poteſtates aduerſentur: excidat hac uita ante iuſtam ætatem: & iacturam quoq; futuræ uitæ faciat: Ignis deuoret fundamentum domus eius, ſemen eius ſit perpetuò in fame, & mea dicet panem: atque id ob hanc ſolùm cauſam, quòd legum libertatem per falſa ac deprauata iudicia ſeruituti ſubiecerit, ſeu ſeruam fecerit.

Finis primæ partis ordinationis Iudicij Cameræ.

SECVN-



SECVNDA PARS IMPERIALIS IVDICII CAMERAE

ordinationis, de poteſtate & Iuriſdictione Imperialis Iudicij Cameræ in prima inſtantia.

Primùm, de perſonis & cauſis, Imperio non immediatè, ſed alijs Iudicijs ſubiectis, quæ ad Cameræ tribunal in prima inſtantia non pertinent. Titulus 1.

1 INITIO ordinamus & ſtatuimus, ut omnes ſacro Imperio attinentes & ſubiecti, in ſuo ordinario iure patrio & Iuriſdictione (exceptis caſibus, qui ex ui huius noſtræ conſtitutionis ad Iudiciū Cameræ ſine me-
2 dio pertinent) relinquantur & perſiſtant: ita, ut quiſq; eo in Iudicio, in quo abſq; medio habitat, & ad quod idem pertinet, conueniatur, ita qui dem, ut ad interpellationem ac requiſitionē partis infra menſem ius ei aperiatur, ac procedatur ex ordine eiuſdem Iudicij pædanei, & conſuetudine, aliaq; in his fiant & ſeruentur, ſecundum cuiuſq; Principatus, Comitatus, Dominatus, et Magiſtratus ſeu ſuperioris laudabile inſtitutū, & uſum, ſeu con-
3 ſuetudinem. Debent autem nihilominus omnes poteſtates & Magiſtratus Eccleſiaſtici & ſeculares attentam habere curam atq; efficere, ut abuſus & errores Eccleſiaſticorum pariter & ſecularium Iudiciorum abrogentur, & in Iudicijs ſecundum Ius commune ordine & formaliter agatur & procedatur, nec alter alteri in ſuo Proceſſu & curſu ſit impedimento, ſed in ſuo
4 potius ordine unumquodq; Iudicium retineatur, ad multifaria incommoda, diſsidia, inconuenientia, ac nullitates Proceſſus inde emergentia, uitanda & præcauenda.

Suo Pretore quiſq; & iure ordinario utatur.

Intra Menſem Ius Actori aperiatur.

Eccleſiaſtica pariter et ſecularis Iudicia debēt emendari ac reformari.

Ordo Iudiciarius commendatur.

Iam & Imperiale tribunal noſtrum in prima inſtantia ſeu iuſtificatione non debet ad cuiuſq; requiſitionem, Citationem decernere ſeu concedere contra eos, qui Cæſareæ Maieſtati noſtræ, & Imperio abſq; medio non ſunt ſubiecti, ac aliàs ſu-
5 um ordinarium Iudicem habent. Et ſi quis præter hoc talem Citationem impetraret, ea quidem cum omnibus, quæ ſecuta fuerint, annihiletur, ac uelut inefficax & nullius momenti re-
6 ijciatur, niſi quis Pædaneum & inferius Iudicium ordinarium pro iuſtitia requiſiuiſſet, nec illi infra menſem interpellationis factæ iuſtitia adminiſtraretur, aut ſcienter recuſaretur, aut
7 fraudulenter differretur. In quo caſu is, cui denegatur aut prorogatur Iuſtitia, eiuſdem Iudicij Pædanei proximū Magiſtra

Citatio à non Iudice impetrata nihil ualet, ſed reijci debet.

Requirenti & interpellanti pro iuſtitia adminiſtranda, parendum eſt.

Is cui denegatur uel differtur iuſtitia conqueri

Id poteſt Iudicio Cameræ.

uum & Dominũ pro iuſtitia adminiſtranda interpellet requiſitatq; : & ſi ibi quoq;, ut decet æquumq; eſt, nihil impetrat, coram Cameræ Iudicio noſtro quærat proponatq;, ubi illi præſtabitur auxilium, eum in modum, ut infrà ſpeciali articulo, de denegata iuſtitia, commemorabitur.

DE perſonis et cauſis Imperio immediatè ſubiectis, nec in prima inſtantia ad tribunal Cameræ ſpectantibus.
Et primum:

Quomodo & coram quibus Iudicibus, Electores, Principes & his ſimiles mutuò ſeſe in Iure impetant. Tit. 2.

Speciales & compromiſſoria Iudicia ſunt ab hac ſanctione excepta.

ITEM in iuſtificatione Electorum, Principum, & ſimilium Eccleſiaſticorum & ciuilium, actionibus & impetitionibus mutuis, quas uel nunc
habent uel habituri ſunt, ita ſeruetur, Si qui ſpe- 1
cialia inter ſe, arbitrariaq; ſeu compromiſſoria Iudicia, aut peculiares iuſtificandi modos cõſtitutos habent; ijs ipſi, ex eorundem præſcripto, mutuò utantur. Si qui uerò
talia nulla habent, agens Elector, Princeps, aut ſimilis, Ele- 2
ctorem, Principem, aut huic ſimilem Eccleſiaſticum uel ſecularem, contra quem actionem ac petitionem prætendit, ſcripto requirat, eiq; actionem ac petitionem eo ſcripto denunciet, requirendo, ſe ob id illum in ius uocaturum eſſe.

Actio & petitio ſcripto eſt indicanda & proponenda.

Electoram & Principum inter ſeſe iuſtificatio & Proceſſus.

Ad quæ requiſitus Elector, Princeps, aut ſimilis, Eccleſia- 3
ſticus uel ſecularis, in quatuor ſeptimanis proximis poſt eiuſmodi requiſitionẽ Actori quatuor regentes, Electores, Principes aut ſimiles, ita, ut media eorum pars, alterave Eccleſiaſtica ſit, altera ſecularis, non ex una familia nati, nominatim indicabit, ex quibus Actor unum ſibi eligat in Iudicem, cui pe-
titum Electorem, Principem, aut ſimilem reum in quatuor ſe- 4
ptimanis poſt nuncupationem prædictam indifferenter certo ſcripto domi ſuæ inſinuet, ſignificetq;, ac eum quidem utrinque tunc in duobus ſeptimanis proximis pro ſuſcipienda cau-
ſa ac die dicenda rogent, quod ita idem acceptare ac proſe- 5
qui tenebitur, uti Imperialis Commiſſarius uigore ac ui commiſsionis, quam nos ceu Romanus Imperator hoc mediante
cuilibet factam datamq; eſſe uolumus. Idem quoq; delectus 6
Commiſſarius noſter maturè diem dicat, ad unam aliquam ci-
uitatum ſuarum uocando indifferenter, ſimulq; adiunctis ſibi 7
conſiliarijs ſuis non partialibus cauſam, prout de Iure, audiat atq; determinet: neutri tamen parti appellatione coram Im-
periali Cameræ Iudicio noſtro prærepta aut præcluſa, teno- 8
re arti-

Ex Electoribus aut Principibus quomodo Iudex uel Commiſſarius eligatur.

Commiſſionẽ dat Imperator his mediantibus.

Cõmiſſarius datus quid facere teneatur.

Conſiliarij Commiſſarij non ſint partiales.

Appellationis uia nemini precludenda. Clau-

re articuli, de appellationibus recipiendis, uel non, infrà poſi-
9 ti. Et ſi fortè delectus Commiſſarius ante obiret diem, quàm
cauſa determinaretur, Actor ex reliquis tribus nuncupatis E-
lectoribus, Principibus, aut ſimilibus alium deligat, qui & ſu-
ſcipere cauſam & proſequi tenebitur, tanquam Imperialis
Cōmiſſarius, iuxta prædictum articulum, ſuntq; coram hoc
producenda, quæ coram defuncto Electore, Principe, aut ſi-
mili Iudicialiter actitata fuere, ut in cauſa porrò agantur, ſi-
antq; ea, quæ de Iure fieri debebant.

ſula, appellatione remota, hic reijcitur.

Cōmiſſario priore defuncto alius ſurrogetur.

10 Ac dictorum quidem Commiſſariorum ſinguli, ſuo ordi-
ne, ſi ad ipſum res cauſaq; peruenerit, quàm maturiſsimè pro-
cedant, nec friuola fucataue exceptio aliqua locum habeat,
11 uel uſurpetur, præſentetur aut admittatur: Si reſpondens au-
tem ſeu Reus nominationem Electorum, Principum, aut ſi-
milium ſtatuto tempore non faceret, aut ea quæ ſuprà poſita
ſunt, ſequeretur, Actori ad petitionem coram Cameræ Iudi-
cio noſtro maturè reſpondebit, ſtabitq;.

Commiſſarij in cauſis maturè procedant, nec inanibus exceptionibus locum dent.

Tempore ſtatuto neglecto res deuoluitur ad Iudicium Cameræ.

Quomodo, & coram quo Iudice, Electores, Principes, & his ſimiles, Prælatos, Comites, Barones, nobiles, Imperio immediatè ſubiectos in ius uocent. Tit. 3.

1 ECONTRA Prælati, Comites, Barones, equi-
tes, alijue nobiles immediatè Imperio ſubiecti,
Electoribus, Principibus aut ſimilibus Iuri ſta-
būt ac reſpondebunt, hoc modo, ut agens Ele-
ctor, Princeps, aut ſimilis poſsit Commiſſarium
2 ſui ſtatus, non partialem, & qui ultra duodecim miliaria à re-
ſpondente ſeu Reo non diſtet, acquirere, coram quo ex ordi-
nationis tenore ſequente, uidelicet, quomodo Electores, Prin-
cipes & ſimiles petiti reiq; iuſtificentur, procedatur. Aut is
3 Elector, Princeps, aut ſimilis ab illis Prælatis, Comitibus, Do-
minis, equitibus, aut alijs nobilibus petat ſibi tres Electores,
Principes, aut ſimiles, qui, ut ſequetur, non partiales, nec ab A-
ctore ultra duodecim miliaria diſtent, nuncupetur, ex quibus
agens Elector, Princeps, aut ſimilis unum deligat, coram qui-
bus tenore ordinationis agere atq; procedere poſsit.

Electores & Principes quomodo ius ſuū proſequātur in Prælatos, Comites, Barones, & nobiles.

Cōmiſſarij qui & quomodo petantur ac requirantur.

Petiti Commiſſarij non ſint partiales.

Quomodo, & coram quo Iudice, Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles, & ciuitates, Electores, Principes, & ſimiles in ius uocent. Tit. 4.

PRIMVM, ſi Prælati, Comites, Domini, nobi-
les aut ciuitates, Electorem, Principem, aut ſimi-
lem, Eccleſiaſticum uel ſecularem in ius uocare
uoluerint, quacunq; de cauſa, Actor Electorem,

Coram nouem conſiliarijs Principum, quomodo ſit Iure agendum.

Principem, aut ſimilem prædictum requirat, ſibi ius coram
conſiliarijs ſuis dari diciq;, tunc proximo ſequenti Menſe re- 1
quiſitus Elector, Princeps, aut ſimilis coram ſuis conſiliarijs
in aula ſua, Actorem, indifferenter, pro Iure reddendo uocet,
ac eo in termino aut alio Iudiciali ſequente nouem ſuorũ con-
ſiliariorum in Curia ſua in Iure Iudices collocet, conſtituatq;,
ex nobilibus & doctis deſumpti indifferenter, ne tamen offi-
ciatus ille ſeu Amptmannus, qui in cauſa eadem contra Acto-
rem de facto egiſſet, pro Iudice locetur, aut conſideat. Ex qui- 2
bus nouenis conſiliarijs unus, quem Reus pro Iudice accepta-
re, pręſente Actore, aut ſuo Procuratore octo illis conſiliarijs
iuramentum deferat, & maior ſeniorq; ex octenis rurſus illi
iuramentum quoq; deferat, in eiuſmodi cauſa iuxta utriuſque
partis propoſita, & in quantum optimè intelligant ſe iuſtiti-
am adminiſtraturos, nullo propterea utentes dolo aut fraude,
nec cuiuſquam impedimenti reſpectu habito.

Tenor iuramenti nouẽ conſiliariorum, & formula.

Iuramentis reliquis liberentur & abſoluantur noueni conſiliarij.

Iidem noueni conſiliarij liberi quoque ab omni iuramen 3
to eſſe debent, in hac uel alia cauſa, quæ coram ipſis uentilan-
tur, quamdiu indeterminatæ aut non diſcuſſæ pependerint,
in quantum hæ ſtipulationes & iuramenta Iuri dicundo po-
terint eſſe remoræ aut impedimento. Agens quoque pars 4
coram conſiliarijs non reconueniatur, mutuòue impetatur:
Et Ius hoc quidem iudiciumq; ab ea Iuridica die, qua cœptum
& actio inſtituta eſt, medij anni ſpacio finiatur: niſi iuridicia-
li dilatione ac decreto prorogaretur, tamen intra annum ac
diem terminetur. Elector autem Reus, Princeps, aut ſimilis 5
Actori, & his quos ſecum indifferenter adducet, aut ſuo no-
mine mittet, ut Iuridicis diebus interſint, ac inde ad tuta ſua
loca & ſecura reuertantur, pacem publicam & ſaluum con-
ductum indifferenter ſcripto tranſmittere debebit.

Reconuentio hic non habet locum.

Saluus conductus detur à Reo contra ipſum agenti & ſuis ſcripto.

Violatori pacis publicæ nõ detur ſaluus conductus.

Neque tamen Actor quenquam ſecum ducat, aut mittat, 6
qui fractor eſſet ac uiolator Imperialis pacificationis noſtræ,
aut eiuſdem Electoris, Principis, aut ſimilis apertus hoſtis
aut offenſor. Quòd ſi uerò Elector, Princeps, aut ſimilis, Ec-
cleſiaſticus ſeu ſecularis coram ſuis conſiliarijs prædicto mo- 7
do ſe Iuri ſiſtere nollet, nec Actori, ut præfatur, iuſtitiam ad-
miniſtrare, permiſſum ſit Actori, eundem Electorem, Princi-
pem, & ſimilem coram Imperiali Cameræ Iudicio noſtro, ex
hac ordinatione Cameræ Iudicij impetere.

Actori denegata iuſtitia, aperitur Cameræ Iudicium.

Contentio inter Status Imperij, huius ordinationis ergò.

Cumq; Prælati, Comites, Domini, nobiles, & ciuitates de 8
hac iuſtificatione erga Electores, Principes, & ſimiles grauiter
conqueſti ſint, tanquam ex eo non expeditum Ius conſecutu-

ri, ac

riꝫac ideo pro ordinatione ac conſtitutione æqui ac maturi Iuris uehementer inſtiterint & petierint.

9 Electores autem & Principes quanquam iſti iam pridem conſtitutæ ordinationi adminiſtrandi Iuris, ſuęq; libertati cedere, nonnihil grauabantur: ne tamen pro eo habeantur, tanquam Ius fugiant uitentue, præiudicium contra alios quærentes, aut ſubterfugia, condeſcenderunt in hanc cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordine, & ciuitatibus agendi Iuris adminiſtrandiq; ſententiam, ſicq; mutuò concordarunt, ut ſequetur. *Electores & Principes ſubmittunt ſe huic conſtitutioni, ut ſequitur.*

10 *Octo modi & articuli ab Electoribus et Principibus ſequentes admiſſi & recepti.*

11 Primùm, ut articulus de nouem conſiliarijs, uelut præponitur, maneat, locumq; habeat, hoc annexo, ut ex ijs conſiliarijs nouenis, ad minus quinq; ſint nobiles. *Inter nouenos conſiliarios quinq; ſint nobiles.*

12 Secundò, ſicubi agenti parti non placeret coram tot conſiliarijs agere, ut ex illis nouenis, ſeptem, aut quinq; eligantur, qui ſecundum memoratam ordinationem, ut nouem illi agendi decernendiq; habeant poteſtatem. *Ex nouenis pauciores eligi poſſunt eandem poteſtatem habentes.*

13 Electores, Principes, & ſimiles in memoratis duobus caſibus, ſuis conſiliarijs expenſas ſoluere teneantur. *Impenſas Principes ipſi ſoluant ſuis cōſiliarijs.*

14 Tertiò, Elector, Princeps aut ſimilis, tres Principes non partiales nominare poteſt, ex quibus Actor unum eligendi poteſtatem habeat, qui prædicto factę ordinationis tenore procedat quoq; & decernat. *Nominatio trium Principum, ex quibus Actor unum eligere poteſt.*

15 Quartò, Etſi in eo Electores & Principes grauatos ſe prætendebant, tamen agenti parti permiſſum ſit, Commiſſarium non partialem, qui ad minus eminentis Prælati ſtatus ſit, aut Comes, à nobis, ſi in Imperio fuerimus, aut abſentibus nobis, à dilecto fratre noſtro Romanorum Rege, petere & impetrare, coram quo, tenore prædictæ ordinationis, procedatur. *Agens Commiſſarium non partialem nominare poteſt.*

16 Quintò, Actor reo nouem honeſtas, non infames perſonas indicet, ex quibus Actor binas, econtrario Reus, ſi Elector, Princeps, aut ſimilis, fuerit, nouem è ſuis conſiliarijs, aut alijs nominet, ex quibus Actor tres eligat, qui quini in cauſa (tenore ordinationis de nouenis conſiliarijs præmonſtrato) Iure procedendi poteſtatem habeant. *Quini utrinq; dati iudicent inter Actorem et Reum.*

17 Sextò, Actor debet ac poteſt binos non partiales honeſtos uiros, ſimiliter reus Elector, Princeps, aut ſimilis, binos quoq; è ſuis conſiliarijs, aut alios aptos, ut ſuprà ponitur, ordinare, coram quibus in prima inſtantia, tenore prædictę ordinationis, agatur ac procedatur. Et ſi qua ijdem quaterni in ferenda ſententia differentes ſeu diſcordes fuerint, nec de ſuperiori, aut uiro bono ex partium conſenſu inuicem ſeſe unire poſ- *Bini utrinq; dati iudicandi habeant poteſtatem.*

Superior aut uir bonus quando & à quo dandus.

ſent: tunc quidem nos, aut nobis abſentibus, dilectus frater 18
noſter Romanorum Rex, ad utriuſq;, aut etiam alterius partis
petitionem & requiſitionem, ſuperiorem uirum bonum, non

Viri boni officiū in arbitrando ſeu iudicādo.

partialem dare ac ordinare debebimus: qui cui parti accedet, 19
aut ſi ex grauibus cauſis ac ſalua conſcientia id facere nō poſ-

Cicero. In iuſtitia uirtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni uiri nominantur.

ſet, ſingulariter quicquid ſibi ex ſcientia & conſcientia iuſtum
& æquum uiſum fuerit, pronunciet, atq; decernat, ita tamen,
ut utraq; partium binos actus ſeu producta ſuis ipſorum ex- 20

Vir bonus cōmunibus litigātiū impēſis cauſam cognoſcit & iudicat.

penſis, & ſuperior, uir bonus communibus partium ſumpti-
bus negocium perficiat.

Quini conſiliarij dati nouenorum poteſtatem habeant.

Septimò, debet ac poteſt Actor ex Rei Electoris, Principis, 21
aut ſimilis conſiliarijs, quinos eligere, qui uigore ac ui prædi-
ctæ ordinationis nouem eorum conſiliariorum, pronuncian-
di ac decernendi poteſtatem habeant: Attamen ut Reus ante-
quam Actor eos quinos (ut dictum eſt) eligat, binos aut ter-
nos de ſuis conſiliarijs, quibus in eadem cauſa uti uult, deli-
gendi habeat poteſtatem.

Defectus conſiliariorū numerus quomodo ſuppleatur.

Si uerò Elector, Princeps, aut huic ſimilis non tantum con 22
ſiliariorum in Curia ſua haberet, Actor ex Rei Officiatis, Ad-
uocatis, negociorum geſtoribus, Vaſallis, nobilibus, reliquū
numerum ſupplere debebit.

Inter nouenos conſiliarios datos, quinq; ſint nobiles.

Octauò, debet ac poteſt Elector, Princeps, aut ſimilis no- 23
uem conſiliarios, ex quibus ad minus quinq; nobiles ſint, no-
minare ac ſeſsioni dare. Coram quibus nouenis cauſa princi 24

Quaterna ſcripta, non amplius, utrique parti concedantur.

palis & executio in prima inſtantia audiatur, & in ſcriptis,
quorum utraq; pars non plusquàm quaterna faciat, agatur:
Eaq; ſcripta de quatuor ſeptimanis, ad alias quatuor ſeptima-
nas duplicata producantur, & ad ſummum in tertio ſcripto
omnia ea quæ parti neceſſaria ſunt, exceptiones quoq;, impu-
gnationes, & quicquid pro Iure ſuo ac defenſione facere ar-
bitretur, ingeratur. Quarto autem ſcripto utrinq; concluda- 25

Quid in tertio et quarto ſcripto agendum.

tur, nec in eo quarto ſcripto ac ultimo utrinq;, noui aliquid in-
geratur. Si qua uerò Iudices in eo quarto ſcripto ex ſeſe cenſe-
rent, æquumq; putarent Actori ignoranti, nec in prioribus
ſcriptis ea quæ haberet neceſſe, proponenti, non eſſe præiu-
dicandum ea nouitate rei in ultimum ſcriptum reſeruata, non

Prorogatio terminorū ad producendum ſcripturas, quando facienda.

pronuncient. Quod ſi uerò Actori ob itineris longitudinem 26
prædictum tempus ad producendum ſcripta ſua anguſtum
foret, Reus ad petitionem Actoris adhuc quatuordecim dies
ad quamlibet illorum productionem concedat. Tum & ſi

Quando teſtes producendi ſunt, poteſt utrumque Commiſſarius eligi.

altera partium neceſſe habet teſtes producere, petatq;, ij per 27
Commiſſarium utrinq; electum examinentur. Atqui ſi partes 28

Examinator et Scriba utrinq; dari poſſunt & eligi.

in eligendo Commiſſario ſeſe non unierint, utraq; pars exa-
minatorem

minatorem ſimul cum ſcriba ordinet, qui eiuſmodi atteſtatio-
29 nes recipiendi, audiendiq́ facultatem habeant. Et ſi ita altera
pars ſua teſtimonia uel atteſtationes producit, utraq; partiũ
pro defenſione aſſertioneq́; ſuarum productarum atteſtatio-
num, ſeu teſtium excipiendi ac replicandi quatuor hebdoma-
darum proximarum, & non ultra ſpacium habeat, communi-
catis utrinq; antigraphis ſeu copijs, ac ſic deniq́ concluſum ſit
finaliter. Vtroq; autem hoc caſu maior ac ſenior inter nomi-
natos rei & conuenti Electoris, Principis, aut ſimilis, præſente
30 Actore aut ſuo Procuratore, de quolibet iſtorum octenorum
conſiliariorum, & quidem maior ac ſenior inter octenos illos
conſiliarios reciprocè iuramentum exigant præſtentq́;, in hac
uidelicet cauſa iuxta cuiuſq; partis propoſita, & prout opti-
me ſentiat atq; intelligat, pronunciet ac iudicet, nulla fraude
doloue utens, nec quidq́ impedire ſeſe permittens.
31 Iiſdem nouenis conſiliarijs quoq; ſua iuramenta per Reum
in hac cauſa aut cauſis, quę coram ipſis in Iure uertunt̃, quam-
diu indiſcuſſæ pependerint, remittantur, & ab illis liberi ma-
neant, in quantum ea iuramenta ſeu ſtipulationes Iuri dicun-
do fuerint remoræ aut impedimento.
32 Quòd ſi partes quidem in productione teſtiũ, ut præmitti-
tur, pro Commiſſario habendo, ſi non concordare poſſent,
utriuſq; partis ordinati, auditor & Scriba, ſenioribus prædi-
ctorum nouenorum conſiliariorum ſtipulentur ac iurent, ut
ſequitur, uidelicet, ut in examine horum teſtimoniorum neu-
trales ſint, neutræ partium præiudicent, ſed hanc atteſtationẽ
fideliter ac diligenter audituri atq́ conſignaturi, nec aliquem
33 teſtiũ in ſua teſtificatione impediant. Tum & huiuſmodi teſti-
um dicta neutri partiũ manifeſtent, quin potius clàm & ſecre-
tò eſſe uelint: et prædictis nouenis cõſiliarijs, ut Iudicibus, ſub
ipſorum, nempe duorum examinatorum, ſigillis obſignata
tranſmittant, ſine fraude. Actor quoq;, ſi Prelatus, Comes, Ba-
ro, eques, nobilis, aut ciuitas exiſtit, ut dictũ eſt, in his duobus
34 precedentibus articulis, Electori, Principi, aut ſimili, ut reis ad
eorum reconuentionem, ſeu mutuam petitionem nõ teneatur:
Verùm & prioribus articulis reconuentio locum habeat.
Vt uiſum fuerit atq́ placuerit agenti parti, ex prædictis o-
ctenis uijs unã poteſt eligere, quamcunq; uoluerit, eã Elector,
Princeps, aut ſimilis acceptare ac ſequi debebit, tenebiturq́.
Et hæ quidẽ formulæ iuſtificationis Prælatorũ, Comitum,
Dominorum, nobiliũ, et ciuitatum omnimodo, ut ſuprà con-
ſtitutum eſt, locum etiam habeant in ciuibus, ruſticis, & alijs
ſubditis contra Principes, & ſimiles, atq́ (ut prædictum eſt)
ſeruentur.

Atteſtationum exceptiones & replicationes intra quod tempus utrinq; dentur uſq; ad concluſionem.

Tenor iuramenti octenorum conſiliariorum.

Remiſſio iuramentorũ conſiliariorum.

Forma iuramenti nouenorum conſiliariorum.

Teſtium dicta obſignentur & recitentur.

Reconuentio quando locum habet.

Quomodo & coram quibus Iudicibus Prælati, Comites, Barones & nobiles, Imperio immediatè ſubditi, inuicem in Iure conueniri debeant. Tit. 5.

Reus tres Principes nominatim indicat, ex quibus Actor unum eligit.

EX CONTRARIO ſi Prælatus, Comes, Dominus, nobilis aut cliens ſeu uaſallus aduerſus Prælatum, Comitem, Dominum, nobilem, aut alium nobilem immediatè Imperio ſubditũ, actionem & petitionem habet, Reus tenebitur ad Actoris requiſitionem & inſinuationem tres Electores, Principes aut ſimiles non partiales, nec ultra duodecim miliaria diſtantes nominare, ex quibus Actor unum eligat, qui conueniente loco diem dicat, cauſam cognoſcendi audiendiq́;, & ex ordinatione (quemadmodum ſuprà proximo articulo in uerſiculo incipiente, Tertiò, ut Elector &c. conſtitutum eſt) agat atq; procedat. 1

Commiſſarius non partialis ab Imperatore uel Rege impetrandus.

Aut ſi id quidem acceptare nollet, Commiſſarium non partialem à nobis, ſi in Imperio erimus, aut abſentibus nobis, à dilecto fratre noſtro Romanorum Rege impetrabit, coram quo ſecundum prædictam ordinationem, quo modo Electores, Principes, & ſimiles in Ius uocentur, conſtitutum eſt, procedatur. 2

Imperio non immediatè ſubiectus coram Iudice ſuo ſtabit Iuri.

Aliàs Imperio non immediatè, ſed alijs dominis ſubiectus, aut ijs de cauſis, quæ Electoris, Principis, aut Domini cuiuſdam Iuriſdictioni abſq; medio ſubiectæ ſunt, ſub ordinario ſuo Iudice, ui & tenore ordinationis permanere ac ſtare Iuri debet. 3

Quomodo in expendendo aut ſumptibus conſidentium conſiliariorum, in ſaluo conductu partium, appellationibus & alijs ſeruari debeat. Tit. 6.

Appellandi facultas ſeu poteſtas libera utrique parti conceditur.

IN omnibus prædictis articulis utriq; partium ad Imperiale tribunal Cameræ appellandi facultas data ſit, prout in præmiſſa ordinatione nouenorum conſiliariorum, aliasq; continetur, ac cuiq; Imperio ſubdito permiſſum eſt. 1

Noua ſi proponenda fuerint, per iuramentũ fiat.

Vbi autem ſic à latis ſententijs ad Iudicium Cameræ appellatur, coram eodem Iudicio Cameræ noua nulla proponantur aut producantur, niſi à partibus per iuramentum, quod Iudici Cameræ ipſæ, aut ſui legitimi Procuratores faciant, obtenuerint, quòd iſta in prima inſtantia neſciuerint, aut non potuerint exhibere ſeu producere, quodq́; exiſtimet, hæc noua producenda ad obtinendum Ius ſuũ conferre. Et ſic quidem in omnibus prædictis iuſtificationibus primæ & ſecundæ inſtantiæ procedatur, agatur, & ſeruetur, ut antè de petitis Principibus reis conſtitutum eſt. 2

3 Electores Principes,& ſimiles conſiliarios ſuos eò promouant quoq;,ut ſe de cauſa ut præfatur, intromittant, atq; in
4 ea decernant,idq; impenſis ac ſumptibus ſuis. Adhæc Actores,et quos ſecum indifferenter adducunt,pace publica & ſaluo conductu quantum opus eſt tueri debent. Tamen ſuo ſibi cuilibet Electori,Principi aut ſimili,etiam Prælatis, Comi-
5 tibus,Baronibus,equitibus,aliiſq; nobilibus, ſicubi ſpecialia pacta,conuenta,conſuetudines,aut uſus cum ſuis nobilibus ſubditis & incolis conſtitutos habeant,iure, extra prædictos articulos,ſaluo ac integro.

Impenſis Principum, conſiliarij, cauſas diſceptent ac iudicent.

Actores & ſui mandatarij ſaluo conductu prouideantur ac defendantur.

Iure quiſq; ſuo ſaluo cum ſuis agere poteſt.

Quomodo pro Principatibus & Comitatibus &c. in Iure agatur. Tit. 7.

1 SI quæ cauſæ inciderēt,principatus, Ducatus,Comitatus &c. concernentes,qui ab Imperio infeudantur,& ab altera parte mediante Iure auferentur per diffinitiuam,Horum ſententiam nobis,aut ſi abſentes erimus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, citra tamen aliarum cauſarum huius ordinationis præiudicium,reſeruatam uolumus,nec eas quidem extra Imperiū Teutonicæ nationis trahentes.

Cauſe principatuum Imperatori & Regi reſeruantur in Imperio iuſtificande.

Quomodo, & coram quo Iudice ſpoliorum cauſa, communem & publicam pacem non lædentia,agatur. Tit. 8.

1 QVANDOQVIDEM communium ac leuium ſpoliorum ergò,quæ non ui, uiolentóue facto,ſed tamen contra Ius fiunt, nec Imperiali pacificationi,eiúſue pœnis aut cohertionibus ſunt ſubiecta,multijugi errores contentionesq; ſacro in Imperio contingere poſſent,Electores, Principes, & communes Status,ac abſentium nuncij,conſiliarij,& Legati,rectè
2 in memoriam reuocarunt pro conſeruatione firmæ pacis & æqui Iuris maximoperè neceſſarium fore,ſpoliatis in eiuſmodi caſibus maturè iuſtitiam adminiſtrari, ut ſi qua immeritò ſpoliati eſſent,protinus ſua recuperarent, prout iſta in communi ſcripto Iure ſalubriter prouiſa ſunt.
3 Ad promouendam igitur prouehendamq; æquitatem ac celerem iuſtitiæ adminiſtrationē,Electores,Principes,et ſimiles, Prælati,Comites,Barones,Domini,& ciuitates, nobis hono-
4 rificè iuxtà ac humiliter gratificantes,modos eos ac formulas iuſtificationum,qualiter eæ in Imperij & hac Iudicij Cameræ ſanctione propter ipſos conſtitutæ ſunt,in his cauſis cōmunia & leuia ſpolia concernentibus,aliquatenus ſuſceperunt,eaq; aliquantò arctius contraxerunt,& æqua cōpaſsione erga ſpoliatos

De ſpolijs & ſpoliatis præter publicæ pacis uiolationem leſionemq; factis.

Spoliatis maturè adminiſtranda eſt iuſtitia.

Aequitas promouenda eſt matura iuſtitiæ adminiſtratione.

Modi ac formulæ iuſtificationū in cauſis ſpolijs in ſequētibus deſcribuntur.

De communibus ac leuibus ſpolijs.

liatos eiuſmodi iuſtificationum modos formulaſq; cò dirèxerunt, ut ſpoliatus æquo Iuris auxilio ad iuſtam reſtitutionem ſuorum maturè peruenire poſsit, ut ſequitur.

Omnes ſpoliati agere poſſunt, ſublimes ac infimi.

Sic deinceps aliquis Elector, Princeps, aut ſimilis Imperio im 5 mediatè ſubiectus, alium quempiam Eccleſiaſticum aut ſecularem Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Dominum, nobilem, ciuitatem, ciuem, aut colonum: Aut ſi quis Elector, Princeps, aut ſimilis, alterius Electoris, Principis, aut Status ſubditos, aut quempiam ſuorum ſubditorum ſub ſe ipſo habitantium, ſiue Eccleſiaſticus ſiue ſecularis ingenuus, aut non ingenuus, nobilis aut non nobilis fuerit, in aliquo bonorum ſuorum, qualicunq; nomine uocetur, nullo excepto, aut poſſeſsione ſua ſpoliauerit aut priuauerit.

Matura ſit ſpolij expeditio.

Spoliatus Elector, Princeps, aut ſimilis Principi, cõtra ſpo 6 liatorem, ſicubi ſuiſtatus fuerit, ea iuſtitiæ conſequendæ forma modoq;, inter Electores, Principes aut ſimiles iuxta Imperij ordinationem facto, utantur: matura tamen eiuſmodi expeditione ac determinatione, uelut infrà recenſebitur & commemorabitur. Si autem ſpoliatus fuerit Prælatus, Comes, Baro, nobilis, ciuitas, ciuis, ruſticus, aut ſubditus Eccleſiaſticus ſiue ſecularis, poteſtatem habeat formulam unam earum, quas Electores, Principes, & ſimiles Principi, ut præferuntur, contra Comites & nobilitatem ſuſceperunt, ſuo arbitratu eligendi: Quam uiam etiam Electori, Principi, aut ſimili, à 7 quo præmiſſo modo ſpoliatus eſſet, clarè ac differenter indicare ac petere debet, ſibi ſecundum eam electam uiam modumq; nouenos illos cõſiliarios, aut electas ordinataſue perſonas unà cum conſiliarijs dari, ac ſeſsioni collocari.

Noueni conſiliarij dandi, ut ſuprà conſtitutum eſt.

Idẽ Elector, Princeps, aut huic ſimilis tenebitur, infra menſem proximè ſequentẽ, aut ſi legitima impedimẽta haberet, ad ſummum infra ſex ſeptimanas, poſtquam ab Actore requiſitus eſt. Actori nouenos ſuos alióſue conſiliarios, aut delectas ordinataſue perſonas ſimul cum conſiliarijs iuxta uiam formamq; ab Actore propoſitam ſeſsioni collocare; ita quidem ut Actor Iudicium iuſtificationemq; ſuam infra menſis aut ſex ſeptimanarum ſpacium, ut ſuprà memoratum eſt, poſtq̃ ſpoliantem requiſiuit, per obtentionem conſuetæ Citationis inchoare, ac deſuper procedere poſsit, prout de Iure.

Aduocatos & Procuratores parti genti dabit de ſuis Reus Princeps.

Quòd ſi Actor Aduocatos & Procuratores ſibi acquirere, 8 aut ob tenuitatem facultatum aliunde ſecum adducere non poſſet, Elector, Princeps, aut principi ſimilis, Actori ad requiſitionem eius, idoneas, prudentes, eruditas perſonas ſub Electore, Principe, aut ſimili habitantes ad inſeruiendũ pro æquo & mediocri

9 et mediocri ſalario compellat,aut ſicubi paupertatem iuraret,
prout de Iure fideliter aduocandum, procurandum & inſer-
10 uiendum,ut decet.Quibus & Elector,Princeps,aut ſimilis iu
ramenta ſua hoc caſu remittere debet.

Paupertatem iurans ao get ſuper ſpolio.

Remißio iuramenti con ſiliariorum Principum.

11 Confidentes uerò, in eiuſmodi cauſis communia ſpolia
concernentibus,ſummariè ſecundum Iuris ordinem proce-
dant, & Iudicij iuſtificationiſq; concluſionem maturent, ut
Actor infra anni ſpacium, ab eo dum illis coram in Iudicio
12 cauſa cœpit pendere,finem,& ſententiam diffinitiuam abſq;
omni impedimento & remora conſequatur.

Summariè procedendū in cauſis ſpoliorum.

Intra anni ſpaciū cauſa ſpolij finietur.

13 Quòd ſi autem Actor ſpoliantem requirat, uigore ac ui
prædictarum uiarum ac iuſtificationum, tres non partiales
Principes nuncupandos, ex quibus unum ſibi Iudicem deli
gat,ei Elector,Princeps,aut ſimilis Principi, ſuper eo requiſi-
tus,abſq; recuſatione pareat,& Actori tres non partiales Prin
cipes,iuxta prædictam ordinationem,proponat,ac cū,quem
Actor eliget,infra quatuordecim dies poſt eiuſmodi electio-
14 nem requirat ad cauſam inſe recipiendam. In quo caſu,aut ſi-
cubi Actor tenore iam dictæ ordinationis, Cōmiſſarium na
ctus eſſet,quod & ipſum ſibi liceat, tenebitur delectus Prin-
ceps aut Commiſſarius, Actori ad requiſitionem eius infra
menſis ſpacium Citationem decernere,cauſam Iuri adhærere,
eiq;, ut prædictum eſt,infra anni ſpacium pro finali determi-
natione auxilio eſſe.

Requirenti parendum eſt in tribus Principibus proponendis non partialibus.

Electus Princeps aut Cōmiſſarius intra menſem tenetur decernere Citationem.

15 Si & diffinitiua pro Actore contra Reum lata,& ab ea or-
dinario more non appellatum fuerit,nec Actor infra tempus
Iudicij Cameræ ordinationis uigore ſententiæ reſtitueretur,
tunc ad interpellationem Actoris uictoris per Imperiale Iu-
dicium noſtrum Cameræ ad iuſtam executionem memoratæ
ſententiæ procedatur,agaturq;,Actoriq; auxilium præſtetur
omnimodo, ac ſi eadem ſententia in dicto Cameræ Iudicio
noſtro lata,promulgataq; eſſet.

Victor non interpoſita appellatione ad executionem latæ ſententiæ procedat.

16 Verùm ubi reus Elector, Princeps, aut Principi ſimilis, in
ſententia ſuccubuerit,& ab ea ordinario modo,prout de Iure
prouocauerit,appellationem ſuam in tribus menſibus à tem-
pore ordinariè interpoſitæ appellationis computandis, Iudi-
cio Cameræ inſinuare,adhærentemq; facere debebit, nec ap-
pellanti in ea ſecunda inſtantia noui quicq; proponendi facul
tas concedatur, niſi præſtiterit iuramentum,propterea huic
Cameræ Iudicij ordinationi noſtræ ad ſpedictas iuſtitię for-
mulas annexum & expreſſum, quin per dictum Cameræ Iu-
dicium maturè & abſq; remoratione procedatur.

Noui proponendi nulla facultas abſq; iuramento concedatur.

17 Si autem prima in inſtantia contra Actorem pro reo pro-

Appellandi ad tribunal

Cameræ poteſtas ſit.

In trimeſtri ſpacio inſinuanda eſt appellatio.

nunciaretur, Actori ad Cameræ Iudicium, prout Iuris eſt, appellandi, ſuamq́; appellationem proſequendi, libera poteſtas ſit, ubi quoque maturè & abſque ceſſatione cauſa expediatur. Similiter tamen ſuam appellationem, ut prædictum eſt, in tri- 18
bus menſibus inſinuare, ac pendentem facere debebit.

Cauſa ſimplicis ſpoliationis, quando ad Cameræ Iudicium deuoluitur.

Quòd ſi uerò contingeret, ut ſpolians Actori nouenos, aut alios conſiliarios, ſeu electas, ordinataſue perſonas unà cum conſiliarijs intra mēnſis ſpacium, aut caſu legitimorum impedimentorum in ſex ſeptimanis ad ſummum, uti memoratum eſt, non ſiſteret atq; ſeſsioni daret: aut ſi delectus Princeps, aut impetratus Commiſſarius Actori ad ſuam requiſitionem in menſis tempore Citationem non decerneret, quò Actor ſtatuto eo tempore actionē ſuam inchoare poſſet: Aut ſi requiſitus Elector, Princeps, aut Status, Actori tres non par tiales Principes protinus non nominaret: uel Actori ad eius interpellationem nullos Aduocatos ac Procuratores com- 19
pelleret, tunc cauſa quidem ſimplicis ſpoliationis, uti præfatur, mox ipſo Iure ad Imperiale Cameræ Iudicium noſtrum deuoluta ſit, & Actori ad ſuam requiſitionem Citatio decerni, contraq́; ſpoliantem, qui in memorato Iudicio noſtro Cameræ, hoc caſu, Iuri ſtare tenetur, maturè & prout de Iure procedi debebit.

Quando reaſſumenda eſt cauſa ſpolij.

Similiter ſi eueniret, ut noueni conſiliarij, aut electæ ſeu ordinatæ perſonæ unà cum conſiliarijs, aut impetratus Commiſſarius uel delectus Princeps Actori infra anni ſpacium, poſteaquam appenſa Iuri cauſa eſt, ad finalem declarationem & diffinitiuam ſententiam non perduceretur, anno elapſo cauſa denuò Imperiali noſtro Iudicio Cameræ ipſo Iure deuoluta ſit, & ad requiſitionem Actoris per dictum Imperiale Iudicium noſtrum Cameræ eo in ſtatu, quo prius quàm coram confidentibus, aut impetrato Commiſſario aut delecto Principe cœpta fuerat, reaſſumi debebit. Confidentes quo- 20
que, aut Commiſſarius, aut delectus Princeps teneantur, ad interpellationem Actoris omnia Iudicialia acta in ſex hebdomadibus ad ſummum edere ſpoliantis impenſis.

Contra moras nectentem compulſoriales decernantur.

Properè ac celeriter in ſpoliationū cauſis procedendum.

Vbi uerò in his moras necterent, Imperiale noſtrum Iudi- 21
cium Cameræ compulſoriales decernat, ſubq́; pœnis Iuris compellat ad eiuſmodi Actorum editionem, ut ſuprà dictum eſt, porroq́; maturè procedat, ne Actor in longum remore- 22
tur, quin potius maturam iuſtitiam conſequatur, prout in eiuſmodi ſpolij caſibus ac priuationibus æquum & iuſtum eſt.

Cæterùm

Cæterùm,ſi Prælatus,Comes,aut nobilis quiſpiam Imperio immediatè ſubiectus,Electorem,aut Principi parem,Eccleſiaſticum uel ſecularem,aliúmue Prælatum,Comitem aut nobilem,Imperio quoque abſq; medio ſubiectum,ſuis rebus boniſue abſq; ui,communiſq; publicæ pacis uiolatione pri-
23 uaret,ſpoliaretue: Actor ſpoliantē Iure cōuenire poteſt, ac ea Iudicij iuſtificationiſq; formula uti,quā Imperialis ordinatio *Actor ſpoliatū autem iure conuenire poteſt.*
24 conſtitutioq; memoratis Electoribus,Principibus,et ſimilibus contra Prælatos,Comites,& nobiles:& Prælatis,Comitibus atq; nobilibus reciprocè ac mutuò differenter præſcribit. Proceſſus tamen omni modo inſtituatur, maturè item procedatur,actoriq; infra annum expeditio fiat: aut ob moram cauſa ad Imperiale Iudicium Cameræ deuoluatur,quemadmodum de his ad longum hic ordinatum eſt,& conſtitutum. *Quā formula ſpoliatus uti poſſit.*

25 Si qua uerò inter Electoris,Principis aut Status cuiuſquam ſubditos, ſub quibus utraque partium habitarent : aut inter ſubditos, quorum Actor ſub uno, Reus uerò ſub alio Electore,Principe,aut Statu habitaret,lites & cōtrouerſiæ emergerent, dictorum ſimplicium ac leuium ſpoliationum gratia nullam pacis uiolationem habentium, eæ in prima inſtantia coram ordinarijs Iudicijs determinari & expediri debebunt,prout de Iure. *Simplicium ſpoliorum cauſæ coram ordinarijs iudicibus explicentur.*

26 Si quis ante hoc tempus ſpoliatus,& nondum reſtitutus eſt, ſiue ſit in publicæ pacis læſionibus, aut generalibus leuibus ſpolijs,ei prærogatum nihil,ſed reſeruatum ſit,actionem ſuam & reſtitutionem debito more modoq; petere ac terminare,reſeruata tamen reo defenſione & exceptione ſua. *Spoliatis ante hanc conſtitutionem nihil præiudicatur.*

DE perſonis et cauſis,quæ ſua natura ac proprietate,non attento eo,an immediatè aut abſq; medio, Imperio ſint ſubiectæ,in prima inſtantia ad Imperiale Iudicium Cameræ pertinent. Et primum:

Vide D. Mynſingeri Obſeruat. 29. Cent. 2. Vbi & conſtitutionem pacis publicæ citat, tit. 11. fol. 8.

Quòd ob tranſgreſſionem Imperialis pacificationis coram Iudicio Cameræ agi poſſit. Tit. 9.

1 POSTEAQVAM antea quoq; in Conuentu noſtro Vuormatiæ, Anno uiceſimo primo celebrato, matura deliberatione habita, unanimiq; conſilio noſtrorum et Imperij Electorum Principum & Statuum generalem & cōmunem publicæ pacis conſtitutionem fecerimus ſub magnis quidē & grauibus pœnis, eamq; poſtea ſequentibus, & præſertim in his Comitijs Auguſte, quibuſdam neceſſarijs additionibus & declarationibus *Publicæ pacis Vuormatiæ facta conſtitutio, Anno 1521.*

ampliauerimus ac declarauerimus, modo eiuſdem conſtituti-onis publicæ tranquillitatis prioribus noſtris & Imperij Receſsibus, ac huic quoq; inſertæ, expreſſo. Vt ig tur eadem firmiter teneatur & exequatur conſtitutio, neceſſariam quoque prouiſionem cautionemq; fecimus, quo modo contra fractores, uiolatores, & tranſgreſſores illius, non ſolùm in recenti facto per defenſionem, uerùm etiam per denunciationem, declarationem, & extorſionem pœnarum, aliasq; agi & procedi debeat, omni modo prout ſequetur, uidelicet,

Publicæ pacis læſio quo modo fiat.

Si quis ſublimis aut humilis ſecularis ſtatus, quicunq; is illi- 2
ue, unus an plures fuerint, contra unum pluresue articulos in memorata ſtipulataq; noſtra publica pacificatione poſitos egerit, feceritue, aut agere facereue quid conatus fuerit: aut ordinationem ac obligationem dictæ noſtræ publicæ pacificationis in uno aut alio articulo contempſerit, ei non paruerit, aut pareri operam dederit, effeceritq;, ſed in eo deſes, ſupinus, uecors, ignauus & negligens comperiatur, is illiq; & facto & Iure in pœnas uiolatæ pacis, præcipuè in noſtrum & ſacri Imperij bannum ac proſcriptionem unà cum alijs pœnis iam inciderunt, eum, eosq; etiam ſicubi delictum hoc & tranſgreſsio notorium & publicum fuerit, eas in pœnas incurriſſe his mediantibus declaramus. Quodq; contra eum eosq; denunciationibus, declarationibus eiuſmodi executionis ac extorſionis pœnarum per nos, noſtrumq; dilectum fratrem Romanorum Regem, aut Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ, ad interpellationem & requiſitionem læſæ partis, Imperialis fiſcalis noſtri, aut ultrò, ſuiq; officij gratia ſeuerè & irremiſsibiliter procedatur, ac prout de Iure agatur: Quàmprimum quoque

Citatio præmittẽda eſt ante declarationem.

is aut illi pacis fractores ita per nos, dilectum fratrem no- 3
ſtrum Romanorum Regem, aut Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ præuia Citatione aut uocatione in dictum Bannum ac proſcriptionem declarati fuerint, eius aut eorum corpora & bona publicè omnibus liberè permiſſa ſint, nec quiſquam temerè agere ſeu delinquere in eis uiolandis & prehendendis

Feuda turbatoris ad dominos recidũt quamdiu uixerit.

poteſt. Tum & omnes obligationes, ſtipulationes & fœdera 4
ipſos concernentia, ex quibus actiones habere poſſent, erga obligatos, inualida ſint ac mortua. Feuda quoq;, quibus tranſgreſſor uſus fuerit, ad Dominos recidiſſe, tranſijſſeq; debent, quamdiu uixerit pacis uiolator, ſe aliosq; feudi hæredes eiſdem non inueſtiri, nec portionẽ ſuã aut uſumfructũ concedi.

Fructus feudalium bonorum turbatoris ad æſtimationem Iudicij Cameræ dentur.

Attamen dominus feudi uſumfructũ eorundẽ feudaliũ bono- 5
rũ, in quantũ ultra neceſſarias expẽſas annuè ſupererit, Actori aut læſis ad æſtimationẽ Iudicij Cameræ reddere atq; perſoluere teneas

re teneatur, quamdiu uiolator pacis uixerit, aut donec idem pacifragus cum læſo ſe concordauerit, cauſamq́; tranſegerit. Læſis autem ſuiſq́; coniunctis & auxiliatoribus medio tempore, ac priuſquam declaratio ſequatur, contra eos ipſos patratores ac pacifragos, ſuoſq́; aſſeclas, auxiliatores, & receptores defenſio ſua ac perſecutio in recenti facto, aut cùm amicos & auxilia ſua habere queat. Idq́; omne Electoribus, Principibus, & Statibus Imperij ſignificandi, perſcribendi, ac inſinuandi poteſtatem habeat, non prohibitum, ſed potius reſeruatum eſſe debebit.

6 Et ſi contingeret, ut quiſpiam contra hanc noſtram publicam pacificationem alium cũ armata militia & exercitu uiolenter inuaderet, debemus nos ac uolumus tunc, aut abſentibus nobis, dilectus frater noſter Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ, ad requiſitionem eius, qui inuaſionem metuit, & ſe ad Ius iuſtitiamq́; refert, aut Imperatorius fiſcalis noſter, ijs qui in aggreſſura et expeditione eſſent, ſub pœna Banni ac præſcriptionis inhibere, ab armis & facto uiolento ſeu impreſsione ut deſiſtant, ac æquo Iure iuſtitiaq́; contenti ſint. *Probibitio uiolentiæ patrandæ per Imperatorem & Regem.*

7 Quod ſi uerò is, ijue, quibus ſic inhibitum eſt, inobedientes fuerint, mox Imperatorius fiſcalis noſter contra eos inobedientes ad declarationem ſuper prædicto Mandato ſine mora procedat: Eoſq́; inobedientes per nos, dilectum fratrem noſtrum Romanum Regem, aut Cameræ Iudicium noſtrum in Bannum aliaſq́; pœnas publicæ pacis, ut decet, decernemus ac declarabimus. *Declaratio contra inobedientes per fiſcalem Cameræ.*

8 Nihilominus quoque nos, dilectus frater noſter Romanorum Rex, aut Cameræ tribunal noſtrum, contra omnes & ſingulos auxiliatores eorum, qui, ut dictum eſt, in armis & expeditione uiolentæ impreſsionis ſteterint, generalem reuocationem ac miſsionem ſub pœna Banni maturè euulgabimus ac publicabimus: Similiter & alios confines ac uicinos pro conſeruatione, ut prędictum eſt, requiremus ac inuitabimus, illi aut illis, contra quos impreſsio & aggreſſura ſuſcipitur, auxilio uenturos defenſionemq́; & ſuppetias laturos fore. *Generalis reuocatio & miſsio militum ſub pœna Banni maturè facienda.*

9 Volumus quoque, ſi quis Eccleſiaſtici aut ſecularis ſtatus, quiſquis ille fuerit, contra publicam pacem læſus, ui oppreſſus, aut ſuis bonis, quocunq́; nomine uocetur, nullo excepto, uiolata pace priuatus ſpoliatúſue fuerit, eius lęſi ſpoliatiue arbitrio ac uoluntati relictum eſſe, patratorem et pacifractorem ſuper pœnis Iuris & noſtræ pacificationis coniunctim aut diuiſim, ſimul, & ſuper ui uiolentiaq́;, læſione & ſpoliatione unà *Facit D. Mynſingeri Obſeruat. 35. Centu 4. Læſus ui uiolentiaq́; accuſare poteſt lædentem coram Iudicio Cameræ coniunctim et diuiſim.*

cum prædictis pœnis, aut ſuper quolibet ſingulatim coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ accuſare. Ad quæ ſibi per Iu- 10 dicem noſtrum Cameræ & Aſſeſſores maturè Ius debitum iuſtitiaq; adminiſtretur. Citra tamen Imperatorij noſtri fiſci, eiuſq; Iuris, patratæ pœnæ nomine præiudicium.

Non præiudicatur fiſco ſi læſus lædentem accuſat.

11 Siq; hoc modo coram noſtro Iudicio Cameræ uis illatæ aut priuationis ergò pariter & ad pœnam actitatum fuerit, & accuſatus pendente & nondum finita lite in fata concederet, ante uel poſt litiſconteſtationem: tunc inſtantia Iudiciumq; memoratæ læſionis aut ſpoliationis gratia, ad hæredes accuſati & ſucceſſores perueniat ac delabatur: & hæredes teneantur iſtud Iudicium, inſtantiamq; eo in ſtatu, uti repererint, continuare, & quicquid deſuper in Iure decretū pronunciatūq; uerit, expedire, aut alijs ujs modiſue cū Accuſatore tranſigere.

Violatæ pacis actio tranſit ad hæredes lædentis.

Quomodo contra eos, qui de fracta pace, aut quòd fractoribus pacis clandeſtinis auxilia tulerint, ſuſpecti ſunt, agatur, et ad purgandum procedatur. Tit. 10.

Vide D. Mynſingeri Obſeruat. 88. Centu. 2. de probatione innocentiæ.

De purgatione publicæ pacis fractæ.

1 SI quis ex Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Dominis, nobilitate, ciuitatibus, aut alijs, quacunq; dignitate ſint aut conditione, Eccleſiaſtici aut ſeculares, aut ſui, aduerſus hanc publicam pacificationem, clàm captiuus abduceretur, retineretur, alijs uenundaretur, traderetur: caſtrum, ciuitatem ac domicilium clanculum irrueret: iniuſtis, fraudulentis cędibus, latrocinijs, incendijs, alijſq; ujs in corpore ſuo aut bonis contra Ius, faſq; & noſtram publicam pacificationem læderetur, aut ui obrueretur, quacunq; uia modoq; id fieret, nec patratores manifeſti, neq; accuſator eos tales eſſe, probare uellet aut poſſet, ij tamen ex legitimis grauibus & ſufficientibus indicijs ſuſpecti 2 eſſent, aut de eo publica uox & fama, aut ex ſimilibus indicijs aliquis ſuſpectus foret, quòd eiuſmodi patratoribus & offenſoribus, contra dictam publicam pacificationem, auxilium, ſuppetias, opem, aut hoſpitium, tranſitum, cibum, potum, aut alia adminicula præbuiſſet aut feciſſet, eos domi ſuæ detinuiſſet, neq; id tamen palam aut manifeſtè conſtaret: Volumus, quò in huiuſmodi ac ſimilibus caſibus Accuſator ad accuſationem ſuam, & Reus ſiue accuſatus ad proſecutionem ſuæ nocentiæ aut innocentiæ maturius, minoribuſq; impenſis peruenire poſsit, læſo licere, poteſtatemq; factam eſſe, eum, qui de facinore, aut auxilio, aut quòd ad ea conniuiſſet, ſuſpectus ſit, coram ſuo, hoc eſt, ſuſpecti ordinario Iudice, ſiue coram nobis, dilecto noſtro fratre Romanorum Rege, aut Imperiali noſtro Iudicio Cameræ, ſe ut medio iuramento pur-

Indicia ſuſpectæ uiolationis & Proceſſus contra ſuſpectum pacis turbatorem.

get,

3 get, in Ius uocandi; Ita tamen ut Iudici, quem deliget, prius
articulatim ſignificet, quibus ex cauſis uiolatorem ſuſpectum
habeat. Et ſi Iudex cauſas & indicia ſuſpitionis releuantia, &
cauſæ conferentia ac admittenda putet, decernat citationem,
cui articulos ſuſpitionis inſeret, ac ſuſpectum ad certam diem
citet, uocetq́; ut ſi non fuerit Elector aut Princeps, perſonali-
ter compareat, ad articulos ſuſpitionis in Iure reſpondeat, ſeq́;
deſuper coram & perſonaliter medio iuramento purget, ſu-
amq́; innocentiam ſic patefaciat. Simul & cùm iſta Citatio-

Cauſæ ſuſpitionis articulatim dandæ ſunt Iudici, ſeq́; ſuſpectus medio iuramento purget: ad quod facit D. Mynſingeri Obſeruat. 87. Cent. 2.

4 ne, ſuſpecto, noſtro loco et ſacri Imperij nomine ſaluum con
ductum pro ſe ac ſuis quibuſcunq;, quos ad eam diem ſecum
adduxerit, indifferenter & abſq; fraude, dictam diem adeun-
do & ab ea recedendo ad loca ſua tuta præſtabit in ſcriptis.

Saluus conductus ſuſpecto dandus eſt ad comparendum.

Quæ Citatio quidem, caſu, quo in conſpectum citati & ob o-
5 culos, aut conſuetam ad habitationem ſeu domiciliũ perue
nire, aut inſinuari nõ poſſet, duobus aut tribus locis, ubi cita
to procul dubio innoteſceret, affigatur, ad quam etiã citatus, ſi
non eſt Elector aut Princeps, perſonaliter, ſi autem Elector eſt

Citatio quomodo inſinuanda eſt ſuſpecto turbatori pacis.

6 aut Princeps, per ſuũ legitimũ Procuratorem ſeu mandatari-
um cõparere, & ad articulos reſpondere debebit. Et ſi eos ne-
garet, ſi tunc pars accuſans ſuſpitionem per ſufficiens Indiciũ

Electores per Procuratorem, cæteri uerò citati perſonaliter compareant.

7 publicã uocem, famam, aut unicũ teſtẽ, qui de facto, auxilio,
ope, aut quòd conniuiſſet, teſtaretur, indicat: Aut ſi ſuſpectus

Probatio ſuſpitionis contra pacifragum per Indicia.

8 tenuis & humilis ſtatus, & accuſans ſublimis & honeſta perſo
na, fide digna, ſtatus, conditionis, uitæq́; integræ & probatæ
fuerit, & ſic propoſitos articulos, quòd ueros credat, iura-
mento adfirmaret, ac confirmaret: tunc ſuſpectus tenebitur,
eiq́; decreto iniungatur, perſonaliter ſeſe per iuramentũ pur-

Reſpectus perſonarum habendus inter ſublimem & humilem.

9 gare. niſi Iudex ex iſtis cauſis in Iure propoſitis moueretur, ad
dandum commiſſarios, coram quibus ſuſpectus domi ſuę, aut
aliàs opportuno loco iuramentum purgationis perſonaliter
præſtaret, ad quod his mediantibus admittendus erit. Si uerò

Quando Iudex Commiſſarios dare poteſt contra ſuſpectum iuramento ſe purgaturum.

10 communitas Eccleſiaſtica uel ſecularis hoc modo in Ius uoca-
retur, duæ partes conſulatus eiuſdem communitatis coram
Commiſſario propterea ordinando, perſonaliter, prout ex Iu
ris ordine decet, iurare debebunt. Et ſi quæ in his aliquot ſpe-
ciales perſonæ conſulatus ſuſpectæ per Accuſatorem nomi-
narentur, eæ inter memoratas duas partes quoq; ad iurandũ
recipiantur & admittantur. Si quæ uerò eiuſdem ciuitatis aut
Communitatis priuatæ ſeu ſpeciales perſonæ, ſiue in conſula-

Communitas in Ius uocata quomodo ſe purget.

11 tu, ſiue extra fuerint, ſuſpitione laborarent, cum ijs, uelut cum
alijs priuatis perſonis prædicto modo agatur ſeruetturq́;. Et
ſi accuſatus tantoperè ſuſpectus fuerit, ut etiam compurga.

Quando compurgatoribus opus eſt, quid faciendum.

toribus opus ſit, diſcretioni Iudicis ſtet, an ei illos imponat nec

Formula compurgatorum iuriſiurandi & Proceſſus.

ne. Qui iurent ſe credere, hunc uel eos, qui ſe mediante iura 12
mento purgarunt, & excuſarunt, rectè iurauiſſe. Qua purgatione facta à ſuſpitione uacare liberq́; eſſe debet, & utrunque iuramentum rectum uerumq́; putari, donec accuſatus in iure de facto conuictus fuerit. Tunc debet ac poteſt contra conuictum tanquam facti reum, ac periurum ad pœnam, aliasq́; utiuſtum eſt, procedi agiq́;.

Recuſans facere purgationem, Reus criminis habeatur.

Si uerò Accuſatus purgationem aut excuſationem aliqua 13
uia modóue recuſaret, ſiue ad Citationem & dictam diem perſonaliter abſque fide digna demonſtratione legitimi impedimenti nō compareret, tunc quidem eius, de quo ſuſpectus aut accuſatus eſt criminis reus habeatur ac decernatur. Accuſa-

Citatio danda Accuſatori contra turbatorem ad uidendum ſe declarari in pœnam uiolatæ pacis incidiſſe.

tori etiam, aut Imperiali noſtrò fiſcali Citatio, ad uidendum & 14
audiendum eiuſmodi facti ergò in Bannum ac pœnam publicæ pacificationis incidiſſe, declarari ac denunciari, impartiatur, & ſuper eo ulteriori probatione accuſati facinoris (niſi accuſatus ſuam innocentiam proponere uellet, in quo audietur) in pœnam noſtræ pacificationis declaretur, denuncietur, aliasq́; in hoc, ut æquum eſt, procedatur, agaturq́;.

Bannitus et proſcriptus quomodo ſit habendus.

Et ſi propterea in Bannum declaretur, debemus nos, & quiſ 15
quam Elector, Princeps, Comes, Dominus, Poteſtas, Magiſtratus, aut alius ſcienter eum in Curia aulaue, dómo aut aliàs non fouere, ſuſtinere, colligere, hoſpitióue ſuſcipere, cibum, potúmue non præbere, clàm palamue: quinimò eum tempore, quo Bannitus proſcriptusq́; eſt, uitare, pro infami reputare & ſeruare, & ab omnibus contra ipſum taliter agi, qualiter uigore ac tenore conſtitutæ publicæ pacificationis decebit. 16

Teſtimonium non comparentis ad probandum impedimentum requiritur.

Si is uerò tali modo, ut præfatur, citatus, reſpectu corporis ſui, aliaſue notis legitimiſq́; cauſis perſonaliter comparere nequiret, de ſuo aut proximè uicino Domino aut Magiſtratu fide dignum teſtimonium ſub eiuſdem Magiſtratus Sigillo, Iudici tranſmittat, atq; ſic ſuæ abſentiæ & non comparitionis cauſas & excuſationes proferat, ad quas Iudex ei ulteriores dilationes (ſi qua fortè ſpes eſt, impedimentum breui ceſſaturum eſſe) admittat, ſtatuatq́;. Quod ſi non breui ceſſauerit, iuxta ordinationem de Cōmiſſarijs ſupradicto modo in cauſa procedat, agatq́;.

Iuramenti præſtatio per Procuratorem fit in animam Principis.

Quòd ſi ſuſpectus fuerit Elector aut Princeps, is poterit eiuſmodi iuramentum coram Iudice per ſuum legitimum Aduocatum, qui ad minus ex nobilitate ſit, in animam ſuam præſtari committere. 17

In his

18 In his quocꝗ cauſis ſummariè, ſecundum Imperij conſtitutionem defracta uiolataq́; pace, ſemper procedatur.

Summariè in his uiolentijs procedendũ eſſe.

19 Debebimus nos quidem ac poterimus, dilectus item frater noſter Romanorum Rex, aut Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ, non ſolùm ad implorationem partium aut Imperialis noſtri fiſcalis, uerùm etiam ex proprio motu, atꝗ officio, eiuſmodi purgationem & excuſationem proponere, eamꝗ illis, qui prædicto modo ſuſpecti fuerint, præſtandam imponere, quemadmodum de his omnibus ſpecialis articulus in pacificatione noſtra perhibebit.

Purgatio proprio Imperatoris, Regis, & fiſcalis motu ad implorationem partis impom poteſt.

20 Vnicuiq;, qui alium non ſuppetiarum modò & auxilij lati, ut ſuprà dictũ eſt, ſuſpecti, uerùm etiã quòd reus ſit, accuſare, idꝗ crimen probare uult, reſeruatũ eſſe debet, corã Imperiali noſtro Iudicio Cameræ aut alijs ordinarijs Iudicijs, quò eiuſmodi cauſę ſpectãt, intentare, ubi maturè etiã iuſtitiã cõſequat̃.

Aut coram Iudicio Cameræ aut ordinario iudice lati auxilij cauſa agi poteſt.

Si quis autem alium abſꝗ legitimis cauſis in ſuſpitionem traheret ac diffamaret, nec ſuſpitionem tamen iure proſequeretur, is, qui, ut iam dictum eſt, in ſuſpitionem traheretur, poteſtatem habeat, eum, à quo in ſuſpitionem trahitur, coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ, aut ſuo ordinario Iudicio

21 propterea impetere, ubi etiã maturè iuſtitiam conſequat̃. Nulli poteſtati ſeu Magiſtratui his mediantibus detrahentes, quibus poteſtas eſt, contra eos, qui maleficij ſuſpecti ſunt, agendi ac procedendi, prout ſingulis in locis conſuetũ eſt, & uſitatũ.

In maleficijs procedendi, tribunali ius ſuũ cuiqueeſt reſeruatum.

De purgatione eorum, qui bona ſua fraudulenter alienant, aut qui eiuſmodi bona eo modo acceptant. Tit. II.

1 ITEM declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac uolumus, pro conſeruanda ac exequenda noſtra publica pacificatione, ſi quis, qua dignitate, ſtatu aut conditione eſſet, ex legitimis indicijs in ſuſpitionẽ ueniſſet, quòd caſtrum, ciuitatem, munitionem, res aut bona fraudulenta intentione, in ſuam utilitatem & commodum, uendidiſſet, alienaſſet, mutaſſet, aut alicui tuitionis ſeu defenſionis nomine, aliòue modo tradidiſſet, quo colore aut forma id factum eſſet, ac tunc quidem publicam pacem tranſgrederet̃, ac frangeret, nos, dilectusq́; frater noſter Romanorũ Rex, ſeu tribunal noſtrum Camerę, officij gratia, uel ad implorationem læſæ partis, aut Imperatorij fiſcalis noſtri, poteſtatem ac facultatem habebimus, uenditorem & emptorem, alienatorem, tradentem & acceptantem, aut defenſorem Dominũ, qui iam dictæ fraudis, doliq́; ſuſpecti eſſent coram nobis omni modo, ut in præcedenti articulo continetur, citandi, uocandi, ſcri-

Lædenti ſuſpecto dies dicetur ad purgandum ſeſe.

di,ſcriptoq; accerſendi,ad eiuſmodi fraudem expurgandam. Et ſi is ſiue tali modo ſcripto uocati perſonaliter non comparerent,aut purgationem non facerent, propter eam inobedientiam & contumaciam uigore ac ui memorati articuli contra eos agatur ac procedatur.

Quòd contra eos,qui bannitorum bona, ad bannitorum utilitatem acceptant,in Imperiali Iudicio Cameræ agi poßit. Tit. 12.

Lædentis ſeu uiolatoris bona ſua alienantis, nõ ſunt acceptãda aut defendenda.

SIMILITER ſtatuimus,ordinamus ac uolumus, his mediantibus ſeuerè mandantes, ſi quis declaratus bannitus aut pacifragus bona ſua alicui Principi, Magiſtratui, communitati, aut alijs tuitionis defenſionisq́; nomine, offerre ſeu tradere uellet,aut traderet,ea bona ab ijs Principibus, Magiſtratibus, Cõmunitate, aut alijs non acceptentur,aut ab ipſiſmet in bannitorũ aut pacifractorũ utilitatem recipiantur. Si uerò id ita fieret,declaramus, decernimus, ordinamus ac uolumus eiuſmodi traditionem aut acceptationem declaratis bannitis aut pacifragis nihil prodeſſe,nulloq; uſui aut utilitati fore,eosq́; Principes,Magiſtratus,communitates per id de facto in Bannum,aliasq́; pœnas contra pacifragos ſtatutas, incidiſſe,Atq; ita per nos,noſtrumq́; dilectum fratrem Romanorum Regem,aut noſtrum Iudiciũ Cameræ denunciabuntur ac declarabuntur.

Quòd contra plures ac diuerſos unius caſtri poſſeſſores (uulgò **Ganerben**) *qui bannitos in id caſtrum receptant, coram Iudicio Cameræ agi debeat. Tit. 13.*

Receptores in pœnam uiolatæ pacis incidunt.

CVM QVE in noſtra publica pacificatione articulus,quo cauetur,ne communes unius caſtri hæredes ſeu poſſeſſores, bannitos aut pacifragos ad communitatem ac Ius,quod cum illis habent, admittant, uelut dictus articulus publicæ pacificationis perhibet: Volumus, ordinamus, ſtatuimus & declaramus, ſicubi communes hæredes,bannitos aut pacifragos,ſua parte communis ſuſtentationis aut Iuris uti frui ſinant, & in hoc inobedientes fuerint, per eam inobedientiam in pœnas huius noſtræ pacificationis conſeruandæ ac declarandæ incidiſſe,ac præterea in bannum ac pœnas pacificationis per nos, noſtrumq́; dilectum fratrem Romanorum Regem aut Cameræ Iudicium noſtrum declarandos ac denunciandos eſſe.

Quòd

Quòd contra eos, qui profugos hoſtes ſubditos contra Magiſtratum ſuum receptant, coram Iudicio Cameræ agatur. Tit. 14

Profugi ad Ius ordinarium ſuſtinendū compellendi ſunt.

1 QVANDOQVIDEM multifariam in Imperio contigit, ut aliqui leues ſubditi ob delicta, à Dominis & Magiſtratu ſuo abeant fugiantq;, ut Ius ita iuſtitiamq; euitent: aut aliàs iniquè dominis ſuis aut eorum ſubditis minentur, & in prætenſa cauſa ſua ordinario æquoq; Iuri ſtare nolint, his obuiando ſancimus, & ſtatuimus, ut deinceps nemo eos ſciens promoueat, foueat, ſuſtentet, domo hoſpitióue ſuſceptet aut conducat: Verùm
2 Magiſtratus, ſub quibus eiuſmodi profugi ſe ſuſtentant, ubi tales minas ſentiant aut intelligant, eos obligent, & in ſtipulationem accipiant ordinario Iuri coram eorum Magiſtratu ſe ſiſtendos, & à facto abſtinendos fore. Tum & Magiſtratus alter alteri contra eiuſmodi profugas perſonas expedito Iure ac minoribus expenſis ſubuenire debent, contra quod ijdem profugi minantes nullam libertatem, tuitionem aut defenſionem habeant, niſi quòd Domini ſeu Magiſtratus pacem publicam & neceſſarium conductum aduerſus uim uiolentiamque ad ſiſtendum ſe Iuri præbeant, ſimul & maturè illis iuſti-
3 tiam adminiſtraturi. Quicunq; uerò Magiſtratus contra hæc aliquem foueret, conduceret, nec Iuri, ut prædictum eſt, obligaret ſiſteretue, ubi requiſiti eſſent, is unà cū ſoto ac conducto pro pacifragis habeantur, contra quos coram nobis, coram dilecto fratre noſtro Romano Rege, aut noſtro Iudicio Cameræ ad pœnam publicæ pacificationis procedatur, agaturq;.

Magiſtratus alter alteri ſit contra profugos auxilio.

Magiſtratus conniuens profugis incidit in uiolatæ pacis pœnam.

Quòd contra Magiſtratus, qui aduerſus uagos & errones milites, alijs non ſunt auxilio, coràm Iudicio Cameræ agatur. Tit. 15.

Contra uagos milites, et quòd Dominū ſeu Ducem ſuum indicare teneantur.

1 QVOD ſi in futurum accideret, ut in cuiuſquam noſtrorum Electorum, Principum, aut aliorum Statuum, Eccleſiaſticorum uel ſecularium, Principatu, ditione, ciuitate, aut territorio alieni milites equeſtres aut pedeſtres, ſeu ſingulatim ſeu turmatim cateruatimue, aliaſue aliquāto in numero, præter Electoris, Principis, aut Domini cuiuſq; loci uoluntatem ac permiſsionem commorarentur aut uagarentur, Elector, Princeps aut Status, in cuius Principatu, ditione, aut territorio eiuſmodi milites congregarentur, eos interpellari faciat ac requirat, cuinam domino adducantur. Et ſi nos, aut dilectum fra-

trem

trem noſtrum Romanorum Regem nuncuparent, eiusq; teſtimonium aliquod fide dignum habuerint, obſequenter ſu-

An Cæſar permiſerit, doceant & mandatum exhibeant.

is impenſis commeari patiantur: Si uerò nullum dominum 2
aut defenſorem indicare poſſent, aut etiam indicarent dignū fide, ſed non ſimul quoq; indicarent, cum talem militiam populumq́ militarem ex noſtra permiſsione, aut manifeſtis neceſſarijs cauſis dicere: tunc quidem Elector, Princeps, aut Sta-

Videlicet manipulos furum.

tus, in cuius principatu, ditione aut territorio exiſtūt, omnem adhibeat diligentiam, factionem eam copiasq; erronum diffindere, ut uel ſingulatim uel cateruatim diſcedant, diſijcian-

Vicini Principes grauato ueniant auxilio.

turq́. Si qua uerò per ſeſe iſtud efficere non potis eſſet, pro 3
ximè uicinos Electores, Principes aut Status mox requirat, ſibi iuxta numerum ac uim congregatæ militum erronum turbæ, populiq; militaris copias, cum equeſtribus ac pedeſtribus protinus ueniat auxilio: tum et ſi opus ſit, tela & machinas admoueat, bombardas quoq; tormentaq; bellica pariter ſecum adferat, huiuſmodi errones & Cares, ut prædictum eſt, uerbo & facto dirimendos, ac præter cuiuſpiam incommodū, damnūmue extra ditionem, quantum eſt poſsibile, exturbandos.

Duces erronum militum ſunt arreſtandi.

Capitaneos uerò ac Duces, ubi præſtò fuerint, aut alijs porrò 4
in locis reperiantur, arreſtandos, non modò pauperibus ſubditis damnum datum ut reſarciant, uerùm etiam, ut ijdem ceu autores ſeditionis debita pœna plectantur, fideliter mutuò adiuuentur. Idq́ Elector, Princeps, aut Status ad requiſitionem, ut ſuprà dictum eſt, ſuiſmet impenſis ita perficere debebit ac tenebitur, ad præcauendam noſtram & Imperijgrauem

Mulcta 40. marcarum auri puri contra inobedientes.

indignationem, adeoq; ſub mulcta pœnaq; pecuniaria, qua 5
draginta marcarum auri puri, nobis irremiſsibiliter pendenda. Quam pœnam quoq; Imperatorius fiſcalis noſter ab inobedientibus, ut decet, exigendi his mediantibus poteſtatem habeat: ac nihilominus Elector, Princeps, aut Status, qui pro auxilio ſibi ferendo, tuitioneq; facienda interpellaſſet, poteſtatem habeat, inobedientem propter ſuamet, ſuorumq; ſubditorum accepta damna coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ Iure conuenire, ubi ille inobediens etiam reſpondere debebit, taliaq; damna, iuxta æſtimationem ac moderationem dicti noſtri Iudicij Cameræ refundere ac reſarcire tenebitur. Porrò etiamſi militaris turba ex enumeratis iuſtis cauſis tolleraretur, tamen Capitanei pro commeatu ſoluendo obligentur, & quidem ad id iuramento aſtringantur.

Quòd

Quòd pro impenſis ac damnis ad conſeruandam pacem & iuſtitiam inſumptis coram Iudicio Cameræ agatur. *Tit.* 16.

1 SI quis pro conſeruatione pacis, & executione iuſtitiæ, alicui, uigore ac ui publicæ noſtræ pacificationis, ſuppetias opemq́; tuliſſet, et propterea damni quicquam, impenſarumq́; impendiſſet, patrator aut uiolator earcſarcire atque rependere debebit, ſitq́; in poteſtate auxiliantis uiolatorem, mox ad refuſionem damnorum & expenſarum requirere, aut ad æſtimationem noſtri Iudicij Cameræ ſub pœna Banni iſta ab eo exigere, in quo ſibi Cameræ prætorium noſtrum maturum auxilium citra recuſationem præſtare debebit.

Violator damnum rependere læſo tenetur.

De Imperialis Iudicij Cameræ poteſtate ac mandato ob pacifragos, aduerſus quos grandi auxilio opus fuerit. *Tit.* 17.

SI Bannitus caſtrum aliquod munitionemue haberat, quæ Actori tradi non poſsit, aut Bannitus fauore amicitiaq́; adeò foueretur ſuſtinereturq́;, aut qualitas negocij talis eſſet, ut grandi aliquo auxilio & exercitu opus ſit: Aut ſi quis in noſtra pacificatione complecteretur, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, aut conditionis eſſet, Eccleſiaſticus ſiue ſecularis, ab alio quodam, quem pacificatio noſtra non complecteretur, ui, armis, bello, peteretur, accuſaretur, aliaſue læderetur, offenderetur, aut facinoroſos patratores domi foueret, receptaret, opem ſuppetiasq́; ferret, omnia hęc à læſis damnũq́; patientibus, aut ab Imperiali noſtro prætori Cameræ, ad nos, aut dilectũ fratrem noſtrũ Romanorũ Regem, deferantur, in ijs porrò quicquid iuxta conditionem cauſæ ac tenorẽ noſtræ pacificationis utile fore cenſet, acturi.

Vis & uiolentia ad Imperatorem & Regem deferenda eſt.

Quo modo, et quo loco pro abſolutione banni agatur. *Tit.* 18.

D. Mynſingerus obſeruatione ſua 79. Cent. 2.

1 ITEM quiſquis ſic delinquendo in pacificationem noſtram, ut prępopitur, Bannũ incideret, ab Imperiali Iudicio noſtro Camerę, aut à nobis, ſeu dilecto fratre noſtro Romanorum Rege, habita informatione, per Cameræ Iudicium noſtrũ, & non aliàs, cũ conſenſu ac uoluntate læſi, abſolui debebit, niſi iure ſe ipſe extricaret.

2 Si & is, qui ob uiolationem publicæ pacis, aut ob aliud delictum, in Bannum deueniſſet, cum parte aduerſa tranſactionem & concordiam peteret, ſed cum ea tamen concordare nõ poſſet, ac ſic quidem pro abſolutione adipiſcenda inſtaret: ad noſtram & dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Iudicij Cameræ (quocunq; in loco Bannum factum fuiſ-

Tit. Tranſactio ſuper fracta pace, ſic ſcribit: Crimen fractæ pacis licet ſit publicum, poteſt tamen & ante & poſt ſententiam Banni inter partes ſuper eodẽ tranſigi, id enim ordinatio Cameræ expreßè promittit &c.

Violator bannitus abſq; conſenſu læſi non abſoluatur.

Quomodo uiolator concordiam petens à Banno abſoluatur.

ſet) ſententiam ac moderationem ſtabit, an & quomodo idem à Banno redimatur, & qua forma ſui delicti, damnorum paſſorum, expenſarum, intereſſe, & aliarum actionum ſeu petitionum parti aduerſæ, & Imperiali noſtro fiſco emendam ac recompenſationem facere debebit. Et ſi ſic decretum deſuper fieret, & Bannitus illam pœnam, ad quam ex decreto damnatus erat, ſoluiſſet, tunc quidem, et non antea, à Banno abſoluatur. De bonis item proprijs & feudis Banniti fiat ac ſeruetur, quemadmodum in noſtro & Imperij Iure communi, & publicata pacificatione eo loci fuſius ordinatum eſt & conſtitu-

Abſolutio Banni ex uoluntate Imperatoria fiat.

tum. Non tamen Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores in ma- 3
gnis & arduis pacis perturbationibus ac uiolationibus, ex quibus maiora mala ſequi poſſent, ad conſeruandam noſtræ Maieſtatis iuſtam reputationem, abſolutionem Banni, niſi ex noſtra, aut nobis abſentibus dilecti fratris noſtri Romanorū Regis præſcientia, notione, ac uoluntate admittere debebunt.

Quòd contra Bannitorum, excepta pacis fractione, corpora & bona (aliàs in Regio uulgari, res bonaq́;) coram Iudicio Cameræ procedi poſſit. Tit. 19.

Comitia Friburgenſia allegantur.

ITEM declaramus, ſtatuimus, ordinamus ac uolu- 1
mus, uelut quoq; in Comitijs Friburgi declaratum & conſtitutum fuerat, ut Actor, ad cuius implorationem aliquis (debiti, inobedientiæ, aut alterius rei nomine, pacis fractionem non tangentis) coram Cameræ Iudicio noſtro in Bannum deueniſſet Ius ac poteſtatem habeat, eius Banniti bona coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ

Bona Banniti Actori læſo, ubicunq; ſita fuerint, concedenda.

ut ſpecificentur, inq; ea immittatur, petendi. Quem etiam Ca- 2
merę Iudex noſter iudiciali decreto in Banniti bona immittet. Ac quilibet Princeps, Magiſtratus, aut communitas, ſub quibus idem Bannitus reſidet, aut ſua bona ſita ſunt, ad Cameræ Iudicis noſtri decretos Proceſſus, Actori, Banniti facultates & bona concedere, nullum impedimentum facere, ſed potius

Feudales fructus præter impenſa Actori tribuantur.

tueri ac defendere debebunt Si quæ autem feudalia eſſent, eo- 3
rum annuum uſumfructum dominus feudi, quantum inde præter impenſa reſultauerit, Actori tribuat prębeatq́;, quamdiu in Banno Bannitus perdurabit.

Quòd omnes & ſingulæ cauſæ caſusq́; fiſcales coram Imperiali prætorio Cameræ iuſtificari debeant, & qui huiuſmodi caſus cauſæq́; ſint. Tit. 20.

Cauſæ fiſcales quæcunque coram Iudicio Cameræ peraguntur.

POSTQVAM in noſtro & Imperij Iure, conſtitutioni- 1
bus & ordinationibus cautum & expreſſum eſt, quę cauſæ & caſus ad Imperialis fiſci noſtri iuſtificationem ſpectent:

ſancimus

ſancimus,ſtatuimus ac uolumus,ut eiuſmodi caſus omnes per Imperatorium fiſcalem noſtrum,conſilio,præſcientia ac uoluntate,duorum illorum Aſſeſſorum,tanquam deputatorum quocunq; tempore coram Imperatorio noſtro prætorio Cameræ in Ius uocentur, ac uigore Iuris communis & Iudicij Cameræ ordinationis tractentur.

2 Ac primùm,uidelicet ſi quis aduerſus Auream Bullam,aut noſtrā publicæ pacis conſtitutionē agat, aut agere præſumat ſiue conetur:aut aliàs noſtris aut Imperialis noſtri Iudicij Cameræ mandatis non debitè pareat, fiſcalis noſter contra eum ad pœnam pacificationis publicæ, aut aliam pœnam coram prædicto noſtro tribunali Cameræ procedere debebit. *Aurea Bulla, & publicæ pacis conſtitutio corā Iudicio Cameræ defendantur.*

3 Item ſi quis in ſoluenda ſacri Imperij conſtituta contributione,taxa, & quota moraretur, contra eum ſimili modo per Imperatorium fiſcalem noſtrum coram Iudicio Cameræ, ut par eſt,procedatur, agaturq́;. *Contributiones,taxæ, & quotæ Statuum in Cameræ Iudicio iuſtificentur.*

4 Quoniam item nos cum Electoribus,Principibus et Statibus ſacri Imperij præſentibus Comitijs,de Politia, reformatione & ordinatione concordauimus, & quidem typis excudi & in Imperio publicari fecimus, ſubq́; annexa pœna ſeruari mādauimus: Idcirco uolumus,ut fiſcalis noſter,uigore ac tenore eius politiæ & ordinationis, contra tranſgreſſores quocunq; tempore,ut decet,ad pœnam inſertam coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ agat & procedat. *Politia Imperij,reformatio & ordinatio defendenda in Iudicio Cameræ.*

5 Porrò,ſi quis auxilio, conſilio, aut deliberationibus Turcarum,aut aliorū,qui de facto,aut alio modo aduerſus Chriſtianitatem,& Imperium Teutonicæ nationis intereſſet, ij ab Imperio excludantur,res & bona eorum confiſcentur, hocq́; modo palàm publicentur, & per noſtrum fiſcalem, ut decet, Iuri ſiſtantur,arripianturq́;. *Cum Turcis et alijs hoſtibus deliberatio punienda.*

6 Item nullus debet uigore Imperialis noſtræ conſtitutionis, quam pridem aduerſus Anabaptiſtas in Imperio publicaui mus, & aliquot in Comitijs renouauimus, alterius ſubditos & attinentes,qui Anabaptiſmi ergò à Dominis & Magiſtratu ſuo abierunt aut profugerunt,fouere,recipere,aut promouere:Sed quàmprimum is Magiſtratus,ſub quo ille profugus latet, hanc tranſgreſsionum cognoſcit,contra eundem profugum tenore prędictę Imperatoriæ conſtitutionis ſeuerè agat, nec porrò ſciens ſub ſe cōmorari patiatur, ſub pœna Banni. Et ſi quis hanc noſtram ordinationem & conſtitutionem ſciens prudensq́; tranſgrederetur & non ſeruaret, contra eū debet ac poteſt coram Imperatorio noſtro tribunali Camerę ad bannum præſcriptionemq́; agi & procedi. *Contra Anabaptiſtas uigore conſtitutionis agatur.*

Fiſcalis admoneat Magiſtratus Anabaptiſticæ ſectæ ſuſpectos.

Si qui autem retincti clam & neſciente Magiſtratu ſub eo 7 laterent, non debet is Magiſtratus ob id periclitari, aut Proceſsibus obrui, ſed prius per fiſcalem noſtrum admoneri.

Contra errones milites procedatur coram Iudicio Cameræ.

Quandoquidem & præcipuè in publica pacificatione no- 8 ſtra hic Auguſtæ ſancita, cautū eſt, ut Magiſtratus alter alteri aduerſus uagabundos milites & errones concurſum & factionem præſumentes, & miſeram plebem prægrauantes, adeſſe debeat, ſub pœna quadraginta marcarum auri puri nobis pendenda, fiſcalis noſter eam pœnam ab inobedientibus coram noſtro tribunali Cameræ, ut par eſt, exigendi poteſtatem habeat.

Contra ſecreta Vueſtphalorum Iudicia, eorumq́; ſcabinos fiſcalis procedat.

Velut item propter ſecreta Iudicia & liberos ſcabinos in 9 Vueſtphalia, in quibuſdam Imperialibus receſsibus ſpeciales conſtitutiones, quid de ijs agi oporteat, ſub decem marcis auri puri, alijsq́ pœnis, factæ ſunt, Imperatorius fiſcalis noſter quocunq́ tempore ab ijs, qui talibus delictis pœnam inciderunt, medietatem Imperatorio fiſco noſtro debitam exigere debebit.

Omnes in uniuerſum cauſæ caſusq́; fiſcales coram Iudicio Cameræ tractentur.

In genere autem ultra memoratas, etiam aliæ omnes cauſæ 10 caſusq́;, qui uigore noſtri & Imperij Iuris communis, conſtitutionum & ordinationum, Imperiali fiſco noſtro debentur, aut ab Imperatorio fiſcale noſtro iuſtificandi, defendendi, aut tuendi ſint, per eundem fiſcalem noſtrum coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ abſq; medio quocunq; tempore proponantur, iuſtificentur, cui & quocunq́ tempore per Iudicem Cameræ et Aſſeſſores maturè, ut par eſt, iuſtitia adminiſtretur.

Quòd cauſæ controuerſæ aut litigioſæ poſſeſsionis, inter partes Imperio immediatè ſubiectas, coram Imperiali prætorio Cameræ iuſtificentur, & quid in his obſeruari debeat. Tit. 21.

Controuerſæ poſſeſsionis cauſæ utrinq́; coram Iudicio Cameræ iuſtificentur.

CVM QVE ſæpenumero in ſacro Imperio contingat, ut controuerſæ poſſeſsionis ergò lites, & 1 aliquando turbæ motusq́ & diſcordiæ oriantur: ei rei obuiando ſancimus & ſtatuimus uirtute præſentium, ſi qui porrò duo aut plures ſacro Imperio abſq; medio ſubiecti differentes & diſcordes fierent propter poſſeſſionem bonorum quorundam aut Iuris, ita, ut uterq; ſe poſſeſſorem controuerſæ ſeu litigioſæ rei aut Iuris iactitaret, eiuſque legitimas cauſas aut indicia haberet, tunc quidem ambæ partes pro finali determinatione coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ compareant, ac litem hanc controuerſæ poſſeſsionis ibi finaliter de Iure componi ſinant, nec propterea aliqua

aliqua partium aduerſus aliam ui factóue contendant aut oſfendant, nullo modo: Nec quicꝗ interea dum Iudicio pendent, cuiquam partium de ſua poſſeſsione imminuatur uel etiam accreſcat.

2 Quòd ſi inter partes quoq;, qui non immediatè Imperio ſubiectæ ſunt, poſſeſsionis ergò, controuerſia exiſteret, & bona, ſeu Ius poſſeſsionis (ut ſuprà ponitur) quam propter lis eſſet, non ſub uno domino aut Magiſtratu ſita eſſent, ſic ut utraq; pars putaret aut prętenderet, ea bona & iura ſita eſſe ſub ſuo, aut ſui domini ſiue alterius diſtrictu. Ob hanc litem quoque partes coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ diſceptent, & ut præfertur, agant. Vbi autem cauſa controuerſæ poſſeſsionis coram Iudicio noſtro Cameræ determinata fuerit, & partes ob eadem bona ſeu Iura, alias contentiones & actiones ſe habere præſumerent, coram ordinario Iudice hæc, talium bonorum & Iuris ergò, erunt controuertenda ac quærenda.

Preter controuerſæ poſſeſsionis cauſas aliæ coram ordinario iuſtificentur.

3 Si qui uerò aliqui Status eſſent, qui alias quaſdam in huiuſmodi diſſenſionibus pactiones aut compromiſſa haberent, ea ſeruentur, nec per hæc abrogentur.

Pacta & compromiſſa his aduerſa excipiuntur.

Sic in memorato caſu inter partes abſq; medio ſubiectas Imperio, poſſeſsio uel quaſi ex iuſtis rationibus dubia, & periculoſæ factiones, aut ſeditiones inde emerſuræ eſſent:

4 Cameręe Iudex noſter & Aſſeſſores mandatum & poteſtatem habeant, ad implorationem partium, aut per ſeſe ex officio poſſeſsionem ſequeſtrandi, aut quaſi poſſeſsionis gratia loco ſequeſtrationis utrique parti inhibendi, ut ab illa abſtineant, ac protinus ſummariè abſq; Iudiciali Proceſſu, aut alia prolixa uentilatione cauſæ, decernendi, utrinam parti poſſeſsio uel quaſi tradenda, aut inhibendum ſit, ab illa, donec finaliter ex Iure decernatur, in poſſeſſorio aut petitorio, abſtineat. Quod ſi fiet, neutri partium iſtud quidem in ſua poſſeſsione quicꝗ in Iure præiudicet.

Sequeſtratio et inhibitio contra partes de poſſeſsione contendentes. quando habeat locum, & ex officio decernenda ſit, Vide D. Mynſingeri obſeruationem 96. Centur. 2.

Quòd obſpolia & captiuos coram Iudicio Cameræ agatur. Tit. 22.

1 CVMQVE non ſolùm in memorato caſu, ſed ex hoc etiam, quòd mutuæ fiant comprendinationes, alterq; alterum captiuum ducit, ex quibus factis plerunq; motus ac ſeditiones in Imperio oriuntur. Cui obuiando ſtatuimus & ordinamus, ut deinceps in hoc caſu, cùm aliquis Imperio immediatè ſubiectus per ſe aut ſuos, alium quempiam, qui Imperio ſimiliter ſubditus eſt, aut ſui comprehenderent aut captiuarent, qualicunq; de cauſa (exce-

Spolia & captiui immediatè reſtituimandentur.

ptis tantùm maleficijs) id contingeret, quòd tunc ad implora-
tionem eius, qui ipſe, aut ſubditi ſui ſic ſpoliati, comprehenſi
aut capti ſunt, patratori ſeu facinoroſo per Imperiale Iudici 2
um noſtrum Cameræ, ſub annexa pœna, & ſine clauſula iuſti-
ficatoria mandetur ac præcipiatur, abſq; mora ſeu aliqua con
tradictione ſpolia intercepta ut reſtituat, & captiuos ad uete-
rem conſuetam aſſecurationem de non uindicando, non ali-
ter tamen quàm ut ſe rurſus ſiſtant, ubi de iure id decretum fu- 3
erit, libertati concedat, appenſa Citatione ſtatuto tempore co
ram Iudicio Cameræ comparendi, primùm, ad docendum, an
eiuſmodi mandato paruerit, deinde Ius ſuum ſpoliationis aut
capturæ coram Iudicio, ut par eſt, proponat: aut ad uiden-
dum & audiendum in pœnam ſe emiſsi Mandati propter ſu-
am inobedientiam per ſententiam mediante iuſtitia declarari
ac pronunciari. Et ſic quidem cauſa coram noſtro Iudicio Ca-
meræ cùm propter ſpoliationem, pignorationes, comprehen-
ſionem, & capturam, tum & propter commiſſam pœnam,
caſu, quo Mandato non obediretur maturrimè in Iure expe-
diatur. Quòd ſi uerò comperiretur pars agens iniuſtam cau- 4
ſam fouere, & ſpoliationem ſeu pignorationes & capurã per
reum Iure factam fuiſſe, ſpolia aut captiui, quos ad Imperialis
noſtri Iudicij Cameræ mandatum reſtituit aut liberauit, unà
cũ expenſis & damnis perpeſsis redhibeantur ac reſtituantur,
ſeq; rurſus captiui ad ſiſtendum compellantur. Vtriq; parti
tamen Iure ſuo in cauſa principali loco debito (prout de Iu-
re fieri debeat proſequendo) reſeruato.

Clauſula iuſtificatoria inſeratur mandato.

Effectus Citationis inſertæ contra ſpoliatorem.

Si iniuſtã cauſam actor fouere comperiatur, reo ſpolia & captiui reddantur cum expenſis. Huc facit D. Mynſingeri Obſeruat. 40. Cent. 3. de conſtitutione ſeu ordinatione pignorationum.

De Mandatis, & in quibus caſibus ea ſine aut cum clauſula iuſtificatoria decernantur. Tit. 23.

CVMQVE in Cæſareo Iure noſtro rectè ordina- 1
tum ſit, ac prouiſum, in Iudicialibus cauſis non ab
executione & Mandatis inchoari: ſtatuimus, ordi-
namus ac uolumus, coram Imperiali noſtro tribu
nali Cameræ, Mandata non aliter, niſi cum inſertione clauſu 2
læ iuſtificatoriæ, per quas aduerſarijs, contra quos eiuſmodi
mandata emittuntur, præſtituitur cauſas, quare locum non
habeant proponendi, & in cauſis quidem ac inter partes ad
noſtrum tribunal Cameræ pertinentibus decernantur: niſi
cauſa & res, propter quam Mandata decerni petita ſint, per
ſeſe de Iure & conſuetudine prohibita eſſent: Et ſicubi talia pa 3
trarentur, etiam abſq; omni ulteriori cognitione pro punien-
dis aut iniquis habeantur: aut ſi ita fortè imploranti parti tale
grauamen imponeretur & iniungeretur, quòd poſt factum
recupe-

Ab executione et Mandatis non eſt inchoandum.

Clauſula iuſtificatoria inſeratur Mãdatis. Meminit huius quoque D. Oldendorp in Enchiridio ſuo exceptionũ fol. 324. incipien. probandi neceſsitas incũbit &c.

Cauſæ moram non ferentes à mandatis inchoari poſſunt.

recuperari non poſſet, aut ſi cauſa aduerſus Rempub. foret, nec moram pateretur. Nã in his & alijs caſibus, in quibus uigore Iuris à præcepto abſq; cauſæ cognitione inchoari poterit, per noſtrum Iudicem Cameræ & Aſſeſſores Mandata abſque clauſula iuſtificatoria decerni, & abſque ulteriori contradictione aut impedimento proſequi poſſunt ac debent. Et ſic
4 contra eos, qui eiuſmodi Mandata tranſgrediuntur ad inſer- *Pars contradicens mandato audienda eſt.*
tam pœnam, ut par eſt, procedi agiq;. Sicubi uerò in memoratis caſibus uoluerit ea pars, contra quam talia Mandata decernuntur, poſt executionem eorundem, aut ſi ob inobedientiam ſeu contumaciam ſuam in pœnam Mandati declarata ſit, poſt refuſionem ac ſolutionem eiuſdem conſtitutæ pœnæ in contrarium quiddam, quod profit, & ad rem faciat, adducere, ad hoc ipſum eo in loco, quo id ordinariè ſpectat, ad-
5 mittatur. Econtrario quoq; & ipſa aduerſa pars in Iure au- *Vtraq; pars contendentium audienda eſt.*
diatur, & ad utriuſq; partis propoſita quod æquum & iuſtũ eſt, decernatur. Quicquid autem ad executionem latarum ſententiarum, & literas executoriales, pertinet, in his ſecundum Ius commune, & noſtram ſanctionem, quemadmodum infrà in tertia parte conſtitutum eſt, agatur.

De relaxationibus iuramentorum ad effectum agendi. Tit. 24.

1 QVANDOQVIDEM & hoc nonnunquam *Cautio de non uindicando ex iuſtis cauſis præſtita ſeruetur.*
euenit, ut delinquentes ex culpabili cauſa cautionem de non uindicando præſtent, & poſtea per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores ad effectum agendi abſoluantur, & ſic Magiſtratum petulanter inceſſantes in Iudicio circumagant atq; damno afficiant. Quod ut in melius
2 reformetur, ac modus aliquis adhibeatur, ſancimus & ſtatui- *Iurans de non uindicando, niſi cauſa cognita non abſoluatur.*
mus, ut Iudex Cameræ & Aſſeſſores deinceps eum, qui cautionem uindictæ prſtitit ad effectum agendi non abſoluant, *Magiſtratus cui cautio eſt præſtita, pro informatione facti requiratur.*
3 aut contra eos, quibus cautio ea facta eſt, Citationẽ aut Mandatum non decernant aut emittant: quin ei potius Magiſtratui ſcribant, Actoriſq; poſtulata ſignificent, & cauſæ, propter quam fiat, probabilem ac ſolidam informationem requirant. Tum ſi qua compertum fuerit ex ea informatione purè & clarè, agentem ob patratum facinus aut delictum comprehenſum fuiſſe, aut aliàs punitum, & ſic meritò cautionem de non uindicando præſtitiſſe: Iudex Cameræ & Aſſeſſores deſuper præterea nihil decernere, ſed agentem eò adducere debebunt, ut cautionem factam præſtet, teneatq;. Aliàs uerò, ut ſi quis contra Imperij pacificationem & ordinationem ad

uindictæ cautionem præſtandam cogeretur, poterit uigore Iuris & iuxta Imperij ordinationem deſuper agi.

Qua forma coram Iudicio Cameræ ex l. diffamari agatur. Tit. 25.

l. diffamari. C. de inge-nu.manu. coram Ca-meræ Iudicio uenit di-ſceptanda.

CVM & per Proceſſus, ex l. diffamari cauſę quan- 1
doq; in Iudicium deducantur, ita ut pendeant, de-
inde uerò rurſus quieſcant, ac relinquantur, tum
quoque partes contra noſtram & Imperij ſancti-
onem ſuo ordinario Iudicio atq; inſtantia excidant ac priuen-
tur: Proinde ſtatuimus & ordinamus, ut lex diffamari, coram 2
noſtro tribunali Cameræ recipi ac uſurpari debeat, inuiola-
tæ pacis, iniuriarum, & alijs ſimilibus cauſis, in quibus talis
diffamatio fraudulenter, doloſè, aut alijs uijs modiſue in alte-
rius partis præiudicium & grauamen facta eſt, neque aliter,
quàm cùm pars requirens petensq;, & in cauſa principali rea
exiſtens, nobis & Imperio alioquin immediatè ſubiecta, aut
coram noſtro tribunali Cameræ, ui uirtuteq; noſtræ & Impe-
rij ſanctionis, abſq; medio in Ius trahenda fuerit. Ante etiam
Iudex noſter Cameræ & Aſſeſſores quàm eiuſmodi Proceſſus
diffamationis ergò decernant, ſcripto, aut alijs fide dignis
documentis & indicijs informati atq; inſtructi ſint. Tunc
quidem huiuſmodi Proceſsibus, decretis, ac diffamatione de-

Pretor & Aſſeſſores ſuper l. diffamari, à par-tibus informationes ac-cipiant ſcripto, ante-quam Proceſſus decer-nant.

ſuper, ut par eſt, in Iudicium perducta, diffamanti, ſi diffama- 3
tus Cameræ Iudicio in prima inſtantia immediatè ſubiectus
eſt, aut aliàs cauſa de ſua natura eò ſpectat, coram eodem no-
ſtro Iudicio Cameræ: ſi qua uerò diffamatus immediatè qui-
dem Imperio, ſed in prima inſtantia tamen Cameræ Iudicio
non ſubiectus fuerit, coram Iudice, quò ordinariè cauſa ſpe-
ctat, ſtatuto tempore actionem inſtituendi, hac appendice, ſi
non faciat, perpetuum ſibi ſilentium imponi, ac alioquin ui-
gore ac ui noſtri & Imperij Iuris communis & ordinationis

Quando cauſa l. diffa-mari, ad ordinarium eſt remittenda.

agatur ac procedatur. Si uerò diffamatus Imperio non eſt im- 4
mediatè ſubiectus, aut ipſe, cauſaue, ſua natura eò in prima
audientia non pertinet, ad interpellationem ac requiſitionem
eiuſdem partis coram noſtro Cameræ Iudicio contra diffa-
mantem (non attento cuinam Magiſtratui ſit ſubiectus) nul-
lus Proceſſus decernatur, ſed cauſa in utroq; puncto & diffa-
mationis & principalis ad ordinaria Iudicia remittatur.

IDEM ALITER BREVIVS.

Cæterùm ex l. diffamari eiuſq; Proceſſu, nonnunq; controuerſia oritur, nec ultrà lis tamen progreditur, ſed inſtantia ordina-

ordinaria exinde impeditur ac remoratur: Idcircò ſtatuimus legem diffamari, in pacis turbatores, in iniuriarū ac ſimilium delictorum autores uſurpari, qui dolo malo alios diffamatione ſua prægrauant, eos nimirum qui iſtud conqueruntur, & Imperio ex præſcripto huius conſtitutionis immediatè ſunt ſubiecti. Antè autē ſcripto aliquo aut argumento fide digno certi ſint & inſtructi Prætor & Aſſeſſores, quàm Proceſſum diffamationis cauſa decernant. Decreto autem Proceſſu, ac diffamatione in Iudicium ex Iure adducta, ſicubi diffamatus Iudicio Cameræ in prima inſtantia immediatè ſubiectus eſt, aut alioqui negocium huc ſua natura pertinere uidetur: Contra uerò ſi diffamatus, immediatè Imperio in prima inſtantia huic Iudicio non eſt ſubditus, remittatur ad ordinarium, ac certus diffamanti dies ad actionem ſuam proponendam præfigatur, cum hac appendice, uidelicet perpetui imponendi ſilentij, agendiq; prout de Iure. Si uerò diffamatus Imperio non eſt immediatè ſubiectus, nec ipſe etiam uel cauſa huc ſua natura ſpectat in prima inſtantia, aduerſus diffamantem in hoc iudicio ad requiſitionem diffamati, cuicunq; is poteſtati fuerit ſubditus, haud ullus decernatur Proceſſus, ſed in utroq; puncto res hæc diffamationis tota ad Ordinarium reijciatur.

De actione iniuriarum ad reuocationem ſeu reclamationem instituta, facit D. Mynſingeri obſeruatio. 98. Centuria 2. fol. 72.

Vide huius legis diffamari, copioſam tractationem D. Bartolomæi Blateri I. C.

l. diffamari, in quibus locum habeat, facit Obſeruat D. Mynſingeri 78. Centur. 3.

De Proceſſu l. diffamari, uide Schiurpfium in Conſil. 34. Centuria prima, fol. 169.

Item Ioan. Ferrar. ad l. diffamari, poſtulatio condictitia libro 3. de Iudiciorum præexercitamentis, fol. 219.

De cauſis, quæ ob denegatam, ſeu prolongatam iuſtitiam ad Iudicium Cameræ deuoluuntur. Tit. 26.

Facit D. Mynſingeri Obſeruatio. 88. Centur. 2.

De iuſtitia denegata ac prorogata querela.

1 QVONIAM in hac noſtra & Imperij ſanctione cautum eſt, ut omnes nobis & Imperio attinentes in prædictis iuſtificationibus, deciſionibus & ordinario Iure conſeruentur, ac quiſq; coram eo Iudice, coram quo in prima inſtantia ſtare Iuri debeat, ſiſtatur, frequenter autē accidat, ut Actoribus eiuſmodi Iudicijs ac ordinario Iure uti uolentibus, in ſtatuto tempore, ſeu præfixo termino, aliaſue, ut æquum eſt, non auxilietur, aut iuſtitia ſibi denegetur, aut fraudulēter differatur: Statuimus & ordinamus, ut cuiq;, ad cuius requiſitionem, non ut debebit, auxilium præſtatur iuſtitiaue adminiſtratur, ſed
2 notoriè perſpicueq; denegatur, aut prolongatur, facultatē ac poteſtatem habeat propinquum altius tribunal, Magiſtratum, ſeu Dominum pro Iuris auxilio requirendi, & ſi qua

Propinquum maius & ſublimius tribunal pro iuſtitia adminiſtranda requiratur.

per illos quoq; nihil obtinet opis,aut aliàs fortè eadem cauſa abſq; medio ad noſtrum Iudicium Cameræ pertineat,ad idem Iudicium noſtrum Cameræ perducatur ac prouehatur, ubi maturè iuſtitiam & expeditè conſequetur.

Promotoriales à prælore Cameræ partibus datæ,paßim non ſunt receptæ.

Cumq; hactenus in Iudicio noſtro Cameræ frequenter ac- 3
ciderit,ut partes promotoriales,ob id,quòd ab Electoribus, Principibus,Statibus & alijs Magiſtratibus,uigore huius noſtræ ordinationis iuſtitia non eſſet adminiſtrata, à Cameræ noſtro Iudicio obtinuerint,ac modo, quo debet, inſinuarint,

Notarij plerunq; ob inſinuationes ſunt læſi.

cæterùm uerò conqueſti fuerint,inſinuatione facta,infra tem- 4
pus ordinationis,non ſolùm nihil impetrarent, ſed & Notarij,in quorum præſentia Elector, Princeps, aut Status tenore promotorialium requirendus erat,præter ius & æquum uiolenter inuaſi,læſi,ac grauati ſint,ex quo conſecutũ eſt, ut Notarij interdum ad eiuſmodi requiſitionem utendos ſeſe præbere amplius noluerint, atq; ſic miſeræ partes requiſitionem & denegationem iuſtitiæ probare nequiuerint,iuſtitia per hoc

Requiſiti promotorialibus Principes ſi non iuuene partes,cauſa deuoluitur ad Cameræ tribunal.

denegata. Quò autem huic ex æquo obuietur,nec miſeræ 5
partes ſuperfluis impenſis, quas præter factam executionem ob nouam illam requiſitionem faciunt,prægrauentur: quilibet Elector, Princeps, Status aut Magiſtratus, cui deinceps prædicto modo promotoriales denunciantur, ac ſemel quidem inſinuantur, infra tempus earundem abſq; ulteriori requiſitione aut interpellatione agenti parti iuſtitiam adminiſtrare,Iudicem aut Iuridicam diem nominare ac præfigere,aliàsq; tenore ac uigore promotorialium agere debebunt: Si uerò hoc ita non fecerint,tunc agenti parti corã tribunali noſtro Cameræ, etiamſi nullum præterea documentũm iuſtitiæ denegatæ exhiberetur,iuſtitia,ut par eſt,adminiſtretur.

Quòd omnes perſonæ & cauſæ abſq; medio Imperiali iuriſdictioni ſubiectæ, & ab ea per ſpeciales iuſtificandi modos exceptæ,coram Iudicio Cameræ proponantur. Tit. 27.

Quæ perſonæ cauſæq; ad Cameræ tribunal pertineant in genere.

Cauſæ,quibus non eſt propria explicandi ratio,ſpectant ad Ius Cameræ.

Speciales iuſtificandi modos habentes hic excipiuntur.

PORRO ordinamus,ſtatuimus ac uolumus,om- 1
nes & ſingulas perſonas cauſasq; Imperiali noſtræ iuriſdictioni abſque medio ſubiectas, nec ſpeciales iuſtificandi modos habentes,ab hac noſtra or- 2
dinatione,aut alijs Priuilegijs, libertatibus, arbitrijs, ſeu legitimis conſuetudinibus exceptos,coram Imperiali noſtro tribu- 3
nali Cameræ proponendas ac dijudicandas eſſe.

IDEM ALITER.

Ordinamus inſuper, ſtatuimus ac uolumus, ut omnes ac

ſingulæ

ſingulæ perſonæ cauſæq́;, Cæſareæ noſtræ Iuriſdictioni immediatè ſubiectæ, ſimul & hæ, quæ nullo ſingulari Iure, uel Priuilegio, uel libertate, uel arbitrio, uel conſuetudine aliqua legitima excipiuntur & explicantur, in Cameræ noſtro Iudicio agantur ac iuſtificentur.

DE cauſis ſecundæ inſtantiæ, quæ per appellationes Imperiali Cameræ tribunali accreſcunt.

A quibus Iudicibus in quibus cauſis, & à quibus ſententijs ad Imperiale tribunal Cameræ prouocari poſsit, necne. Tit. 28.

De prouocationibus & appellationibus.

1 NON ſolùm à ſententijs, per inferiora ordinaria Iudicia, Imperiali noſtro tribunali Cameræ abſq; medio ſubiacentia, promulgatis, uerùm etiam in iuſtificationibus cõtra Electores, Principes, ſimiles Principi, Prælatos, Comites, Dominos, nobiles, per alios, aut inter ſe ipſos inſtitutis, cuiuis parti litigantium quæ ſe per res iudicatas, latasq́; ſententias grauatam ſentit, ad Imperiale noſtrum tribunal Cameræ prouocare & appellare permiſſum ſit, in modum, quo ſuprà de legitimis iuſtificationũ modis in prima inſtantia prolixius ordinatum cautumq́; eſt, reſeruato tamen cuiuis ſuorum Priuilegiorum ac libertatum Iure.

Grauato licet appellare ad Iudiciũ Cameræ.

2 Cumq́; hactenus Status quidam ſuos ſubditos, medijs iuramentis & ſtipulationibus, eò adegerunt ac coëgerunt, ne ab eorum latis ſententijs prouocarent minantes, ſi quæ partes præterea appellarent, eas tanquam periuros punituros eſſe, quod non Iuri tantùm aduerſum, uerùm etiam Imperiali noſtro tribunali Cameræ, eiusq́; iuriſdictioni comprimis nociuũ. Idcircò uolumus, ordinamus ac ſtatuimus, ne quis porrò cogatur ab appellando deſiſtere, aut ab appellatione facta ceſſare. Quod ſi fieret, obligationem eam per ſeſe inualidam fore, & partes grauatæ ad appellandum, et appellationem ſuam proſequendum nihilominus abſq; ulla læſione honoris ſui Ius poteſtatemq́; habeant: niſi quis fortè ſciens prudensq́;, non coactus appellationi renũciaret, aut uigore legitimi Priuilegij Magiſtratus ſui aut Iudicis, aut aliàs de Iure appellare non poſſet aut deberet. Quo caſu quidem quocunq; tempore per noſtrum Iudiciũ Cameræ cauſa cognita decernatur, quicquid uigore ac ui Iuris, noſtræq́; huius ordinationis decerni, ag q́;, iuſtum & æquum fuerit.

Nemo prohibendus eſt appellare ad Iudicium Cameræ.

Iam & cùm ſæpè partes ex petulantia potius ac temeritate,

ad remo-

Temeritas appellantium eſt retundenda & punienda.

ad remorandam & impediendam rerum iudicatarum, lata- 3
rumq́; ſententiarum executionem, & ut partem aduerſam ar-
te hac circumagendo ad paupertatem uel improbam tranſa-
ctionem adigant, aut quò diutius occupatis bonis eorumq́;
poſſeſsione fruantur: quàm ex neceſsitate appellauerint: Cui
obuiando ſancimus ac uolumus, ut Cameræ Iudex noſter &
Aſſeſſores deinceps ad hæc diligenter attendant, & ſi compe-
riant huiuſmodi temerarias ac friuolas appellationes, nō mo-
dò appellatores in expenſas condemnent, ſed & in eoſdem
(iuxta conditionem & qualitatem cauſæ partiumq́;) legiti-
mam Iuris pœnam ſtatuant, exerceantq́;.

Quæ appellationes recipiantur, nec ne? Cauſæ minores 50. flor. non admittuntur. facit Obſeruat D. Mynſing. 80. Centur. 3. Item eiuſdem obſeruat. 40. Centur. 4.

Cauſæ iniuriarum, in quibus ad palinodiam agitur, recipiuntur, itē ſeruitutū & perpetuorum cenſuum.

Speciatim autem ſtatuimus, ordinamus ac uolumus, Ap- 4
pellationum cauſas minoris quinquaginta florenorum pre- 5
cij, ab Imperiali noſtro Iudicio Cameræ ne recipiantur, nec
per Iudicem prioris inſtantiæ admittantur, quin ſententiæ, ad
requiſitionem ac poſtulationem partium ab ipſo exequantur.
Veruntamen cauſæ iniuriarum, in quibus ad palinodiam, id 6
eſt, recantationem agitur, aliæq́; ad pecuniam, ſed non infra
quinquaginta florenos per Actorem in ſua actione æſtimatæ,
Iuriſdictionem eius, perſonales aut ruſticas ſeruitutes, perpe-
tuos cenſus & fructus aliaq́; ſimilia, certam æſtimationem ex-
cedentia, etiamſi minoris ſummæ quinquaginta florenorum
fuerint, excipiantur. Et ſi dubium inter partes inciderit, cau- 7
ſam controuerſam tantam ſummam non excedere, ſicubi tunc
Iudex prioris inſtantiæ, aut Cameræ Iudex noſter eius rei ple-
nam notionem non haberet, aut in eo dubitaret, appellanti
iniungatur medio iuramento, quod coram Iudice prioris in-
ſtantiæ, aut coram noſtro Iudice Cameræ ante omnia præſta-
bit, obtinere, potius quinquaginta florenos de ſuo amiſſurū,
aut tantum lucraturum, quàm quòd uelit appellationis cau-
ſam amittere, uel deſerere. Si hoc præſtetur iuramentum ab
appellante, tunc quidem, & nō antea, Iudex prioris inſtantiæ
deferet appellationi, & à noſtro Cameræ Iudicio recipiatur.
Attamen alijs benè impetratis legitimis Priuilegijs inferiorum
Iudiciorum ad maiorem ſummam quàm quinquaginta flore-
norum ſeſe extendentibus, per hanc noſtram ordinationem
nihil præiudicatum aut imminutum ſit, ſed ea unà cum appel-
lationibus & admiſsione earundem obſeruari & ijſdem con-
formia agi debeant.

Iuramentum appellanti iniungendum, & eius formula.

In criminalibus cauſis nulla recipitur appellatio.

Quando item priſtinæ conſuetudini contrarium foret, in 8
criminalibus cauſis appellationem admitti, ordinamus ac uo-
lumus, ut porrò in criminalibus cauſis corporalem pœnam
infligentibus coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ nulla
appella-

appellatio recipiatur, ſed in hoc uetus conſuetudo obſerue-
9 tur. Veruntamen ſi quis coram noſtro tribunali Cameræ con- *Nullitas Proceſſus allegata audienda eſt.*
quereretur, in cauſis criminalibus & corporalem pœnã concernentibus, ipſo non uocato nec audito, & ſic nulliter, aliasq́; aduerſus naturalem rationẽ & æquitatem contra ipſum procederetur, ageretur, ac pronunciaretur, ideoq́; principaliter ſuper nullitate Proceſſus interpellaret, inſtaretq́; : ſiquidem
10 tunc Iudex, cuius actus pars prędicto modo inſimulat, noſtro *Propter nullitatẽ Proceſſus Citatio decernatur.*
Iudicio Cameræ ſine medio eſt ſubiectus, interpellanti parti huius nullitatis gratia Citatio decernatur ac Iuris remedium impartiatur. Et ſi ex deductione cauſæ conſtaret, prædicto modo nulliter actum & pronunciatum fuiſſe, tunc quidẽ cauſa principalis ad ordinariam poteſtatem, formaliter ac legitimè in ea procedendum decernendumq́; remittatur.

11 Quemadmodum & quotidiè per non neceſſarias & teme- *Ab interlocutorijs factæ appellationes non recipiantur.*
rarias appellationes ab interlocutorijs fraudulenter & ad remorationem Iuris factas magnæ quandoq́; expenſæ & damna tolerantur, Iudicium Cameræ porrò talium interlocutoriarum appellationes nõ recipiat, ſicubi grauamen appellationis per appellationẽ à diffinitiua in cauſa principali inſtaurari ac reſarciri queat, ueluti de eo in Iure Cęſareo ordinatum eſt.

Qui, & qua forma appellationes ad Imperiale Iudicium Cameræ fiant. Tit. 29.

N VLLA item appellatio à noſtro Imperiali Iu- *Gradatim fieri debent appellationes. pulchrè facit ad hoc caput. Sim. Obſeruatio D. Mynſingeri 55. Cent. 1. fol. 95.*
1 dicio Cameræ recipiatur, quæ non gradatim facta ſit, & proximiorem Iudicem habeat: niſi proximus inferior Iudex appellanti manifeſtè iuſtitiam denegaſſet, aut cauſæ coniunctus eſſet, aliaſue ex legitimis rationibus in cauſa Iudex eſſe non poſſet aut uellet.

Debent quoq́; appellationes de Iure infra decem dies fieri. *Appellationes infra 10. dies fieri debent. Item de Appellationis inſinuatione agit Obſerua. 44. Centur. 4.*
2 Quandoquidem autem in ſacro Imperio ſæpe contingit, prę- ſertim apud imprudentes & imperitos Iudices, ut poſt ſententiam latam parti ſuccumbenti præter illos decem dies iure ad appellandum admiſſos tempus prorogent. Volumus ut *Vltra decem dies appellandi ſpacium nullũ detur ad quod pulchrè facit D. Mynſingeri obſeruatio 11. Centur. 3.*
3 terminus decem dierum, infra quos ſuccumbenti parti de Iure cõmuni appellatio conceditur, nulla uia tranſgrediatur, prorogetur, aut decurtetur. Ac propterea nullus Iudex ad interpellationem ac petitionem partis longius ſpacium ſeu terminum quàm decem dierum deliberandæ appellationis dare ſiue concedere debebit.
4 Et ſi ab interlocutorijs, quæ uim habent diffinitiuæ, pro- *Ab interlocutorijs uim*

diffinitiuæ habentibus appellari poteſt.

uocaretur, appellans in ſcriptis ex interuallo, aut uerbo incon
tinenti, ueluti ab alijs diffinitiuis appellandi habeat poteſta-
tem.

Quomodo ſit, et quando appellandū in ſcriptis.

Si uerò ab alijs interlocutorijs & grauaminibus, quæ me-
dio appellationis per diffinitiuã inſtaurari ac reduci non poſ- 5
ſent, appellaretur, eiuſmodi prouocatio in ſcriptis, & cū deſi
gnatione & indicatura cauſarum grauaminis fieri debet, at-
tento eo, quòd eadem ex alijs cauſis iuſtificari non poſsit.

Coram fide digno & approbato Notario appellatio facta admittatur.

Item debet quilibet, qui ſe per ſententiam grauatum ſentit, 6
non tantùm coram inferiori Iudice, & in eius præſentia, ue-
rùm etiam eo abſente coram fide digno & approbato Nota-
rio ad appellandum admitti Atq; inferior Iudex, cui talis ap-
pellatio, ut decet, inſinuatur, in datione apoſtolorum, præfi- 7
gendo termino, aliasq;, ceu ab eo ipſo appellatum ſit, ſe gerere
debebit. Quòd ſi talis appellatio inferiori Iudici non inſinua-
retur, ea nihilominus à noſtro Iudicio Cameræ recipiatur, ta-
men ſi inferior Iudex hoc caſu ad implorationem partis cum
executione, aliaſue in Iure procederet, id ipſum, quod ita per 8
eum anteq; ei per Imperiale noſtrũ Iudicium Cameræ inhibi-
tum ſit, egerit, feceritue, non pro attentatis cenſeri, nec appel-
lans propterea ſuper attentatis audiri debet, ſed in puncto ap-
pellationis, ut æquum eſt, procedere cogatur.

Deferri debet appellationi coram Notario factæ.

Appellationes non debent attentata cenſeri.

Priuilegijs & libertatibus ſpecialibus in appellando parendum.

Si qua etiam inferiora Iudicia ſpecialibus Priuilegijs, quo 9
modo & qua forma de eorum ſententijs appellari debeat, pro-
uiſa eſſent: uolumus, ut appellantes, quibus eiuſmodi liberta-
tes cognitæ ſunt, ijſdem coram Iudicibus & Notarijs, coram
quibus appellant, pareant & obſequantur. Quòd ſi uel ōīo 10
eiuſmodi libertates, & conſuetudines aliæ, utpote cùm Pro-
uocatores antequam eorum appellatio admittatur aut reci-
piatur, aurum ſiue argentum præbeant, aut ſimiles conſuetu-
dines, ei ignotæ atque incognitæ eſſent, nullum eorum appel-
lationibus impedimentum adferre debebunt.

Conſuetudines uanæ & ignotæ appellationem non impediunt.

Huc facit D. Mynſingeri ſingul. obſeruat. 84. Centur. 1. & obſeruat. 36. Centur. 4.

Intra quod temporis ſpacium unaquæuis appellatio Imperiali Cameræ Iudicio interponatur ſeu intimetur. Tit. 30.

De interponenda appellatione.

NE quid autem diſcriminis uel periculi appellatio- 1
nibus coram hoc Iudicio proſequendis cõtingat,
liberum cuilibet appellatori permittimus, facta
prouocatione, petendi apoſtolos ſeu literas dimiſ
ſorias, uel non petendi. Et ſi forſitan illas petiuiſſet, ipſi autem
petenti à prioris inſtantiæ Iudicibus de refutatorijs uel Reue-
rentialibus reſponſum eſſet, aut omnino nullas obtinuiſſet:
tamen Appellans in unum, alterum, tertium, adeoq; ſextum
menſem

1 menſem, à tempore interpoſitæ appellationis computando, & non ultrà, quemadmodum Iudices quouis tempore pro locorum diſtantia, proq; cauſæ & partium qualitate ſeu conditione neceſſarium fore arbitrantur, appellationem illi ſuam interea Iudicio Cameræ per extractionem, denunciationem, ac reproductionem Citationis terminũ interponendi ac proponendi præfigant.

Interponendæ appellationis ſpacium eſt uſq; in ſextum menſem.

IDEM ALITER.

VT & illi periculo, in hoc proſequendarum appellationum Iudicio obuietur, licebit omnibus appellatoribus facta prouocatione apoſtolos aut literas dimiſſorias petere, aut non petere. Et ſi caſus ita tulerit, ut eas à prioris inſtantiæ Iudice petentes de refutatorijs, ſeu reuerentialibus reſponſum tuliſſent, aut horum nihil obtinuiſſent, habebunt tamen ab interpoſita prouocatione ſex menſes, & non amplius. Diem autem certam appellatori uel terminum præfigendo Iudex pro locorum diſtantia, & perſonarum & negocij qualitate moderabitur: Interea appellationem ſuam huic Iudicio per extractionem, inſinuationem, & reproductionem Citationis, interponendi.

Quòd ſi uerò prouocatori apoſtolos petenti uel non petenti, Refutatorios item ſeu reuerentiales, aut horum nihil obtinenti, à Iudice nullus ſtatueretur terminus, habebit nihilominus ille ſex menſes appellationem ſuam prædicto modo Ca-
2 meræ Iudicio interponendi ac proponendi. At caſu quo propter locorũ intercapedinem atq; itineris longitudinem intra hoc ſex menſium tempus Citatio interponi & cum ſua executione reproduci non poſſet: Iudex & Aſſeſſores interpellati, deq; cauſa informati, iſtud ſex menſium ſpacium prorogandi ac dilatandi habeant poteſtatem.

Quando ſpacium illud ſex menſium à Iudicibus Cameræ prorogari poſſit.

Appendix. Meminit huius conſtitutionis D. Ioan. Oldendorp. fol. 365. Incipien. Imperator noſter Carolus V.

3 Similiter ſi quis nõ coram Iudice, ſed coram Notario & teſtibus appellaſſet, & appellationem ſuã Iudici inſinuaſſet, prędicto modo ei tempus inſinuandæ appellationis per Iudicẽ de uno uſq; in ſextum menſem dari ac præfigi debebit: Idq; ſi per Iudicem omitteretur, aut appellatio Iudici non intimaretur, appellans ſex menſes, uti præfatur, habebit.

Tempus inſinuandæ appellationis in ſextum menſem prorogari poteſt.

4 Atq; in prædictis caſibus pro ſingulo menſe triginta dies computentur.

Menſis pro 30. diebus computatur.

5 Vbi uerò ſic in uno uel altero caſu appellans, his omnibus, ut ſuprà ponitur, non pareret, nec in ſtatuto tempore appella-

Quãdo appellatio pro deſerta habenda.

tionem ſuam Iudicio Cameræ per reproductionem emiſſæ & executæ Citationis in præfixo termino inſinuaret,pendenteq́; faceret,appellatio ſua tunc pro deſerta habeatur ac reputetur. Et appellatus,cui Citatio inſinuata eſt, coram Iudicio Cameræ comparendi & ad deſertionem eiuſmodi appellationis agendi ac procedendi poteſtatem habebit, ad quod etiam admitti

Non audiatur ille qui poſt deſertionem appellationis, latam ſententiam confirmari petit.

debebit. Veruntamen ſi poſt deſertionem porrò etiam pete- 6
ret latam ſententiam cōfirmari,in eo non audiatur, aliasq́; in executione latæ diffinitiuæ ad Iudices prioris inſtantiæ, ſicubi de Iure & uigore huius noſtræ ordinationis ſuam ſententiam exequi poſsint,remittatur : Sin non poſſent, tunc quidem Cameræ Iudex noſter ad interpellationem partis etiam principalem ac diffinitiuā ſententiā exequendi habeat poteſtatem.

Ignorantia huius conſtitutionis neminem excuſat.

Auguſtana Comitia.

Quandoquidē uerò partes ſæpè ignorantiam noſtræ ſan- 7
ctionis Iudicij Cameræ, præſertim quidē præcedentis articuli, quomodo in cauſis appellationū & datione apoſtolorum agi debeat,querunt: atqui talis noſtra ordinatio in ſuperioribus, ac hiſce Auguſtanis Comitijs more ſolenni corā Electoribus, Principibus, & Statibus publicè perlecta,atq; in Imperio publicata eſt, ita ut neminem eius ignorantia excuſare poſsit. Idcircò uolumus,ut Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores non attenta partium prætenſa ignorantia, in hoc caſu eam conſtitutam & publicatam ordinationem obſeruent ac retineant, deſuper pronuncient & decernant,nec per prætenſum alium aliquem uſum ab illa ſe abduci ſinant patianturue.

Quomodo, & qua forma Iudices prioris inſtantiæ acta edant, & quòd propterea contra ipſos compulſoriales à Iudicio Cameræ decernantur, & ad pœnam eorum procedatur. Tit. 31.

Pro actis prioris inſtantiæ habendis intra 30. dies inſtandum eſt apud priores Iudices.

PORRO ad promouendas appellationum cau- 1
ſas, nihilominus quoq; appellās tenebitur,ſiue reuerentiales ei,ſiue refutatorij,ſiue nihil horum pro apoſtolis dabuntur,infra triginta dies à facta appellatione,apud priores Iudices aut eorum ſcribam pro conſcribendis expediendisq́; iudicialibus actis, diligenter ſollici-

Cautio de redimendis actis ab appellāte præſtanda.

tare,& in hoc cautionem de legitimo ac condigno precio re- 2
dimendorum actorum præſtare. Ad quam etiam Iudices &
Scribæ eorum abſque mora expedire illa pro precio æquo ac 3
merito,eiq́; præbere tenebuntur, ne appellanti propterea neceſſe ſit pro editione ac inſinuatione compulſoriales petere, quinimò pro maturiori expeditione cauſæ appellationis ſuæ illa obtineat, ne queri deſuper poſsit.

Compulſoriales contra priores Iudices pro edendis actis ubi fuerit neceſſe dentur.

Neq;

4 Neque minus neceſſum fore atq; utile exiſtimatū eſt, ut paſſim in aulis Principum, & in aliarum communitatum Iudicijs ſcripto agatur, aut quæ uerbo proponunt, quocunq; tempore accuratè conſcribantur, quò acta Iudicialia in appellationibus ad Cameræ Iudicium peruenientibus, & minori ſuſpitione & maturius haberi ac conſequi poſsint. *In Iudicijs ſcripto agendum eſt.*

5 Cùm & ſæpè in appellationum cauſis, quando acta prioris & aliarum inſtantiarum Iudicio Cameræ offeruntur, priora exhibita aut reproducta mandata partium litigantium, non inſerantur aut reperiantur, per quod cauſæ mandatariorum ſeu Procuratorum differuntur, cui obuiando uolumus, ut acta non manca ſeu mutilata, ſed integra unà cum prioribus inſertis mandatis offerantur. *Acta integra unà cum Mandatis inſertis conficiantur et offerantur. Acta integra edenda. Acta integra cum mandatis inſertis perficiantur. facit D. Mynſingeri obſeruat. 88. Cent. 3.*

6 Quòd ſi uerò compertum fuerit, acta in hoc ſeu alio modo uiaq; mutilata, aut in conſcriptione eorum erratum eſſe, Iudices certè inferiores aut Scribæ eorū illa ſuis ipſorum expenſis, præter incommodum aut damnum partium ad reintegranda, aut denuò reſcribenda, ac partibus plena & integra communicanda teneantur. *Pœna non ſcribentium acta integra.*

7 Quando etiam Iudices quidam immeritò, aut ex negligentia ſuorum ſcribarum diem Menſis & horæ latæ ſententiæ intermittunt: ordinamus ac uolumus, ut Iudices inferiores, à quibus ad tribunal noſtrum Cameræ appellatum eſt, diem menſis, & non à die Dominica ſeu feſto. Similiter quoque, quantum fieri poteſt, horam latæ ſententiæ, & omnia actitata differenter, diſcriminatim & clarè notent, & in actis conſcribant. *Dies menſis & hora latæ ſententiæ notanda.*

8 Porrò, cùm hactenus Iudices quidam inferiores conſueuerint acta eorum in membranis ſeu pergameno conſcribere, ex quo multoties factum eſt, ut partes ducentos, trecentos, quadringentos florenos, aut ultra, pro actis redimendis expendere ſint coacti, cùm interdum cauſa principalis duplo nō fuerit maior: Proinde ordinamus ac ſtatuimus, ne deinceps ubiq; in omnibus Iudicijs acta in membranis ſeu pergameno, ſed in papyro conſcribantur: aut ſi in pergameno ſcribantur, ne pluris quàm ſi in papyro ſcripta eſſent, taxentur, nec partes ſuperfluis propterea impenſis grauentur. *Acta nō in membranis, ſed papyro ſcribantur.*

9 Quandoquidem & ob Gallica acta interdum uaria grauamina acciderunt, præſertim, quòd nonnunquam in translatione eorum erratum eſſet, ex quo non mediocria diſcrimina, dubitationes & ceſſationes in expediendis cauſis ſequebantur: Tum & quòd eiuſmodi translatores non quouis tempore haberi queant, et perſonæ ob id Iudicij, ubi eiuſmodi tranſ- *Gallicæ linguæ acta in latinam conuertenda.*

lationes illis demandantur, in ſtataria opera, ordinarióq; labore ſuo remorantur ac impediuntur, cauſæ ipſæ differuntur, partes quoq; duplicibus impenſis prægrauantur, quòd acta in Gallica lingua & redimere,& prætereaetiam tranſlationem exoluere cogantur. Itaq; uolumus,ut deinceps inferiores Iudices illis locis eiuſmodi acta ipſi, aut per alios non partiales interpretes ſeu tranſlatores linguarum peritos,è Gallica lingua in Latinam conuertant. Ac hic quidem acta tranſlata edere,ac partibus communicare teneantur.

Interpretatio linguarum.

10 Cumq; partes ſæpè queruntur, ſe in obtinendis actis priorum inſtantiarum per inferiores Iudices in numerando actorum precio prægrauari. Volumus ab illis acta coram ſe actitata ſic taxari,ne quis præter æquitatem deſuper queri poſsit.

Aequitas precij in communicandis actis ſeruetur.

11 Quoniam & non rarò partes ob taxas, non per inferiores Iudices,ſed eorum Scribas & Actuarios aduerſus prædictam ordinationem noſtram factas,grauantur:ſicq; fit,ut pars ſuccumbens (quæ aduerſæ parti ſuæ in noſtro Iudicio Cameræ expenſas Iudiciales ambarum inſtantiarum, adeoq; etiam iam dicta acta ſoluere ex iudicato tenet) eiuſmodi taxam moderari petat: nec quidē Iudex Cameræ & Aſſeſſores ſcire poterūt, an taxa per inferiores Iudices eo modo,ſicuti per partē uictricem oſtenſum eſt,facta ſit: & propterea nonnunq̃ cauſa ad inferiores Iudices remittitur,executorialibus interea,donec de taxa cōſtet ceſſantibus,per q̃d partes in executione obtentarū ſententiarū impediunt̄ ac remorant̄: Itaq; uolumus,ſtatuimus & ordinamus, ut porrò Iudices inferiores eò uideant,attendantq;,ne partes ab ipſis appellantes nimia ac ſuperflua taxa actorum onerentur,eamq; taxam ad acta aut circa finem eorum conſignentur ac deſcribantur.

Taxarum moderatio et conſignatio ab inferioribus Iudicibus facienda.

12 Quò item expenſis partiū pro compulſorialibus,ad edenda acta parcatur,& maturius in cauſis procedatur: Volumus Imperiale quoddam ac generale Edictum ad Iudicij Cameræ attinentes & inferiores Iudices, ſub pœna uiginti marcarum auri puri publicare,uidelicet, ut ad requiſitionem partium & cautionem æqui pretij,acta properè, ac præter moram fraude aliqua nexam,formaliter ac plenaria inſertione eorum,quę coram ipſis exhibita, actaq; ſunt,ſiue ſint mandata,ſiue petitiones,actiones,reſponſiones,dicta uel teſtium, aliaq; omnia in ſcriptis ſub fide ac teſtimonio Sigilli ſui, & dato diei, menſis & anni,ut par eſt,edant præbeantq;. Similiter & Scribas ſuos eò adigant,adducantq;,ut partium propoſitiones, & omnes actus,præſertim in cauſis, à quibus appellari poſſet, conſcribant.

Edictum generale contra inferiores Iudices pro integris actis edendis.

Nihilo.

13 Nihilominus poterunt etiam literæ compulſoriales ad poſtulationem partium, unà cum Citationibus contra Iudices prioris inſtantiæ, & alios, penes quos eiuſmodi acta Iudicialia exiſtunt, decerni, ne ex horum penuria cauſæ præpediantur
14 aut remorentur. Si qua uerò iſtud non fieret, nec compulſoriales huiuſmodi mox initio obtinerentur emitterentúrue: tunc Procuratores ex Iuramento ſuo debebunt partes ſuas informare ſtatim ante, aut poſt executionem Citationis, ſiue ad minus medio tempore ſtatuti termini apud priores Iudices pro actis edendis inſtare, aut ſufficiens documentum, infra quod ſpacium temporis Iudices illorum edendorum ſpem præbuerint. Quòd ſi uerò iſta omnia negligerentur, tunc appellans ad ſummum in primo termino compulſoriales petere tenebitur: & ſi & hoc non faceret, confeſtim appellatus ad petitionem & interpellationem ſuam ab emiſſa Citatione abſoluatur.

Cõpulſoriales pro edendis actis præbeantur petentibus.

Procuratores partes informent, ut pro actis inſtent.

Quo & huic articulo pareatur, nec partes ab inferioribus
15 Iudicibus in retentione actorum iniquè circumagantur: uolumus, ut quocunq; tempore contra eos, qui eiuſmodi Edicto noſtro aut editis compulſorialibus non paruerint, obtemperauerintúe, coram Iudicio noſtro Cameræ per partes ipſas, Imperialemq́; fiſcalem noſtrum ad pœnam mulctamq́; procedatur & agatur: In quibus etiam Cameræ Iudex noſter, partibus & fiſcali noſtro debita declaratione ac extorſione pœnarum, prout de Iure iuxtaq́; hanc noſtram ſanctionem auxiliabuntur. Simul & inferiores Iudices in edendis actis ſupinos ac negligentes partibus damna & expenſas, in quas ob talem moram ac retentionem actorum inciderint, ex decreto Imperialis noſtri Iudicij Cameræ refundere atque perſoluere teneantur.

Fiſcalis ad pœnam non parentium compulſorialibus procedat.

Iudices inferiores acta non edentes partibus damna & expenſas refundere tenentur.

16 Ordinamus quoq; & ſtatuimus, appellationes in omnibus caſibus & cauſis, de quibus hac ordinatione ſpecialis non eſt facta prouiſio, prout de Iure communi obſeruari.

Ius commune obſeruetur in non expreſſis.

Quot perſonis interlocutoriæ & diffinitiuæ ſententiæ concipiantur. Tit. 32.

A Quot perſonis quocunq; tempore ſententiæ referendæ ſint & concipiendæ, ſuprà in prima parte ſub titulo de Aſſeſſorum officio in conſultationibus ordinatum eſt atq; prouiſum.

De uacantijs & ferijs. Tit. 33.

1 VOLVMVS quoq;, deinceps uacantias ſeu ferias obſeruari, ut ſequitur.

Feriarum nomenclatura per totum annum.

Item à uiceſima quarta die Decembris, uſq; ad ſextam diem Ianuarij, incluſiuè ſextæ diei.

Item in Bacchanalibus à die Dominica Eſto mihi, uſque ad Dominicam Inuocauit.

A Palmarum die, ad Quaſi modo geniti.

A Dominica Vocem iucunditatis, uſq; ad Dominicam Exaudi, ante meridiem tantùm, ſi quæ Iuridicæ fuerint.

A Pentecoſtes uigilia uſq; ad Dominicam Trinitatis, prorſus incluſiuè.

Ab octaua die Iulij, uſq; in quartamdecimam diem Auguſti incluſiuè.

Præterea omnes dies feriatæ in Dei ſanctorumq́; honorem bannitæ per integrum annum.

Alioquin cæteræ uacantiæ, feſta Palatij, aut alia noua non bannita aſſumpta feſta, non obſeruentur.

Quid in ferijs quoque Prætor & Aſſeſſores agant.

2 Quò item partes & earum cauſæ prouehantur, uolumus his mediantibus declaratum eſſe atq; permiſſum, quòd tempore uacantiarum, aliaſue (exceptis tamen Dominicis ac alijs ſummis feſtiuitatibus) Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores

Supplicationes accepteniur in ferijs, Citationes & Proceſſus decernantur.

3 non ſolùm in conſilio referant ac ſententias concipiant: Verùm etiam Supplicationes acceptent, Citationes & Proceſſus decernant atq; emittant.

Quòd Iudicium Cameræ deinceps Spiræ celebretur. Tit. 34.

QVANDOQVIDEM hucuſq; plures ætate iuxtà ac eruditione ſpectabiles uiri, ut in Imperiali noſtro Iudicio Cameræ conditiones accepiſſent, adduci non potuerunt, aut ubi accepiſſent, rurſus reliquerunt, propterea, quòd idem noſtrum Iudicium Cameræ certo in loco conſtitutum non eſſet. Quo ergò tales perſonæ deinceps citius huc faciliusq́; permoueri queant, & alijs, qui ad hoc munus inepti ſunt, non detur locus: cum Electori-

Spiræ ſit tribunal Cameræ perpetuò, niſi peſtis & bella prohibeant.

1 bus, Principibus & Statibus nos concordauimus, ac uolumus, ut porrò Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ continuò Spiræ ſit ac obſeruetur, nec aliò transferatur, niſi ex grauibus & legitimis cauſis, noſtra, aut abſentibus nobis dilecti fratris noſtri Romanorũ Regis, atq; Electorum, Principum, & Statuum ſcientia ac uoluntate. Atqui tamen ſi uel peſtis uel lues graſſaretur, uel uis belli ingrueret, ita ut eo in loco tribunal & Iudicium tutò celebrari non poſſet, facultatem habeant Iudex noſter Cameræ & Aſſeſſores, Iudicium aliò ad tutiora aptioraq́; loca transferendi, tamdiu donec peſtis, aut uis Martis deſæ-

tis deſæuierit, & Iudicium rurſus ſuo & conſueto loco celebrari poſsit.

Quòd Iudicio Cameræ ſuus curſus rectus permittatur. Tit. 35.

CVM à nobis uigore priorum Imperij ordinationum unà & Electoribus, Principibus ac Statibus conſenſum atque conceſſum ſit, Imperiali noſtro Iudicio Cameræ, non attenta aliqua reſtitutione, ſupplicatione, aduocatione, aut alia ſuſpenſione ac remoratione, ſuus rectus ac minimè impeditus curſus permittatur, nec quidquam huic aduerſum concedatur: cui & Electores, Principes, & cõmunes Status ita ſe parituros receperunt &c. Cùm idem ergo Iudicium noſtrum ſuis & capite & membris, alijsq; attinentibus perſonis rurſus nunc magnificè iuxta ordinationem hanc noſtram inſtauratum atq; conſtitutũ eſt: Volumus, ut in iam dicto conſenſu illud ac conſtitutione, ſimiliter & executione ac firma manutentione ſeu conſeruatione maneat atq; perſiſtat, quemadmodum nunc denuò & de nouo quidem iſtud per nos & Status permiſſum atq; conſenſum eſt. Et ſiquid contrarium huic uel exiret uel impetraretur, idipſum nullius dignitatis, nulliusq; momenti ac nihili prorſus ſit, habeaturq́;, neq; à Iudicio noſtro Cameræ ullo pacto recipi debebit.

Meminit huius conſtitutionis ſeu articuli D. Ioan. Oldendorp. in ſuo exceptionum Enchiridio.

Iudicio Cameræ ſuus certus rectusq; curſus permittatur, nec impediatur. fol. 566. incip. poteſt autem tunc demum ſupplicare &c.

Poteſtas reſeruatur de ulteriori prouiſione ac declaratione ordinationis Iudicij Cameræ, facienda quantum ad Proceſſum attinet. Tit. 36.

SICVBI fortè in hac ordinatione ob Proceſſus Iudicij Cameræ dubium incidat, aut ulteriori prouiſione opus fuerit, Iudici noſtro Cameræ & Aſſeſſoribus mandauimus, quouis tempore, ubi neceſſarium fore exiſtimauerint, Proceſſus gratia hanc ordinationem noſtram pro ſua prudentia quantò rectius poterunt, declarent, emendent, ulteriorem prouiſionem ac ordinationem faciant, eamq; annuam uiſitationem Imperatorij noſtri Iudicij Cameræ obſeruari iubeant, quæ tunc quidem unà cum alijs defectibus ordinatis commiſſarijs & uiſitatoribus proponantur, uel ut approbent, uel ut aliàs quæ facto opus ſint, ſtatuant.

Reſeruatio ulterioris prouiſionis & declarationis huius ſanctionis.

Finis ſecundæ partis ordinationis Imperialis Iudicij Cameræ.

SEQVI-

SEQVITVR PARS TERTIA ORDINATIONIS IV. dicij Cameræ, de Iudiciali Proceſſu.

De Iudiciali audientia, quo tempore, & quot diebus in ſeptimana haberi debeat. Titulus 1.

Tribus diebus in ſeptimana ſit publica audientia.

Ianua aperta Iudiciũ et audientia habeatur.

Sententiæ & decreta pretore & Aſſeſſoribus omnibus præſentibus publicentur.

Ordinaria audientia à Iudice & octo Aſſeſſoribus ſeruetur.

Contumaciarum à Comite ſeu Barone et quatuor Aſſeſſoribus.

SANCIMVS, ordinamus, ſtatuimus, ac 1
uolumus, ut coram noſtro Prætore Cameræ et Aſſeſſoribus, tribus diebus in ſeptimana, uidelicet, die Lunæ, die Mercurij, & die Veneris, ijſdem ſingulis diebus poſt meridiem, hora præfixa, & ianua aperta Iudici- 2
um & audientia habeatur: Et quidem initio 3
ſententiæ ac decreta ſeu receſſus cuiuslibet audientiæ, ſicubi facta fuerint, coram Iudice Cameræ, aut eius loco coram Comite ſeu Domino, ut præſidente, & omnibus Aſſeſſoribus publicentur: ac tum conſequenter ordinaria audientia coram Iu- 4
dice Cameræ & octo Aſſeſſoribus, atq; audientia contumaciarum coram Comite aut Barone quatuorq; Aſſeſſoribus 5
ſeruetur. Si quæ cauſæ uerò à contumacijs proponendæ ſint, eæ coram duobus ad hoc ſpecialiter ordinatis ac deputatis Aſſeſſoribus proponantur aganturq;, ut infrà ſtatutum atq; ordinatum eſt. Hinc ſecludantur omnes feriati dies in hono- 6
rem Dei, aut neceſsitatem hominum banniti ſeu conſecrati, in quibus nullum exerceatur Iudicium.

In ferijs nullum exerceatur Iudicium.

Fiſcales cauſæ quando agendæ.

In hebdomade ſemel atq; iterũ fiſcalia Iudicia ante uel poſt 7
meridiem, prout quouis tempore noſtro Iudici Cameræ & fiſcali, aut ſuis deputatis uſui ac opus fore uidebitur, exerceantur, in quibus contributiones & taxæ cenſitorum, ac aliæ Imperij ferendi auxilij quotæ tractentur, modo quo ſuprà in prima parte huius ordinationis (ſub Titulo de fiſcalis officio coram tribunali) conſtitutum eſt, cautumq;.

De uiciſſitudine audientiæ, ſeu de reciproca audientia ordinariarum & extraordinariarum. Tit. 2.

Cauſæ extraordinariæ priuilegiatæ ante alias promouendæ.

Audientia in ordinarijs & extraordinarijs reciproca.

QVO autem cauſæ aliter, & iuſto ordine agantur, 1
ac cauſæ extraordinariæ, quæ uigore ac ui huius cõſtitutionis priuilegiatæ ſunt, ante alias promoueantur: ordinamus & ſtatuimus, ut porrò audientiæ in ordinarijs & extraordinarijs per uices atq; recipro- 2
cè fiant, ita ut diebus commutatis ac mutuis tractentur. Quoniam autem Procuratores hactenus eiuſmodi commutationem

nem ac uiciſsitudinem nonnunꝙ per errorem prætergreſsi ſunt, Protonotarij ſingulis diebus Iuridicis in Iudiciale Protocollum ſuum conſignabunt, quibus in cauſis agendum ſit, idq́; omni tempore, cùm quæſtio ſeu interrogatio circularis per Iudicem Cameræ fit, in audientia publicè indicabunt.

3 *Protonotariorum Protocollum indicet cauſarum audientias.*

4 Hæcꝙ uiciſsitudo in tertia aut quarta interrogatione circulari, uidelicet in præfixis, & ordinarijs, ſimiliter & in contumacijs locum habeat: atquí in ſententijs & in nouis citra diſcrimen cuiuslibet audientiæ in ordinarijs & extraordinarijs agi poteſt

Viciſsitudo in præfixis, ordinarijs et contumacijs ſeruetur.

Vt uerò ſciatur, quæ cauſæ extraordinariæ, quæue ordinariæ ſint, ſequetur earum differentia.

Extraordinariæ. *Tit.* 3.

Cauſæ extraordinariæ quæ ſint, enumerantur.

1 Nimirum, ſi quis proponat tribunal Cameræ non eſſe ſuum Iudicium ordinarium, petens ſe remitti ad ſuum Iudicem.

2 Item, ſi formalitas appellationis impugnetur.

3 Item, ſi pro edendis ac obtinendis actis, & pœnis compulſorialium agatur.

4 Item, cauſæ attentatorum & inhibitionum.

5 Item, cauſæ fractæ ſeu uiolatæ pacis.

6 Item, cauſæ uiolentæ ſpoliationis, appellatę cauſæ ſpolij.

7 Item, ſi res, propter quas litigatur, propter dilationem & moram iuſtificationis ſint perituræ.

8 Item, cauſæ, quarum mora ingens damnū exoriri poſsit.

9 Item, cùm Rotuli dictorum teſtium producuntur, & contra eos ante publicationem agitur.

10 Item, ſi quis ſecundum aut tertium terminū ad probandum petat.

11 Item, taxatio Iudicialium expenſarum & damnorum.

12 Item, ſi quæ pars nutrimenta ſua petat.

13 Item, cauſæ liquidationis & executionis ſententiæ.

14 Item, omnes cauſæ mandatorum pœnalium.

15 Item, cauſæ controuerſæ poſſeſsionis.

16 Item, cauſæ legis diffamari.

17 Item, cauſæ relaxationis iuramenti ad effectum agendi.

18 Item, cauſæ nullitatis Proceſſus & ſententiarum.

19 Item, Tutorum & Curatorum petitio & adminiſtratio.

20 Item, ſi petatur ſequeſtratio in cauſis, quę coram Iudicio Cameræ alioquin non pendent.

21 Item, cauſæ in quibus petitur decreti interpoſitio.

22 Item, inſinuationes donationum.

23 Item confirmationes dotium.

24 Item exemplificationes Priuilegiorum.
25 Item miſsio ex primo decreto.
26 Item miſsio ex edicto Diui Adriani.
27 Item ſi mulier uentris nomine in poſſeſſ. mittatur.
28 Item noui operis nunciatio.
29 Item cautiones damni infecti.
30 Item appellationum cauſę, in quibus ob memoratas extraordinarias cauſas in prima inſtantia actitatum fuit.

Cauſæ ordinariæ. Tit. 4.

Ordinariæ ſunt cæteræ omnes cauſæ præter illas ſuprà memoratas.

OMNES reliquæ cauſæ, quæ ſub memoratis extraordinarijs nominatim non ſunt comprehenſæ, 1 ſiue ſint ſimplicis querelæ, ſiue appellationis, ſub ordinarijs comprehendantur, atq; in Iudiciali audientia ordinariarum tractentur.

Quòd interrogationes ſeu quæſtiones circulares in qualibet Iudiciali audientia fieri debeant. Tit. 5.

Sex circuitus actuum ſeu circuli in audientia publica enumerantur ac deſcribuntur.

In { Nouis. Præfixis. Ordinarijs. Contumacijs.

STATVIMVS, ordinamus, ac uolumus, ut in quauis Iudiciali audientia poſt publicationem ſententiarum & decretorum ſeu receſſuū ſex rogationes circulares fiant: Prima, an quis ad latas ſententias agere uelit. Secunda, an quis aliquid in nouis propoſiturus ſit. Tertia, ſi cui per ſententiam iniunctum ſit, aut alioqui de proprio conſenſu agere debeat in præfixis. Quariò, ecquis ex ſacri Imperij conſtitutione acturus ſit aut concluſurus in ordinarijs. Quinta eſt in contumacijs, uidelicet, num quis cauſas, cur ad obtentos & præfixos in contumacijs terminos non agat, proponere aut concludere debeat. Sexta, an quis alterius inobedientiam ſeu contumaciam accuſandam putet.

Quæſtiones circulares ex ordine ſunt agendæ iuxta cuiuſq; Procuratoris ſtationem.

Cumq; hactenus Procuratores nonnunquam ordinem in proponendis eorum cauſis in prædictis interrogationibus, circularibus non retinuerint, ſed potius eiuſmodi quæſtiones confuderint, ac ita non ex ordine, ſed confuſè egerint, quamobrem cauſæ ut plurimum intricatæ ac impeditæ fuerunt: cui obuiando uolumus, ut deinceps quæuis cauſa ſuo circuitu & 2 quæſtione, ad quam pertinet, per Procuratores ex ordine & ſtatione cuiuſq; agatur ac proponatur, nec cōcedatur, ut eiuſmodi circuitus ſeu quæſtiones circulares confundantur, ac prædicto modo præter ordinem agantur.

Prætor curet ut à primo ad ultimum Procuratorem quæſtio circumeat.

Iudex quoque noſter Cameræ ad hoc conniti debet, ut ſingulis audientijs & Iuridicis diebus quantum fieri poteſt, ad-

minus

minus ſuper ſententijs primò: & in nouis ſecundò: ſimiliter in excuſationibus quinto circuitu ſeu quæſtione omnes Procuratores à primo ad ultimum, ac ita quiſq; ſua ſtatione & ordine audiatur: Et ſi qua in reliquis quæſtionibus circuiri non poſſet, ut ad minus in eodem circuitu ſeu quæſtione circulari Procuratores aliqui prædicto modo in actibus ſuis audirentur, ac ſequenti Iuridica die quęſtiones rurſus à Procuratore, penes quem actus ſubſtitit, inciperētur, atq; ita circūducto or-
4 dine ad finem uſq; cōtinuarētur. Vt autem & Iudex noſter ſciat à quo Procuratore in qualibet circulari quæſtione inchoandū ſit, Protonotarij in ſua protocolla, penes quem Procuratorem quouis tempore quęſtio hæſerit, conſignent, ac idem pòſt in Iudicio indicent.

Protonotarij notent penes quem Procuratorem ſubſiſtat actus.

Quid, ac quomodo ad primam circularem quæſtionem ſuper ſententijs latis agi debeat. Tit. 6.

1 SENTENTIIS latis, Procuratores ordinem ſuū ſecuti, ad alias nullas ſententias ſeu decreta, quam quæ eo die & in eadem audiētia publicata lectaq; fuerint, prima circulari quęſtione agant, aut ad agendum admittantur.

In prima circulari quæſtione, nempe, Super ſententijs & decretis codē die latis factiſq; quærendū agendumq; quid ſit.

2 Volumus quoq;, ſi qua deinceps Procuratorib. negocia ſeu literas, inſtrumenta, mandata, aliaue latis ſententijs decretiſq; datis proponenda uel produceda ſint, ut in ijs ipſis decretis ſimul & dies & tempus ſtatuatur, aut ſi id non fiat, ut Procuratores tempus ordinationis habeant, ac præterea ob nō neceſſarias petitiones ſtatuendi temporis non audiantur, Niſi quis ex prægnantibus cauſis in tempore ordinationis agere, aut illud per ſententiam ſibi iniunctam proponere non poſſet, tunc quidem ei, ulterius ſpacium in huiuſmodi prima circuitione ſeu quæſtione petere licebit.

Dies tempuſq; in decretis ſtatuatur Procuratori ad agendum.

3 Similiter ſi partium aliqua per ſententiam ad probandum admittetur, ei mox à publicatione ſententiæ terminum probandi petere licebit.

Terminus probandi à mox dato decreto ſtatuatur.

4 Quòd ſi uerò Procuratori, litē conteſtari, concludi, aut aliud quippiā eodem Iuridico die agi per decretū iniungiť, id quidē mox in eiuſmodi circulo, aut poſtea in præfixis præſtabit.

Conteſtandi litem, concludendi, etc, actus mox eo die præſtetur.

5 Latis autem à Iudicio Camerę ſententijs, literę dein ſententiarum aut alij Proceſſus poſt publicationem earū in Iudicio per Procuratores non petantur: ſed eæ poſtea ad eorum requiſitionem ex Cancellaria Iudicij Cameræ præbeantur.

Literæ ſententiæ et Proceſſus ex Cancellaria petantur & præbeantur.

Quæ cauſæ in nouis tractentur. Tit. 7.

1 IN nouis, aliæ nullæ cauſæ preter recentes ac nouas, & quicquid ad eas pertinebit, agi debent, uidelicet, Citationum, in-

In nouis quid agitur, cū enumeratione quæ nouæ cauſæ uocentur.

hibitionum, compulſorialium, mandatorum pœnalium, aliaq́; ſim les Proceſſus. Item mandatorum procuratoriorũ, inſtrumentorum, appellationum, petitionum executorialium, libellorum ſupplicationum, productionum actorũ, & reproductionum eorundem. Item rotularum examinũ. Item cùm appellans legitimè præpeditus, & propter nondum conſecuta acta ulterius ſpacium ac terminum ad producendum libellum & acta impetrat, nec aliæ cauſæ actuſue immiſceantur.

Conceſſum igitur ſit, in memoratis cauſis, ſiue ſint ordinariæ ſiue extraordinariæ, citra diſcrimen cuiuslibet Iudicialis diei in nouis agi.

Quæ cauſæ in præfixis agantur. Tit. 8.

Quid in præfixis agi aut proponi debeat.

Tertia circularis quæſtio, & quid in ea faciendum proponendumue.

CVM ſæpè accidat, ut Procuratoribus tempus ex ordine obtinentibus, et ſub idem tempus nihil agentibus, ulterius ſpacium & dilatio per ſententiam & decretũ ſtatuatur, aut Procuratores ipſi inter ſeſe certũ tempus agendi aſſumant atq; in hoc conſentiant: Quicquid igitur Procuratoribus uirtute eiuſmodi latarum ſententiarum, aut proprij conſenſus, in ſtatutis aut ultroneis termi- 1
nis, aut ſicubi eos propter alia accidentia intermittunt, pôſt a- 2
gendum fuerit, id quidem in eiuſmodi tertia circulari quæſtione, uidelicet in præfixis, agi ac proponi debebit. Sic ut deinceps ſemper poſt nouas cauſas primus Procurator ordinis, eum præfixum, aut ultrò aſſumptum terminum incipiat, ac ita conſequenter deſcendendo ex ordine ad finem uſq;, uerbales quoq; concluſiones unà cum ijſdem præfixis peragantur.

Quid in ordinarijs agi conueniat. Tit. 9.

Quarta circularis quæſtio, & quid in ea faciendum.

AT quiſquis Procuratorum pro cauſis agendis ſiue concludendis tempus ordinationis acceperit, uel 1
obtinuerit, ac ſic quidem eodem in termino huius ordinationis acturus ſit, id quidem in hac quarta quæſtione circulari, quam uocant in ordinarijs facere atque proponere debebit.

Tamen & is, cui prẹter illud ſpaciũ ordinationis, uerbo ut concludat, per ſententiam iniunctum eſt, aliaſue tenetur, poterit id quidem hoc circulo etiam conſequi atq; perficere.

Vt in duabus ultimis quæſtionibus contumaciarum agatur. Tit. 10.

Contumaciarum cauſæ & circui ut quondam duobus tantùm adminiſtrabantur.

CVMQVE hactenus, ſimul atq; ordinaria audi- 1
entia finita fuerat, Iudex Cameræ & Aſſeſſores egreſsi, ac duo tantùm Aſſeſſorum permanſerunt, qui audiendis cõtumacijs intereſſent, unde & confuſio

fuſio ordinis oborta,& cauſæ nonnihil prorogatæ ac præpe-
ditæ fuerant in cõtemptũ ac dedecus Iudicij Itaq; ordinamus,
2 ut à ſeruata ordinaria audientia,alter Comitum ſeu Baronum
ad ſpeciales deputatos audientiæ contumaciarum, quorũ de-
inceps quatuor ſint,loco Iudicis conſideat,& cauſas contuma
ciarum coram quatuor illis deputatis audiat, ac ſuper ſingu-
lorum propoſitis ac petitionibus,quantum fieri poteſt, iuxta
qualitatem & conditionem cauſæ pronunciet atq; decernat.

Quatuor auditores ſint contumaciarum, adiuncto Comite ſeu Barone loco Iudicis.

3 Ergo in contumacijs deinceps duo circuitus ſeu circulares
quæſtiones fiant,modo ſuprà dicto:In priore quiſq; Procura
tor,qui in eadem audientia,ad antea in contumacijs præfixos
alias ue obtentos terminos egiſſe debuit,cauſas, cur non ege-
rit,ut infrà dicetur,proponere tenebitur : tum & hæc prima
quæſtio ſingulis diebus Iuridicis ſeruetur, etiamſi rogationes
illæ ordinariæ audientiæ ante hanc non finiantur. Altera uerò
rogatione cuilibet inobedientiam ſeu contumaciam alius, qui
in termino ordinationis non egit,aut qui ulteriorem dilatio-
nem obtinuit,& intermiſsi actus in priore rogatione excuſa-
tionem nullam attulit,in modum ſequentem,accuſare conce-
detur: ita tamen ut paucis uerbis indicet,quid is,cuius contu-
maciam accuſat,agere debuerat.

Duæ circulares quæſtiones ſeu rogationes in contumacijs fiant.

Pro maiori etiam declaratione, quomodo & quid in eiuſ-
4 modi ambabus contumaciarum quæſtionibus, & circuitio-
nibus agendum ſit : ſtatuimus,ordinamus ac uolumus,ut de-
inceps ſinguli Procuratores ſuos terminos,in quo,iuxta hanc
ordinationem agere debent,obſeruent : Quos ſi uerò ob ac-
cidentia impedimenta non obſeruaſſe parti aduerſæ liberum
ſit, in ſecunda & ultima circulari quæſtione ſeu rogatione
contumaciarum,illius contumaciam accuſare. Si ad hæc ac-
cuſatus ulteriorem dilationem quàm ad proximam agendi
non peteret,hæc illi pro prima uice per partem aduerſam con
cedatur.

Quiſq; Procuratorum ſuos terminos ex ordine obſeruet.

5 Quòd ſi is contumax ad priorem partis aduerſæ implora-
tionem, ulterius ſpacium ac dilationem quàm ad proximam
peteret,legitimas cauſas unà cum excuſatione contumaciæ,
mox à facta imploratione paucis uerbis adducet:aut ſi hoc ita
non poſſet fieri,ſcripto proponendas ſe comparet.

Cauſas ulterioris ſpacij legitimas Procurator alleget.

6 Ad quas uerbo ſeu ſcripto propoſitas excuſationes & cau-
ſas pars implorans mox in eadẽ audientia abſq; ulteriori ſcri
pto ac longa narratione per generalia agere, cõcludere & de-
cretum deſuper expectare debebit.

Implorans generalia dicat, concludat & decretum expectet.

7 Quòd ſi contingeret, ut accuſatus Procurator denuò ter-
minis his ac dilationibus obtentis,aut ſub id tempus,etiam ad

Rei Procurator nõ potens agere, cauſas det in ſcriptis.

prædictam ſubmiſsionem, decreto datum, ex legitimis iuſtisq; cauſis non poſſet agere, tunc quidem ſuas cauſas & excuſationes in termino, in quo egiſſe debuerat, in prima interrogatione contumaciarum ſcripto aut uerbo proponere, parsq; aduerſa deſuper omni modo, ut ſuprà dictum eſt, concludere tenebitur.

Si cauſas non dat, expectet decretum.

Idem Procurator ſi eiuſmodi cauſas & excuſationes ſuas 8
in prima quæſtione contumaciarum non adferret, ac porrò aduerſarius contra ipſum imploraret, tunc quidem irremiſsibiliter pœnam ordinationis præſ[illegible] & nihilo ſecius ſuper utriuſq; partis ſubmiſsione ulterioris petitæ dilationis gratia decretum expectabit.

Ad dilationes accuſati fruſtraneas decernatur prout de Iure, niſi rurſus excuſationes legitimas adferat.

Siuerò idem accuſatus, per decretum, aut de conſenſu ad- 9
uerſæ partis ultra hæc omnia, alias quoq; prorogationes ac dilationes obtineret, easq; etiam inanes ac fruſtrà prætei labi ſineret: in principali cauſa tunc quidem iuxta eius conditionem ad interpellationem partis aduerſæ in contumacijs decernatur, prout de Iure, reſeruata quoq; pœna ad æſtimationem. Niſi contumax intermiſsi actus ſui notorias & legitimas excuſationes haberet, quas rurſus quidem modo prædicto proponendas ſibi conceſſas eſſe uolumus.

Ordine quisq; ſuo audiendus Procurator, quibreues ſint in ſuis proloquijs.

Ac debent Procuratores in tali audientia contumaciarum, 10
non ſecus atq; ex ſtatione & ordine quiſq; ſuo audiri, ac mutuò ſuas quàm breuiſsimè contumacias accuſare, & à non neceſſarijs proloquijs et narrationibus, utpote enumeratione latarum ſententiarum & receſſuum abſtinere: Si uerò ipſa neceſsitas omnino longiorem excuſationem exigeret, ad proximam iſtud in ſcriptis fiat, ac deſuper ab altera parte mox uerbo concludatur, nec ulteriora ſcripta actúſue admittantur, ſub pœna mulctaq; ordinationis. Cui pœnæ & is ſit ſubiectus, quiſquis immeritò & contra hanc ordinationem alterius contumaciam accuſat, cùm Procuratores in his prædictæ ordinationi parere debeant.

Quæ cauſæ coram deputatis poſt Iudicialem audientiam agantur. Tit. 11.

Bini Aſſeſſores deputentur, coram quibus leuiores cauſæ actusq; agantur.

SEMPER poſt habitam iudicialem audientiam 1
duo ex Aſſeſſoribus per Iudicem noſtrum Cameræ deputentur ac ordinentur, ad Procuratores in ſuis proloquijs cauſarum coram deputatis, ut ſequetur, agendarum, audiendos, ſuper quibus leuibus actibus ijdem mox quoq;, ut æquũ eſt, decernant, aut deſuper in proximè ſequenti conſilio relationem faciant.

Primùm,

2 Primùm,cùm in agnitione ſeu recognitione Sigillorum,ſi-gnorum Notariorum,manuum, aut aliarum ſcripturarum plerunq; per Procuratores in Iudicio non neceſſaria uerba in diſpendium partium & prorogationem cauſarum profunduntur: Volumus,ut eiuſmodi inſpectio,ſeu recognitio Sigillorum,Notariorum manuum,& ſcripturarum,deinceps nō in Iudicio,ſed poſt audientiam coram deputatis fiat.

Actus leuiores enumerantur,qui coram duobus deputatis fiant.

3 Item ſi quis ad proſequendam ſuam decreto impoſitam ſibi probationem Commiſſarios petere ac nominare uellet, id per litigantes in eorum productis pariter cum alijs actibus, aut quidem coram prædictis deputatis præſente aduerſæ partis Procuratore fiat. Et ſi qua utrinq; inter ſeſe ſuper his concordare non poſſent,tunc alteri parti in ordinaria audientia ſuam exceptionem proponere concedatur, ac deſuper decretum promulgetur.

Commiſſarij probationum dentur coram deputatis.

4 Cùm Procuratores indicare uolunt, quòd in pendentibus cauſis partes eorum mortem obierint & in fata conceſſerint, aut in amicabili compoſitione ſeu tranſactione ſint, aut iam tranſegiſſent,non coram Iudicio id,ſed inter ſe ipſos, aut corā deputatis facere debebunt.

Allegatio obitus partium, compoſitionis & tranſactionis cauſæ coram deputatis fiat.

5 Vt item in hac ordinatione alibi cautum eſt,ne ſecunda aut tertia dilatio abſq; cauſę cognitione,ac indicio ſufficientis diligentiæ concedatur : Volumus,quòd ſi Procurator iuſtas illas petendi cauſas habuerit,id coram deputatis faciat ſimul,& quibus de cauſis in prioribus dilationibus probatio fieri non potuerit,declaret.

Cauſæ, ſecundæ aut tertiæ dilationis allegandæ coram deputatis.

DE terminis primæ inſtantiæ coram Imperiali Iudicio Cameræ, ac primùm:

De primo Iudicum conſeſſu ſeu termino,quomodo ac quid in eo agi debeat. Tit. 12.

1 IN primo ſtatuto Iudiciali termino emiſſę Citationis,in cauſis ſimplicis querelæ, Actor per ſe ipſe, aut ſuum conſtitutum procuratorem compareat, ac primò uel emiſſam Citationem,uel mandatum, aut Proceſſus cum ſua inſinuatione aut executione, abſque tamen nuncupatione eius, qui executus eſt, ſimiliter & actionem ſuam ſcripto : Aut ſi per Procuratorem comparet, ſufficiens mandatum coniunctim ac ſimul paucis uerbis præfando proponat atq; exhibeat.

Citatio,Mandatū,Proceſſus breuiſſima narratione proponantur.

2 Ac primùm quidem,quod ad Citationem,Mandata ac alios Proceſſus attinet,non eã antè emittantur, quàm per Præto-

Quibus medijs & conditionibus Citationes,

Mandata, & Proceſſus impetrantur.

rem noſtrum & Aſſeſſores ad requiſitionem principalis, uel ſui conſtituti Procuratoris, aut cuiuſdam Imperialis Iudicij Cameræ Iurati Aduocati & Procuratoris, qui principalis ſui iura ac informationem penes ſe habeat: cum & cautionem præſtiterit, in primo termino ſufficiens ſe mandatum, & ſi ſit neceſſe, ratificationem anteactorum exhibiturū, decretum ſit, perq; Notarium noſtri Iudicij Cameræ, regiſtratum. Attamen cùm principalis Procurator, ſi non eſt iuratus Iudicij Cameræ Aduocatus aut Procurator, pro Citatione ſupplicaret, ſollicitaretq;, ea ſupplicatio per iuratum Procuratorem aut Aduocatum ſubſcribatur.

Cauſæ in ius uocandi exprimantur in Citatione.

3 In quibus Citationum literis ac Proceſsibus, cauſę, cur quis citetur, aut in Ius trahatur, exprimantur, ita, ut citatus aut reſpondens in præfixo termino paratus comparere: aut ſuum Procuratorem, quid ſuper re, cauſáq; agat, informare poſsit, non neceſſarias dilationes cauſæ hac uia reſecantes.

Quomodo in perſonas plures una Citatione comprehenſas, non uno in loco commorantes executio fiat.

4 Cumq; ex con uetudine noſtri Iudicij Cameræ in citatorijs literis numerus aliquis dierum, utpote, triceſima die poſt inſinuationem &c. poni ſoleat, ſed contingat quandoq;, ut plures quàm unam, perſonas cauſa concernat, non uno eodemue in loco reſidentes, quibus Citatio una die inſinuari nequeat: unde diſceptationes, dubia, & errores emergunt, ſi eodem die inſinuatio non fiat, uidelicet, an dies Iuridica poſt primam aut alias ſequentes inſinuationes computari debeat. Cui obuiando uolumus, ut deinceps eo caſu prolixus ſatis ac certus terminus in citatorijs literis ad æſtimationem noſtri Iudicij Cameræ, in quo citati omnes comparere poſsint ac debeant, prçfigatur: & omnibus illis, ut par eſt, præſentibus archetypis, id eſt, per originalia inſinuetur. Tum & cuilibet eorum pariformem antigraphum ac conſonam copiam, ſuper qua executio per iuratum tabularium ſiue Notarium, qui executionem fecit, conſcribatur, ac porrò archetypus uel originale per actorem cum executione in termino iudicialiter reproducatur.

Imperiale Sigillum Citationibus & alijs Proceſsibus appendatur.

5 Vbi huiuſmodi Citationes & alij Iudiciales literæ à noſtro Iudicio Cameræ hunc in iamdictum modum decretę fuerint, eæ ſub noſtro nomine & titulo, ſubq; noſtro Imperiali Sigillo exeant ac emittantur.

Plurium partium unus Procurator, unam quidem ac primum nominet in Citatione.

6 Cumq; ita in una Citatione plures litigantium nominarentur partes, & in earum nomine omnium unus tantùm ſeſe intromitteret Procurator, non amplius uno ex illis, & primum quidem ſuo nomine nuncupet ac indicet, hac tamen appendice (& alij in Citatione expreſsi) inſcribat ac intituletur cauſam, eamq; in ſubſequentibus Proceſsibus intitulationem primam

mam cauſæ ad finem uſq́,ac tamdiu,donec nominatus in lite fuerit,obſeruet. Si uerò Procurator non omnium nomine in Citatione nuncupatorum ſe intromittit, eos tunc, quorum nomine comparet,nominatim indicare poterit.

IDEM ALITER.

Nuncupatis autem in una Citatione pluribus litigantibus, quorum omniũ nomine unus Procurator acturus ſit,is unum tantùm ex illis, primum uidelicet nominatim indicare debet, cum hac appendice (& reliquos in Citatione nuncupatos) cauſam intitulando,ac deinceps in Proceſſu eiuſmodi intitulationem ad finem,& quouſq; nominatus ille in lite permanebit,retineat.Si quis Procurator autem non omnium in Citatione inſertorum nomine agere uolet, eos quidem, quorum nomine comparet,nominatim indicare minimè prohibeatur.

7 Si quis Procuratorum etiam in cauſa pendente cuiuſdam tertij nomine ſe Iudicio ſiſteret,eam cauſam prima intitulatione indicet,& in hac ſubſiſtat ac commoretur.

Nomen cauſæ initio inditum retineat Procurator.

8 Secundò,quantum ad actionem pertinet, quam in primo termino Actor propoſiturus eſt, cuiuſuis Actoris arbitrio liberum eſſe uolumus,ſuam actionem uel articulatim componere,uel ſummariè proponere,& conſequenter, ut par eſt, in termino articulandi,articulatim exhibere, nõ quidem uerbo, ſed in ſcriptis.

Actori liberum ſit actionem articulatim, uel ſummariè proponere.

9 Tertiò, quod ſpectat ad Mandata procuratoria,quæ amborum partium Procuratores exhibent, ea quidem non ad unum actum,ſed ad totam cauſam dari; nec alio modo tanq; ſufficientia,admitti debebunt.

Mandata procuratoria non ad unũ actum, ſed ad totam cauſam dari oportet.

10 Quòd ſi Procurator quiſpiam uirtute ac ui generalis Mandati,cuius originale iam antea in alijs cauſis exhibitum eſſet, ſeſe intromitteret, copiam eius à protonotario aut Lectore collationatam producat, diem & cauſam,quando originale exhibitum ſit, conſcribat, eaq́; uerbo ſeu oretenus commemorare deſinat. Similiter quoq; in Priuilegijs,inſtrumentis,& alijs literis,quarum originalia in alijs cauſis prius exhibita fuerunt,obſeruetur.

Antigraphum mandati aliàs exhibiti à Protonotario ſubſcriptum Procurator in alia quaque cauſa poteſt exhibere.

11 Caſu uerò,quo Procurator prædicto modo non ſufficiens mandatum haberet, ſed à partibus alioquin iuſſus eſſet, ſe de cauſa intromittere,is,ad pollicitationem ſuam, cautionemq́;, ſe mandatum certo tempore exhibiturum admittatur, in modum ut ſuprà in prima parte,ſub Titulo,Vt Procuratores ſufficientibus mandatis,ratificationibus & alijs modis prouiſi ſint,ordinatum eſt.

Procurator non habens mandatum quomodo admittatur.

Procuratores in primo termino Mandata ſua exhibeant.

Vtrinq; Procuratores in primo termino Mandata ſua ex- 12
hibeant,& ad cauſam legitimentur: niſi Procuratori Manda-
tum,aliaq́ꝫ quæ in primo termino producenda erant,effluxo
eo tranſmitterentur. In quo caſu idem Procurator non ſpeci- 13
ale tempus ſeu terminum, ueluti ad proximam ſumat aut pe-
tat,neq; eam ob rem ſingularem aliquem Proceſſum ſeruet:ſed
potius ubi alioqui in cauſa uigore ordinationis acturus ſit, il-
la quoq; producat.

Mandati exhibitio non eget ſingulari Proceſſu.

Reo contumace licebit Actori comparēti proclamationem petere.

Citatus uerò ſi primo in termino,ut decet,non comparue- 14
rit,comparenti Actori proclamationem petere, ac deſuper in
contumaciam procedere licebit, quemadmodū infrà de con-
tumacia reſpondentis cautum eſt.

Reo non comparente Actori idem licet.

Aequo modo reſpondenti licebit aduerſus non comparen- 15
tem Actorem procedere,ueluti infrà de Actoris contumacia
ſancitum eſt.

Terminus emiſſæ et inſinuatæ Citationis eſt expectādus utriq; Procuratori.

Nemo deinceps Procuratorum eius nomine, qui Citatio- 16
nem aut Proceſſus obtinuit,ſe ante terminum Citationis iudi-
cialiter ingerat,nec, uelut huc uſq; factum eſt,de diligentia,ni
hil præterea agendo,proteſtetur,ſed terminum emiſſæ & in-
ſinuatæ Citationis expectet, & tunc prout de Iure & uigore
ordinationis agat.

Idem quoq; citati Procurator unuſquiſq́ꝫ faciat,niſi forte
terminus comparitionis ſibi certò non conſtaret,nec pars ad-
uerſa compareret,ſed ipſi tamen uerіſimile eſſet,terminum iam
præ manibus fore.

Cumq; hactenus ſæpe contigerit,ut in primo termino nec
Actor ſeſe nec Reus iudicialiter ſtiterint ſeu intromiſerint,
ſed poſt dies aliquot tamen Actor comparuerit,& contra nō
comparentem Reum proclamationem petierit, ac ita ob cir-
cumductionem termini res ea in diſceptationem uenerit atq;
dubitatum fuerit: Idcircò ſancimus ac uolumus, ut deinceps
caſu,quo Actor ſecunda aut tertia Iuridica die poſt effluxum
terminum,ut prædictum eſt,compareret: & ad partis aduer-
ſæ petitionem non comparitionis ſuæ cauſas proponeret,ad- 17
mittatur,omni modo,ac ſi in præfixo termino comparuiſſet.
Si qua uerò plus tribus iuridicis diebus poſt præfixum termi-
num effluerет,nec ſe quiſq́ꝫ Iudicio ſiſteret,tunc quidem termi- 18
nus pro circumducto habeatur,& emiſſa citatio intercidat.

Quando terminus Citationis pro circumducto habendus ſit.

De ſecundo termino primæ inſtantiæ, quomodo & quid in eodem agatur. Tit. 13.

QVANQVAM reus ſeu reſpondens hoc caſu,quo cau- 1
ſa & actio citationi inſerta eſt,ſuper eadem benè delibe
rare,

rare, aut Procuratori ſuo informationem dare poteſt, ac propterea uigore Iuris, & pridem factæ ordinationis mox in primo termino reſpondere, & litem conteſtari debebat, tamen cùm iſtud hactenus in Imperiali noſtro Iudicio Cameræ non ita uſitatum fuerit, neque obſeruatum, quin potius & communiter in ſecundo termino factitatum: ordinamus & ſtatuimus, ſicubi poſt oblationem libelli, ſeu exhibitionem actionis reus non dilatorias aut alias exceptiones impediendi ſeu dif-
1 ferendi Iuris aut litis conteſtationis adduxerit, tunc idem in ordinarijs, duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia ad actionem reſpondere, ac litem conteſtari debebit.

Lis quando eſt conteſtanda ſuper actione propoſita.

IDEM ALITER.

Etſi eo caſu, cùm res & actio Citationi fuerint inſerta, Reus & ſecum ipſe deliberare, & ſuum inſtruere poteſt Aduocatū, proptereaq; de Iure ſimul & legibus olim latis, mox in primo termino reſpondere litemq; conteſtari debebat: Veruntamen quoniam id ita hactenus non in primo, ſed frequenter in ſecundo termino coram noſtro Cameræ dicaſterio uſurpatum eſt: Ordinamus & ſtatuimus, ſi propoſita actione Reus nullis dilatorijs alijſue exceptionibus retardandi Iudicij impediendæq; litis conteſtationis uti uelit, in ordinarijs ipſe duodecima, in extraordinarijs ſexta audientia actioni reſpondere, litemq; conteſtari teneatur.

2 Similiter, ſi iuramentum calumniæ ab altera aut utraq; parte exigatur, mox idem in hoc termino, aut pòſt, cùm requiratur, etiam præſtetur.

Litis conteſtatio utrinque, cùm requiritur, præſtetur.

3 Econtrà, Actor facta litiſconteſtatione, & iuramento calumniæ præſtito, articulatam actionem ſuam, loco articulorum repetat, aut ſi eius actio non articulatim exhibita eſt, terminum ad proximam petat, qui illi quoq; concedatur.

Quando Actor repetit libellum, ſeu articulatā actionem loco articulorum.

4 Cùm & hactenus Procuratores in litiſconteſtationibus quandoq; pluribus nō neceſſarijs ac ſuperfluis uerbis uſi ſint, quibus Iuridicæ audientiæ differebantur, & aliæ cauſæ præpediebātur: Volumus, ut poſthac quilibet Procurator, qui in his cauſis ſimplicis querelæ uult diffitendo ad actionem reſpondere, & litem negatiuè conteſtari, pluribus alijs uerbis non utatur, quàm uidelicet, In cauſa N. contra N. diffiteor actionem, peto ab ea me cum refuſione expenſarum abſolui: Et his uerbis lis quoque, etiamſi litis conteſtationis mentio expreſsè nulla fieret, ut conteſtata eſſe, ſeruari atq; intelligi debebit. Ex aduerſo Actoris Procurator aliud nihil, ampliuſue uoce uerboq; proferat, quàm uidelicet: In iam dicta cauſa repeto articu-

Formula litis conteſtationis negatiuè per Rei Procuratorem. De formula litis conteſtationis agit Obſeruat. 49. Centur. 4 D. Ioach. Mynſing.

Formula litis conteſtationis affirmatiuè per Actoris Procuratorem.

articulatam actionem meam ſiue libellum loco articulorum, peto,prout ibidem. Aut ſi actio non fuerit articulata,hunc in modum,in cauſa hac repeto actionem meam, ac peto terminum deinceps agẽdi iuxta ordinationem. Ac quidem in utroque caſu,uidelicet,ubi Actor articulatam actionem ſuam loco articulorum repetit, Reo ad reſpondendum,aut ſi actio non eſt articulata,Actori ad articulandum, ſpaciũ ad proximum terminum concedatur.

Verùm ſi Reus dilatorias,aliaſue exceptiones ante litiſconteſtationem producturus ſit, hoc ſecundo termino faciat, agatq; hoc loco,ceu infrà de dilatorijs ſpecialiter ordinatũ eſt.

De tertio termino,quomodo, & quid in eodem agatur. Tit. 14.

Articuli additionales quando debeant exhiberi.

CASV autem,quo Actor ſuam actionem non articulatim protulerit,aliaſue præter eam articulatam actionem additionales articulos producturus eſſet,id quidẽ in ordinarijs duodecima, at in extraordinarijs ſexta audientia poſt factam litiſconteſtationẽ præſtare atq; efficere tenebitur. 1

Articuli actioni ſint conformes.

Articuli per Procuratores ſupputẽtur ac quotentur,ad errorẽ in reſponſionibus uitandum.

Si quoq; Actoris articuli oblatæ actioni conformes ſint,& ex eadem decerpti, aliasq; aliæ poſitiones & articuli à quacunq; parte illi producantur, antea per procuratores ſuppu- tentur ſeu quotentur, ne in reſponſionibus ad illos ſecuturis erretur. 2 3

Articuli ſimul uno in termino producendi ſunt.

Procuratores porrò,quantũ poſsibile eſt,quantumq; cauſæ ſufferunt,eò diligentiæ connitantur & elaborent, articulos ſimul hoc in termino producendi, nec additionales additionalium,additionales ſupra additionales, & ſimiles, ut hactenus factitatum eſt, exhibendo,ad confuſionem turbationemq; proceſſus euitandum. 4

Hoc modo ſi articuli ab Actore iſto termino producantur, reo ſpacium ad ulterius agendum ad proximum terminum ſequentem tribuatur.

De quarto termino, & quo modo,quidue in eodem agatur. Tit. 15.

Quando articuli defenſionales, peremptoriæ

REVS in ſexta audientia ſequenti in extraordinarijs,& duodecima in ordinarijs, poſtq; actio articulata poſt factam litiſconteſtationem repetita fuerit,aliaſue Actoris articuli deinceps exhibeantur,ſuas exceptiones contra articulos, ſi quos exhibere uelit; ſin reſponſiones ſuas ſuper Actoris articulis,ac præterea ſuos articu- 1

Articulos defenſionales, peremptoriales eliſiuos, aut ſi quo alio nomine uocentur, prædicto modo ſupputatos ac quotatos

les, eliſiui, aliiue quotati exhibeant.

2 exhibere tenebitur: Tum & iuramentum articulorum ſi ab altera, aut utraq; parte petatur, præſtetur, mediante quo, articuli & reſponſiones denuò repetantur.

Iuramentum articulorum petitum præſtetur.

3 Ac primùm quidem, quod ad exceptiones contra articulos attinet, cùm hactenus compertum ſit, eos magis ad prorogationem, quàm ad neceſsitatem cauſæ quandoq; exhibitos, et Iudices inutili inſpectione ac relatione totius cauſæ grauatos

Exceptiones contra articulos abrogantur, niſi in ſcriptis fiant.

4 fuiſſe. Volumus, ut porrò Procuratores abſq; legitimis ac ueris rationibus contra articulos non excipiant, aut ſi iuſtis de cauſis excepturi ſint, non id uerbo, per generalia contra, ſed in ſcriptis cum perſpicua ſpecificatione, & adductis rationibus faciant, ſub pœna & uſitata mulcta.

Generalia contra, clauſula abrogetur.

5 Et ſi hoc pacto contra articulos exceptiones offeruntur, Actori ad eaſdem uerbo concludere, aut ſi uult, in ſcriptis replicare, uſq; ad ſextam audientiam, & interea licebit, nec amplius ad, ſcripto, agendū admittatur, ſed mox ab exhibita replicatione utrinque eadem aut proxima Iuridica concludatur.

Replicæ contra articulorum exceptiones conceduntur Actori.

6 Secundò, quod ad reſponſiones pertinet, cùm & harū gratia inter partes ſæpenumero, an ſufficientes ſint nec ne, contentiones oriantur, per quas cauſæ in præiudicium partium

Quando reſponſiones fieri debeant.

7 remorantur: Volumus, ut deinceps quælibet partium, uel earum Procurator ad omnes articulos, qui non ſint Iuris, ſed facti, per uerbū, credo, aut non credo, uerum eſſe, abſq; appendice ſeu additamento & præſertim abſque uerbis, ut ponitur indifferenter, ac ad ſingulos ſpecificè in ſcriptis, attamen ſaluo Iure impertinentium &c. reſpondeat. Et ſi reſpondens aliquem articulum uno in loco credit, & alio in loco non credit, articulum in ſuo reſponſo diſtinguere debebit, ac ubi eū credat, aut non credat diſcriminatim indicare, idq; uigore Iuris & iam antea Imperij ordinationis conſtitutæ.

Clauſula (ut ponitur) abrogetur: quam ut Patronis cauſarum admodum familiarem, optima ratione repudiat Imperator hic Carolus V. Auguſtus, idemq; approbat D. Oldendorp. in ſuo exceptionū Enchiridio.

8 Si uerò hoc iam dicto modo, alia ſue ad unum aut plures articulos non ſufficienter reſpondeatur, alteri parti contra eiuſmodi reſponſiones excipere, & ſuper quibus articulis nō ſufficienter reſponſum ſit, differenter indicare, mox à reſponſionibus oblatis aut proxima ſiue altera Iuridica liberum ſit, ac permiſſum, ſuper quibus etiam abſq; ulteriori replicatione decernatur.

Exceptiones contra nō ſufficientes reſponſiones admittuntur.

9 Cumq; ex negligentia Procuratorum, reſponſionum ergò, plures non neceſſarij actus Iudiciales, an ſufficienter reſponſum ſit nec ne, fiant: Procuratores reſponſiones, mediantibus eorum iuramentis, inſpiciant, nec propterea non neceſſarios

Procuratores tenentur reſponſiones inſpicere, ac ab inutilibus actibus ſeſe abſtinere.

ceſſarios actus Iudiciales faciant. Super quibus & Iudex Camerę & Aſſeſſores attentam habere diligentiam debent, ut hæc ita fiant, & tranſgreſſores puniantur.

Non reſpondentis contumacis pœna eſt, ut articuli pro confeſſatis habeantur.

10 Sed ſi contingeret, ut altera partium, quæ Iudicialiter ſemel comparuiſſet, & litem conteſtata eſſet, neq; præter id quod ex decreto ad hoc tenetur, reſponderet, ſed contumax foret, alterius partis articuli pro confeſſatis accepte ntur, ac deſuper prout de Iure procedatur.

Tertiò, quod ad rei defenſionē attinet, quando uigore Iuris eiuſmodi defenſionales articuli, ſicubi Actoris articulis aduerſantur, ante publicationem Actoris atteſtationum offerri ac probari debebunt. Veruntamen prætextu Iuris hic nonnunquam nō neceſſaria dilatio cauſæ quæritur, in eo, quòd tales articuli defenſionales tamdiu quandoq;, donec Actoris teſtes examinati fuerint, differantur, ac tum demùm producantur, nimirum ad publicationem eorundem teſtium dictorum ita impediendam : Volumus, ut deinceps quilibet reſpondens

Rei defenſionales articuli unà cum reſpōſionibus hoc in termino producantur.

11 eiuſmodi ſuos contrarios defenſionales articulos hoc in termino mediantibus reſponſionibus, aut ad ſummum antè exhibeat, quàm Actori prima dilatio admittatur uel præfigatur. Idq; ſi non faciat, ne porrò faciendi poteſtatem habeat: niſi per iuramentum ſuum adfirmare poſſet, id ſe non fraude, neq; ad extrahendam cauſam tamdiu diſtuliſſe, ſed nunc primùm de eo informationem accepiſſe.

Alij quoq; peremptoriales articuli in hoc termino exhibeantur.

12 Quod uerò ad alios peremptoriales articulos attinet, eos reus ſeu reſpondens ſimiliter hoc ipſo in termino coniunctim proponat, exhibeatq;: at ſi qua uerò legitimis ex cauſis id non facere poſſet, eius ſe in prima quæſtione contumaciarum excuſet.

Aliàs quoq; in eiuſmodi peremptorijs exceptionibus agatur ac procedatur, modo infrà, pręſertim de peremptorijs, ordinato cautoq;.

Partes ſe ad probandū offerentes mox Commiſſarios petere poſſunt.

13 Portò hoc in termino, aliasq; quandocunq;, cùm ſe partes ad probandum offerunt, utriq; parti liberum ſit, mox Commiſſarios nominare, ac dilationem probandi petere, aut terminum ad proximam.

De quinto termino, ac quomodo, quidue in eodem agatur. Tit. 16.

Actori non ſtatim Commiſſarios nominanti, poſtea id facere concedatur.

1 FACTA autem ad Actoris articulos reſponſione Rei, ſi Actor in eodem termino non ilicò Commiſſarios nuncupat, uel dilationem probandi petit, in ſexta audientia id poſtea coram deputatis, Iudiciali

audientia

audientia habita, illi, ut præponitur, concedatur.

2 Contrà quidem altera pars agendi, contraq; nominatos Commiſſarios (niſi utrinque de his coram deputatis conuenerint) excipiendi tempus, ſpaciumq; in ordinarijs, uſq; ad duodecimam, & in extraordinarijs uſq; ad ſextam audientiam: Actor etiam ex aduerſo replicandi, tantundem quoque temporis, facultatem habebit.

Tempus excipiendi contra nominatos Commiſſarios, et ex aduerſo replicandi.

3 Et ſi propterea ſubmiſsiones fierent, à Cameræ Iudice & Aſſeſſoribus deſuper properè decernatur, Actoriq; ad æſtimationem Iudicij ſuos articulos, ſi negati ſint, probandi terminus aſsignetur.

Terminus probandi quando aſsignandus.

4 Cumq; non minoris momenti res in Commiſſarijs, qui à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus quandoq; ordinantur, quàm in ipſo Iudice ſita ſit: ordinamus porrò, neminem cuiuſcunq; ſtatus ſit, in Commiſſarium dari, niſi ad hoc idoneus, aptusq; exiſtimatus fuerit.

Commiſſarij res eſt magni momenti, ideo non quilibet deputandus.

5 Iam & Procuratores noſtri tribunalis Cameræ, præſertim qui pluribus cauſis diſtenti fuerint, pro Commiſſarijs ſe utendos non præbere, quin potius cauſas ſuas & partes coram Iudicio expedire debent.

Procuratores non ſunt Commiſſarij.

6 Quod uerò ad dilationes probandi, & prorogationes earundem attinet, eædem ex conditione & qualitate cauſæ & partiũ æſtimentur ac moderentur, nec ulli porrò Procuratori ſecũda aut tertia dilatio, aut earum prorogatio abſq; cauſæ cognitione atq; Iudicio ſufficiẽtis induſtriæ ac diligentiæ præbeat. At cũ quarta dilatione obſeruet prout de Iure cõmuni.

De quarta dilatione obſeruandum erit prout de Iure.

7 Vbi ſic partes ad probandum admiſſæ fuerint, ante exhibitionẽ eiuſdem probationis, ad alias ſcripturas in Iudicio producendas nequaquam admittatur, niſi ex prægnantibus legitimis cauſis, & ex Cameræ Iudicis & Aſſeſſorum decreto hoc illis concedatur.

Probatione admiſſa, nõ aliæ ſcripturæ recipiantur antè quàm probationes illæ fuerint productæ.

8 Actore ad nullã probationẽ ſe referente, aut Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus ex proceſſu & propoſitionib. cognoſcentibus, nulla probatione opus fore, Actor ad prædictos rei actus & actitata in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs in ſexta audientia, replicas ſuas, aliaq; omnia quæcunq; uoluerit iudicialiter exhibeat, ac protinus in iiſdem ſcriptis concludat.

Actor nihil probare uolens, producat omnia, & concludat.

De ſexto termino, ac quomodo, quidue in eodem agendum ſit. Tit. 17.

1 EFFLVXO tempore actori ad probandũ dato, actor ipſe ſimul atq; eum ordo tetigerit, publicationem dictorum teſtium ab ipſo productorum petat, aliaq; Iura ſua & inſtrumenta exhibita: ad

Publicationem dictorũ teſtium quando Actor petat.

uerſæ autem parti eorundem copiæ dentur, & ſi uult contra ea aliaq; omnia producta excipere, ſpacium ei ad proximū ſequentem terminum concedatur. Atqui tamen ſi ea pars mox generales exceptiones proferret, ulteriúſue in ſcriptis contrà agere non uellet, id quidem eodem, aut ſequenti termino facere poterit.

Quando utrinq; concludendum.

Caſu autem, quo Actori nulla probatio iniungeretur, aut 2
ea non opus eſſet, reus ſuper prioribus Actoris productis in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia, concluſiones in ſcriptis proponere, ac deſuper utrinq; uerbo ſeu oretenus, ut infrà ponetur, concludere debebunt.

De ſeptimo termino, ac quomodo, quidue in eodem agatur. Tit. 18.

Reo præfigatur ſeu detur terminus excipiendi contra probationes actorum.

PROBATIONE Iudicialiter exhibita, reo contrà exceptio in ordinarijs duodecima, in extraor- 1
dinarijs ſexta audientia, ab eo die cūm copias dictæ probationis ex Cancellaria Iudicij Cameræ ad diligentem ſuam interpellationem acceperit, concedatur,

Rotulus examinis & atteſtationum ſi prolixum tempus aut dilationem requirit, reo præbeatur.

ſic tamen, ut ſi Rotulus & atteſtationes tantæ, aliaſue qualitas 2
& conditio cauſę talis eſſet, ut reſpondenti longiori dilatione neceſſe foret, æſtimatione noſtri Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ea præbeatur.

Quò item ſciatur, an, & quando Procuratores pro eiuſmodi copijs in Cancellaria ſollicitarint, ac illas obtinuerint,

Antigrapharij ſeu Copiſtæ notent ſollicitationis tempus pro copijs probationum habendis.

Copiſtæ id quidem quouis tēpore annotent, Quamprimum 3
& copiæ paratæ fuerint, Procuratoribus utrinq;, tum & Protonotarijs ad conſignandum quoq;, et relationem, ſi opus fuerit, faciendam indicent. Poſt hoc uerò ſpacium, terminus excipiendi, ut prædictum eſt, incipiat, curratq;.

De octauo Iudicum conſeſſu ſeu termino, quomodo quidue in eodem agatur. Tit. 19.

AD eiuſmodi reſpondentis ſiue rei exhibitam exceptionem, Actori deinceps in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia replicas ſuas, adeoq; omnia producenda concedatur.

De nono termino, quomodo, quidq; in eodem agi debeat. Tit. 20.

EX aduerſo Reus ſiue reſpondens deinceps duodecima audientia in ordinarijs, & ſexta in extraordinarijs duplicas ſuas exhibere, & in iiſdem omnia producere debebit.

De decimo

De decimo termino, quomodo & quid in eodem agatur. Tit. 21.

DESVPER Actor poſtea in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia concluſiones ſuas in ſcriptis, abſq; tamen omni nouitate, niſi ſi quod iam primum fortè compererit, idq; mediante iuramento ſuo confirmarit, exhibebit.

De duodecimo termino, quomodo, & quid in eodem agi oporteat. Tit. 22.

PARI modo reus ſuas cõcluſiones in ſcriptis, quibus & ipſe noui nihil, ut prædictum eſt, adferat, poſtea in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia exhibebit, aut ſuper Actoris concluſione mox uerbo cõcludendi quoq; facultatẽ habebit.

Ac quidem ſcripto factæ concluſiones ordinariarũ cauſarum in ordinarijs, & extraordinariarũ in extraordinarijs, agi, ſed uerbales concluſiones quocunq; tempore audiri debebũt. Concluſiones in ſcriptis quo tempore fieri debeant.

De uerbalibus concluſionibus, quomodo, & quando eædem fieri debeant. Tit. 23.

SIC rei ſcripto uel uerbo in cauſa concluſione facta Actor ex aduerſo ſuper uerbali concluſione in eadem audientia, aut ſuper concluſionibus ſcriptis in eadem, uel pòſt in ſexta audientia, & interim quando libet, ſiue in ordinarijs, ſiue extraordinarijs uerbaliter concludat.

Similiter ſi reus antea, ut prefatur, non uerbo cõcluſit, mox quoq; ad Actoris uerbalem concluſionem & ipſe concludat, nec porrò ſpacium, niſi ad ſummum, ad proximam Iuridicam ſumat petatue.

Ac utra partiũ concludendi hoc modo ſpaciũ ſumpſerit, ea quidẽ ad proximã præciſẽ in prefixis illam ita facere teneatur.

Si uerò cuiq; Procuratori uerbaliter concludi per decretũ iniungatur, abſq; ulteriori dilatione eodẽ decreto in eadem audientia pareat: ſin cauſa habeatur pro concluſa.

Ac porrò eiuſmodi concluſiones per Procuratores uerbo fieri, nec ſcriptæ tanq; uerbo factæ exhiberi debeñt aut recipi, tum & paucis uerbis eiuſmodi concluſiones, & abſq; repetitione eius quod iam antea per eos ſufficienter adductum eſt: aut illatione cuiuſq; nouitatis, ſed his aut ſimilibus breuibus uerbis, ac ſermonibus fiant, uidelicet, in cauſa N. contra N. dico contra partis aduerſe actitata generales exceptiones, ac repeto priora acta mea, concludo pro ſententia decreto, &c. Formula concludendi in cauſa ore tenus ſeu uerbaliter.

Concluſionis reſciſio.

Si quid autem noui in cauſa ante uel poſt hanc uerbalem concluſionem acciderit, quod altera partium medio iuramento ſuo adfirmarit, id ſcripto proponendi, & caſu, quo concluſum eſſet, reſciſsionem concluſionis, petendi libertatem habeat, perq; Iudicem Cameræ & Aſſeſſores deſuper decernatur, quod eſt Iuris.

Poterit & utraq; pars, cùm per aduerſam noui nihil adductum ſit, mox uerbo concludere: quod ſi fit, aduerſa pars quoque ſimiliter concludere uerbo abſq; ulteriori termino tenebitur, niſi aliquid noui, quod per iuramentum ſuum adfirmet, acciderit.

Concluſionis præcipitatio minimè concedenda eſt, uel concedatur.

Si uerò præter hæc, altera partium alteram præcipiti concluſione obrueret, id minimè permittatur, quin potius in his ordinatio conſeruetur.

Antè non concludant Procuratores quàm fuerint ſufficientibus mandatis legitimati.

Nemo quoq; Procuratorum deinceps cum alio diffinitiuè concludat, niſi prius utrinq; Procuratores ſufficientibus mandatis in cauſa fuerint legitimati.

Tales autem concluſiones uerbales ſiue in ordinarijs, ſiue extraordinarijs quocunq; tempore fieri poterunt.

Si Procuratores in cauſa hoc modo concluſerunt, & præterea alios receſſus agant, in ijſdem receſsibus priores uerbales concluſiones non reticeſcant, ſed eos expreſsè indicent.

De dilatorijs exceptionibus & terminis eorum.

DE terminis in exceptionibus cauſam principalem differentibus quidem, & non perimentibus, quæ appellantur Dilatoriæ.

De primo Iudicum conſeſſu ſeu termino in dilatorijs. Tit. 24.

QVOD ſi reus poſt oblationem libelli, ſeu actione inſtituta, dilatorias aut peremptorias exceptiones in uim dilatoriarum propoſiturus eſſet, eas in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſextâ audientia, poſt inſtitutam actionem exhibeat.

In quo quidē termino omnes eiuſmodi exceptiones coniunctim & ſimul in ſcriptis articulatę corā Iudicio producantur.

De ſecundo termino in dilatorijs. Tit. 25.

SVPER quibus Actor audientia duodecima in ordinarijs, & extraordinarijs ſexta ſuas reſponſiones diſtinctè, aut caſu, quo tales exceptiones non diffiteretur aut negaret, ſed replicationibus impugnare uellet, tunc quidem eiuſmodi Replicas ſuas articulatas, aut ſummariè, proponere teneatur.

De tertio termino in dilatorijs. Tit. 26.

RESPONSIONE Actoris ad exceptionales articulos rei facta, eos negando & diffitendo, ſi qui ſunt autem releuantes & admiſsibiles, Reus ad probationem eorundem admittatur, atque in his procedatur & agatur, ut ſuprà in cauſa principali expreſſum eſt & indicatum.

Si uerò Actor exceptionales articulos nō diffitetur negatue, ſed ex aduerſo replicatorios articulos obl. turus eſt, Reus ad eoſdem reſpondere, aut ſicubi replica ſummariè facta eſt, duplicare hoc ipſo termino debebit, ſiq; ea replica negata fuerit, Replicans ad probationem eiuſdem admittatur, et in hac probatione modus prædictus ſeruetur.

Quod ſi Replicatorij articuli non negantur, tunc quidem ad eandem duplicam Actor confeſtim in eadem, aut poſtea in ſexta audientia, ſiue ſit in ordinarijs, ſiue extraordinarijs concludat, nec propterea ulteriora ſcripta admittantur.

Præſertim autem uolumus, ut deinceps Procuratores cauſam principalem in dilatorijs aut declinatorijs, & ſic quidem ante litiſconteſtationem ad lōgum fruſtrà ne diſceptent, quin imò tantùm quod ad deductionem eiuſmodi exceptionū neceſſarium fuerit, adducant.

Nullus item Procuratorum deinceps ſuper dilatorijs, aut competentia concludat, niſi utrinq; ſufficientibus mandatis ad cauſam legitimati fuerint. *Procuratores ante concluſionem mandatis ad cauſam legitimati ſint.*

Et ſi facta concluſione eiuſmodi exceptiones dilatoriæ determinatæ, & decreto reſciſſæ fuerint, mox deſuper in eadem audientia Reus abſq; mora ſeu dilatione litem conteſtabitur: ſin pro conteſtata acceptetur, ac porrò in cauſa procedatur modo ſuprà in cauſa principali dicto & conſtituto.

DE terminis in finalibus exceptionibus, quæ uocantur Exceptiones peremptoriæ.

De primo termino in peremptorijs exceptionibus. Tit. 27.

SI Reus finales & peremptorias, quæ antea reſciſſæ non eſſent, proponere uellet, eas lite conteſtata in quarto termino unà cum reſponſionibus ſuis ad Actoris articulos & in ſcriptis offerre debet, modo ſuprà in quarto termino cauſæ principalis dicto.

Tales autem peremptoriales articuli omnes in uno termi-

no unaq; uice ſimul dentur, niſi poſtea de nouo aliquid emerſerit, aut parti innotuerit per iuramentum adfirmanti.

De ſecundo termino in peremptorijs exceptionibus.
Titul. 28.

CVMQVE reſpondens, reúſue hunc in modũ exceptionales ſuos aut defenſionales articulos propoſuerit, ex aduerſo Actor in ordinarijs duodecima, & in extraordinarijs ſexta audientia ſuas reſponſiones, aut caſu, quo eos peremptoriales articulos non diffiteri, ſed replicationibus impugnare uellet, ſuas replicas, aliúdue, quidquid contra eiuſmodi peremptoriales articulos proferendum putet, hoc termino in ſcriptis exhibebit.

De tertio & alijs ſequentibus terminis in peremptorijs exceptionibus. Tit. 29.

RESPONSIONE Actoris ad eiuſmodi peremptoriales articulos facta, illiſq; negatis, ſi fuerint releuantes & admiſsibiles, reus ad probationem eorundem admittatur, hicq; procedatur, ut ſuprà de principali cauſa conſtitutum eſt.

Atqui Actor ſi tales peremptoriales articulos non negaſſet, ſed ex aduerſo replicatorios articulos priori in termino protuliſſet, reus ad eoſdem reſpondere hoc in termino tenebitur. Et ſi ea Replicatio per Reum negatur, replicans ad probationem admittatur, & in hac probatione prędictus modus ſeruetur.

Si uerò hi Actoris Replicatorij articuli non diffeſsi, ſed à reo duplicæ ex aduerſo datæ ſint, tunc mox quidem ad eas duplicas Actor in eadem, aut pòſt ſexta audientia in extraordinarijs, & in ordinarijs duodecima audientia ſuas triplicas & concluſiones proponat, & utrinq; uerbo concludat, neutri parti facultate ultrà quidq; ſcripto proferendi conceſſa.

De Reconuentione, quomodo in ea procedendum ſit.
Titul. 30.

Reconuentio debet ante litiscontestationẽ aut mox poſtea proponi, quod etiam pulchrè oſtendit D. Oldendorp. in Enchiridio ſuo exceptionũ, dicens, & hanc quidem nouam inſtantiam, pendente Iudicio, ante concluſionẽ in cauſa fieri oportet, &c.

SI Reus Actorem uult reconuenire, eam reconuentionem ſuam ante litis conteſtationem, aut poſtea ad proximam aut ſecundam proponat, in qua ſimiliter procedatur, ac termini per uices atq; reciprocè retineantur: Quòd ſi uerò ea reconuentio deinceps, ſed ante concluſionem cauſæ tamen proponatur, tunc quidem ambæ cauſæ conuentionis & reconuentionis diuidantur, ac quælibet per ſeſe ſola uigore huius ordinationis peragatur.

DE ter-

DE *terminis ſecundæ inſtantiæ, cùm ab interlocutoria ſeu diffinitiua ad Imperiale tribunal Cameræ appellatur.*

De primo termino ſecundæ inſtantiæ, quomodo, et quid in eodem agatur. Tit. 31.

Facit D. Mynſingeri Obſeruat. 68. Cent. 1.

IN prima Iuridica emiſſæ Citationis præfixa, appellans ipſe, aut per Procuratorem ſuũ, prædicto modo conſtitutum, quam conſtitutionem mox exhibeat, aliaſue in cauſa legitimandus, compareat, ac primùm Citationem, pariterq; inhibitiones & compulſoriales, ſi quidem emiſſæ ſint, unà cum inſinuationibus, citra tamen nominationē eius, qui executionem feciſſet, & præterea inſtrumenta appellationis, acta prioris inſtantiæ, ac ſtatim appellatoriam actionem ſuam coniunctim in Iudicio proponat atq; exhibeat.

Hecq; omnia, aliaq;, ſi quę partes in primo termino proponēda habeant, ſimul ut dictũ eſt, et coniunctim proponantur, literis cõſignentur, quomodo uerò conſignent, ac tenor eorũ ultrà nec cõmemoretur nec repetatur. Appellãs autem ſi acta eo in termino non exhibere poſſet, fiet propterea uti ſequetur. *Quid fiat ubi acta appellantis in primo termino exhiberi nequeant.*

Ac primùm quidem, quod ad emiſſam Citationem, pariter & mandata, tum & quomodo procuratores ſeſe intromittant, ſpectat: hic fiat, prout ſuprà in primo termino primę inſtantiæ ſancitum eſt.

Secundò, formalia Appellationis per productionem actorum, aut ſi coram Notario appellatum eſt, per inſtrumentum appellationis mox probentur ac iuſtificentur. *Formalia appellationis quomodo probentur.*

Itaq; etiam appellans à Procuratore ſuo commonefactus tenebitur poſt interpoſitam appellationem protinus Iudicem prioris inſtantiæ, pro actis, ut par eſt, requirere, cautionemq; de iuſto precio ſoluendo præſtare. Quòd ſi ea ad primum terminum non expediantur ac communicentur, documentũ uel teſtimonium ſufficiens, infra quod ſpaciũ illa reddendi ſpem Iudex præbuerit, hoc in primo termino, aut ſi hæc omnia omiſſa fuerint, ad ſummum hoc primo termino compulſoriales obtinere & accipere debebit. Quod ipſum quoq; ſi non fieret, aut alia legitima impedimenta iuxta cenſuram Iudicis adferentur, ſtatim appellatus ad ſuam petitionem & inſtantiam ab emiſſa Citatione abſoluatur.

Si uerò prior Iudex, præter id quòd de actis requiſitus, ſibique compulſoriales inſinuatæ eſſent, acta plena & integra, quemadmodum uigore huius noſtræ ordinationis decet, edere recuſaret, aut differret, tunc quidem Appellanti ad pœnam *Iudex primæ inſtantiæ debet acta plena & integra edere. De quo uide ſuprà in 2. parte, Titulo 31.*

compulſorialium,aliasq́; contra ipſum agi & procedi permiſſum ſit,omni modo ut ſuprà in ſecunda parte huius conſtitutionis ſub titulo,quomodo ad editionem actorum &c. cautum eſt & ordinatum.

Suprà in 2. parte, Titulo 31. quomodo et qua forma Iudices prioris inſtantiæ acta edāt etc.

Et hic quidem de pœna, & editione actorum, quemadmodum in aliis cauſis extraordinariis, non attento eo, quòd cauſa appellationis alioquin ordinaria ſit, agere conuenit.

Quòd ſi Procuratori appellantis ante primum terminum acta per inferiorem Iudicem traduntur, ſimul cum iiſdem ſuam appellationis actionem in primo termino, ut ſuprà dictū eſt, exhibeat, Sicq; ea acta obcluſa acceperit, eadem mox ſimul atq; acceperit, obcluſa & obſignata medio iuramento ſuo ad Iudicem Cameræ deferet, quæ tunc coram uno aut altero ordinato, præſente item Protonotario aut Notario, abſq; læſione Sigillorum aperiantur, ac Procuratori reddantur, ut primo termino actionem ſuam ſeu libellum offerre poſsit.

Quòd ſi appellans primo termino non acta, ſed compulſoriales tantùm, aut documentum aliquod requiſitorū actorum proponat, tunc quidem ſpacium, uſq; ad productionem actorum libellandi habebit, nec antè, libellationis ergò, contra ipſum proclamari debeat.

Vbi autem à grauamine aut interlocutoria non uim diffinitiuæ habente, appellatum fuerit, appellans loco appellatoriæ actionis inſtrumentum ſuum aut ſcedulam appellationis uerbo aut ſcripto repetat, ac paucis uerbis petat decerni, nulliter aut iniquè diiudicatum, ac bene riteq́; appellatum eſſe.

Sed ſi à diffinitiua, aut interlocutoria uim diffinitiuę habente appellatū ſit, appellans actionem ſuam appellationis communi forma, aut deducendo grauamina ſua articulatim in ſcriptis proponat, in qua concludere & petere debet decerni, nulliter, aut iniquè diiudicatum, ac bene appellatum. Et ſi à diffinitiua appellatum ſit, partem aduerſam, tenore actionis ſuæ, in prima inſtantia condemnari &c.

Attentatorum Iudiciū, & an Attentatorū cauſa ſine principali expediri poßit, Vide D. Ioach. Mynſingeri Obſeruationes 33. & 34. Centur. 5.

Qn̄do aliquid eſt attentatum.

Iam & ſi pariter cum Citatione inhibitiones emiſſæ & inſinuatæ eſſent, appellans eas hoc in termino producendi, & ſi quid his aduerſum factitatum eſſet, ad pœnam earum, uti par eſt, agendi, aut caſu, quo nulla inhibitio emiſſa, ſed alioquin aliquid attentatum eſſet, horum attentatorum gratia in ſcriptis agendi, petendi, ut ea caſſentur, abrogentur, ac reuocentur, facultatem & poteſtatem habebit.

Tales autem cauſæ attentatorum & inhibitionum in extraordinariis, ut præmittitur, agantur, in quibus properè ac celeri pede progrediatur.

Quan-

Quandoquidem uerò hactenus eo, quòd cauſa attentatorum nonnunquam abſq; cauſa Principis determinata fuerit, non minima mora dilatioq; cauſæ cōſecuta eſt, ordinamus & ſtatuimus, ut porrò cauſa attentatorum unà cum cauſa principali agatur, nullaq; per aliam impediatur aut remoretur: niſi attentata fuerint manifeſta, aliaſue incontinenti probari potuerint, quo in caſu ea omnibus modis reuocentur et abrogentur, aut ſi ad pœnam inhibitionis proceſſum uel actitatum fuerit, agatur ac decernatur quod eſt Iuris.

Cauſa attentatorum ſimul cum cauſa principali agenda eſt, facit ad hunc § Vnd diewel bißher ꝛc. D. Ioach. *Mynſingeri obſeruat. 33. Cent. 3. Item eiuſdem obſeruat. 34. Centur. 3.*

Cæterùm appellato in hoc primo termino comparenti, ad eiuſmodi appellantis propoſitionem agendi ſpacium ad proximum terminum detur, tum & ſi petat, acta ad exſcribendū communicentur, et tempus iuxta qualitatem actorum eadem reproducendi ſtatuatur.

Et acta Procuratores quoq;, cùm aliàs poſtea cauſam agūt & terminos ſeruant, reproducere, nec propterea ſpeciales actus ſeu receſſus facere debent.

De ſecundo termino in altera inſtantia, quomodo & quid in eodem agatur. Tit. 32.

HOC in ſecundo termino appellatus, ſi formalia appellationis impugnare, & cōtra deuolutionem, aliaſue dilatorias exceptiones aliquis proferre uellet, in ſexta audientia extraordinariarum ſcripto articulatimq; proponat, ſuper quo deinceps in Iure procedatur, quemadmodum ſuprà de dilatorijs in cauſis extraordinarijs indicatum eſt & conſtitutum.

Præſertim autem huiuſmodi exceptionibus contra appellationem aut deuolutionem cauſa principalis nō inuoluatur, nec inutiliter, aut non neceſſariò diſputetur.

Tum et Procuratores ſub pœna ordinationis, dein formalia appellationis non impugnent his aut ſimilibus uerbis: Nego partis aduerſæ appellationem: at ubi formalia extiterint, litem conteſtatam uolo &c. Sed ubi appellationem diffiteantur aut impugnare uolent, indicent cur non fateantur, aut quamobrem non integram & indignam cenſeant, nec obſcurè adeò appellationem inſectentur, ac litem deſuper conditionaliter conteſtentur, ſimulq; Iudicem Cameræ & Aſſeſſores ſuperflua inſpectione actorum aggrauent.

Si uerò appellatus tales ſimileſue exceptiones non haberet proponendas, & appellans formalia prædicto modo probaſſet, ac iuſtificaſſet, appellatus in ſexta audiētia, dummodò cauſa principalis eſt extraordinaria, aut ſi eſt ordinaria, in duodecima

Litis cõteſtationes paucis uerbis fieri debent.

decima audientia, ad appellationis actionem reſpondere, ac litem conteſtari tenebitur.

Formula litis conteſtationis.

Et huiuſmodi quidem litis conteſtationes generalibus & paucis uerbis fieri debent, nempe hoc modo. In cauſa N. contra N. diffiteor ac nego appellationis libellum ſeu actionem, peto pronunciari bene iudicatum, & malè appellatum eſſe. Vel, peto ſententiam reformari, & decerni, hoc loco benè, at illo loco malè aut nulliter pronunciatum, cum refuſione expenſarum & intereſſe. Aduerſus quæ appellans non amplius quàm his uerbis proloquatur: Repeto articulatam actionem meam loco articulorum aut grauaminum, peto ad eorum tenorem pronunciari. Quòd ſi actio non eſt articulata, ſed communi generaliq; more propoſita, his uerbis: Ex aduerſo repeto meum libellum ſeu meam actionem appellationis, ac peto tempus ulterius agendi iuxta ordinationem. Vel ſi appellans nihil noui adducere, aut probare, ſed mox ſuper actis primæ inſtantiæ concludere uellet, quod ei ſit conceſſum, id faciat his aut ſimilibus uerbis, uidelicet: Equidem contrà repeto meam actionem ſeu libellum appellationis, atq; acta prioris inſtantiæ loco grauaminum, peto decerni, prout in appellationis libello ſeu actione petitum, remittens cauſam ad finale decretum.

Appellantis repetitio.

Concluſio mox ſuper actis primæ inſtantiæ fieri poteſt.

Formula concludendi finaliter.

Mox quoq; iuramentum calumnię, ad partium ambarum aut alterius petitionem, non attento, an fortè idem iuramentũ in priori inſtantia quoq; præſtitum fuerit, iurari debebit.

Ac lite ſic conteſtata, appellanti uel appellato, ſi appellans ſuper lite conteſtata mox concluſit, ſpacium tempusq; ad ulterius agendum concedatur.

De tertio & alijs ſequentibus terminis in ſecunda inſtantia, quomodo & quid in ijsdem agi debeat. Tit. 33.

SI partes in ſecunda hac inſtantia nihil noui adferunt, nec illud etiam, quod in prima inſtantia adductum eſt, probare uolunt, appellans, ſi lite conteſtata libellũ, articulatamue actionem ſuam, aut acta prioris inſtantię non repetit, ſimúlque concludit: poſtea in ordinarijs duodecima, et in extraordinarijs ſexta audientia, prædicto modo uerbo concludendo aut ſuas concluſiones ſcriptas, & in ijs omnia producendo admittatur. Econtrà appellatus ſimiliter confeſtim aut infra tantundem temporis concludere debebit, nec ad ulterius ſcribendum admittatur.

Quòd ſi uerò in prædicto caſu, quando partes nihil noui adferunt,

adferunt, appellans mox à litis conteſtatione ſuum libellum, appellatoriam actionem, aut acta prioris inſtantiæ loco grauaminum repetit, ac deſuper concludit: appellatus in hoc termino ad ea reſpondere, omnia producere, & ſimul in ſcriptis concludere, aut uerò protinus generali exceptione oretenus concludere tenebitur.

Caſu autem quo appellans, aut appellatus noui aliquid ſeu ulterius quàm in prima inſtantia productum fuerit, adducturi aut probaturi eſſent, aut alter illud, quod in priori inſtantia productum eſſet, latius fuſiusq; deducere, & probare uellet: id ſcripto quidem per articulos hoc termino exhibere: aut ſi appellans ſuam actionem articulatam iam antea obtulit, & poſt litis conteſtationem loco articulorum repetijt, appellatus deſuper hoc in termino reſpondere debebit: ac ſic deinceps in probationibus aliasq; procedatur, quemadmodum ſuprà in prima inſtantia expreſſum eſt.

Aequè, ſi altera partiū peremptorias, aliaſue exceptiones recēs et de nouo exhibere ac probare uellet, in ijs quidē, ut in terminis alijsq; ſeruet, ueluti ſuprà de peremptorijs indicatū eſt.

Atq; in his cauſis, cùm à diffinitiuis aut interlocutorijs, uim diffinitiuarum habentibus appellatur, eæ probationes, quotquot ad iuſtificationem ac proſecutionem appellationis ſpectant, ac illæ quidē ſi nō modò ex actis prioris inſtā tiæ, uerùm etiam ex nouis rationibus eliciantur, admitti debent, ita tamē, ut noui articuli, actioni in prima inſtantia adducti cōformes, & ex ea uelut oriundi ſint, & non ad alias actiones aut cauſas, de quib. non eſt controuerſum uel quæſitum, componantur.

Sed ſi prædicto modo partes nihil producturi aut probaturi eſſent, eis acta prioris inſtantiæ articulari non cōcedatur, quin potius in cauſa properè uerbo ut cōcludāt, iniungatur.

Et quidem eiuſmodi uerbales concluſiones in hac ſecunda inſtātia, eo modo uerbisq; fieri debent, ueluti ſuprà de uerbalibus concluſionibus in prima inſtantia ordinatū eſt, cautū q;.

De nullitate, & nullitatibus cauſæ, quomodo & qualiter in ijsdem procedatur. Tit. 34.

COMPERTIS quandoq; nullitatibus Proceſſus acti, aut ſententiarum coram inferioribus Iudicijs latarum: uolumus, ſi quis corā noſtro Iudicio Cameræ eiuſmodi nullitates prioris dijudicationis aut latarum ſententiarum propoſiturus ſit, id ille unà cū actione ſuper iniquitate, grauamine & iniuſtitia eiuſdem ſententiæ, ſi quas habere præſumat, alternatiuè, & coniunctim proferat, petatq;

De nullitatibus, facit D. Mynſingeri Obſeruat. 62. Cent. 4. & Obſeruat. 63 eiuſdem Cent. Item quòd poſſit quoq; principaliter de nullitate agi, ac ſi non eſſet appellatū, facit obſer. 77. Cent. 2. Meminit D. Oldendorpius, allegans Iura in ſ..o Iuris Enchiridio.

petatq; ſuper nullitate pronunciari. Quæ ſi fundata non fuerint, tunc quidem & non antea ſuper alijs actionibus iniquitatis & iniuſtitiæ prioris ſententiæ decerni &c. ne mora bifariæ, ſeu duplicis iuſtificationis, quæ coram Imperiali Iudicio noſtro Cameræ hactenus fieri conſueuit, reſcindatur, atque ita doloſa prorogatio euitetur. Et ſi Iudex Cameræ & Aſſeſſores eiuſmodi prætenſam nullitatem non eo modo reperirent, ut per eam parti in cauſa principali irreparabilis iniuria contingeret, priores Proceſſus aliarum informalitatum ergò ut nulli, minimè rejciantur, quinimò deſuper in cauſa principali id decernatur, quod eſt Iuris.

IDEM ALITER.

Quoniam haud infrequenter & Proceſſuum, actorum, & ſententiarum in minoribus ſeu humilioribus iudicijs latarum, factas eſſe comperiuntur nullitates: uolumus, ut ſi quis eiuſmodi prioris inſtantiæ, latarũmue ſententiarum nullitates exiſtimet coram noſtro Cameræ Iudicio proponendas eſſe, id mediante libello, ſeu actione ſuper iniquitate illa, grauamine, & iniuſtitia earundem ſententiarum, ſi quam actionem habere ſe putet, alternatiuè ac ſimul offerre atque exhibere teneatur, petendo, ut de nullitate cognoſcatur ac pronuncietur. Vbi autem illa non habuerint locum, tum de actione iniquitatis prioris ſententiæ cognoſcatur, quo binæ inſtantiæ ſeu iuſtificationis in Cameræ Iudicio hactenus conceſſæ, mora reſecetur, ac ſic quidem dilationes decurtentur ac præcaueantur. Quòd ſi uerò allegatas nullitates Prætor & Aſſeſſores non tanti eſſe momenti cenſerent, ut ex illis parti litiganti in cauſa principali irrecuperabile iniquitatis damnum daretur, utique Proceſſus anteacti propter alias informalitates, tanquam nulli, ſiue nullitatis nomine, non rejciantur, ſed nihilominus in cauſa principali quod æquum eſt & iuſtum, decernatur.

Nullitas incidens cum principali nullitate pariter proſequenda eſt.

Ac ita quidem nullitas, quæ incidenter, & non principaliter prætenditur, unàcum iniquitate pari paſſu in omnibus terminis proſequatur, eoq; modo, ut ſuprà de cauſis appellationum conſtitutum eſt, procedatur: niſi ex actis prioris inſtantiæ manifeſta nullitas comperiatur, quæ in ſecunda inſtantia ratificari non poſſet, hic nimirum Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores etiam ante litis conteſtationem, & ex officio deſuper finaliter pronunciandi & decernendi facultatem & poteſtatem habeant.

Nullitas manifeſta.

Si qua uerò à ſententijs non prouocatum, ſed ſuper nullitate principaliter libellatum eſſet actumq;, ijs de, in extraordinarijs,

narijs, utpote in alijs ſimilibus cauſis ſimplicis querelæ procedatur.

Procuratores autem cauſas nullitatis, quarum gratia principaliter aut incidenter agitur, ſpecificè exprimere ac nuncupare tenebitur.

Quemadmodum ad Supplicationes in Iudicio agi debeat. Tit. 35.

SI pendente lite ac iuſtificatione aliqua partiū pro Citationibus, inhibitionibus, Proceſsibus, aut alijs ſibi duceret ſupplicandum fore, id quidem in nouis facere, aduerſaq; pars contrà proxima ſequenti Iuridica paciformiter in nouis agere debebit.

Excipe tamen (inquit D. Oldendorpius) ſi Iudex fuerit negligens, aut neguerit adminiſtrationem iuſtitiæ, aut fiat ſuſpectus. Nā tunc rectè ſupplicabit ſuperiori Magiſtratui: aut Imperatori, ſicubi alium ſuperiorem non habeat grauatus. l. penult. C. ut lite pendente. Accedit l. ei cuius. ff. de appell. recip. uel non.

Et ſi propterea concluſiones fierent, ſuper ijs ad ſummum deinceps ad ſecundam audientiam decernatur, neque longius prorogetur.

Quòd etiam in actibus, in hac ordinatione non commemoratis, præfixi termini ſeruentur. Tit. 36.

ITEM, ſi in cauſa quapiam aliæ exceptiones, aut neceſſarij actus quàm ſuprà nominati ſunt, ſub Iudiciali Proceſſu contingerent, ijdem iuxta naturam conditionemq; ſuam in ordinarijs aut extraordinarijs proferantur, atq; in eadem ſupradicta ordinatione retineantur.

Terminos ſeruandos eſſe ſub pœna. Tit. 37.

PORRO ordinamus ac uolumus, ut quiſq; Procuratorū in prolatione ac deductione cauſæ prædicta ordinatione in ſeruandis terminis utatur, eoſdem tamen, poſtquam cauſæ ſemel introductæ ſunt, anticipandi facultatem habebunt, aliaſq; ſinguli hanc ordinationem obſeruent, ſub pœna floreni Rhenenſis, totiens, quotiens in illam deliquerit, ſoluendi.

Anticipationis facultas conceſſa.

De moderatione præſtatutorum terminorum. Tit. 38.

QVANQVAM hæc præſcripta ordinatio & conſtitutio in proponendis cauſis, & ſeruandis terminis à partibus & eorum Procuratoribus acriter quidem et ſeuerè obſeruari debet, nihilo ſecius tamen, cùm tanta ſit cauſarum diuerſitas & conditio, nonnunquam ut termini partium decurtari ac reſcindi, aut etiam prorogari ac differri queant, Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores poteſtatem habeant, ad implorationem partium, aut per ſeſe ex officio, iuxta conditionem, qualitatem & neceſsitatem cauſæ, actuum, & partium ſupradictos

Cauſarum diuerſitas & qualitas facit ut nōnunquam termini prorogentur ac differantur.

Circumſtantiæ & qualitas cuiuſq; cauſæ perpendenda.

terminos moderandi, plures aut minores terminos atq; dilationes dandi, ulterioraq; ſcripta quàm hæc ordinatio præſtat, nominatim triplicas, quadruplicas, ac ſimiles, ſed certo numero & utrique parti æqualiter concedendi. Partibus quidem, quòd hoc ita earum neceſsitas poſtulet, per iuramentum affirmantibus.

Quo modo non obſeruati termini emendentur, reiterentur, ac reparentur. Tit. 39.

QVOD ſi contingeret, ut Procuratores ſubſtantiales terminos, prout de Iure, & ſecundum hanc ordinationem tenentur, non obſeruarent & omitterent, aut ordinē quenque ſuo non obſeruarent, aliáue non formaliter agerent (à quo tamen ſub pœna ordinationis caueant) idq; ſi ad uitandas nullitates emendare, corrigere, ac reſtituere uellent, iſtud quidem non faciant productione aut exhibitione priorum ſcriptorum, ſed paucis uerbis terminos, non rectè ſeu prorſus non ſeruatos, de nouo & Iuri & huic ſanctioni conformes ſeruent, ac tunc quidem deſuper quicquid antea ab ipſis formaliter actitatum & propoſitū fuerat, obiter deinceps ac breuiter repetant, renouēt, concilient, confirment, ratificent, ac tum in cauſa, ut par eſt, concludant.

De ſcriptis & uerbalibus proloquijs ab receſsibus, quomodo, & quo ordine fiant. Tit. 40.

In ſcriptis agendum & proponendum.

SANCIMVS ac ſtatuimus, ut pro maturiori proſecutione cauſarum, ac certiori partium propoſitione, dein per Procuratores omnes illarum materias & actiones, actusq; in ſcriptis proferantur, eædemq; ſcripturæ per ipſos ſubſcriptæ duplicatæ exhibeantur, de quibus altera copia parti aduerſæ, altera Iudicio tradatur, nec alia quæcunq; uerbalis propoſitio, aliúdue proloquium eis concedatur, quàm ſic, aut hunc in modum: In cauſa inter A. & B. hoc ſcriptum exhibeo, nempe, libellum, exceptiones, articulos, replicas, duplicas, &c. Ex aduerſo & altera pars ulterius nihil loquatur, quàm breuibus uerbis, copias peto, ac terminum ordinationis.

Formula proponendi ſcripturas.

Quicquid contrà uerò proferendum exiſtimat, hoc faciat in ſcriptis præfixo ſibi termino, aut anticipando terminum, et quidem antea, cùm libet, ſuo ordine. Nemini tamen hiſcū receſſatum uolumus, Mandata, ſi paucíſsimis fieri poterit, impugnare, aut partes tranſegiſſe, aut uita functas eſſe, breuiſsimè quidem corā deputatis ſaltem indicandā fore, ſigilla inſpicere, eaq; recognoſcere, aliaue ſimilia agere & proponere. Et ſi Pro

curator

curator huic aduerſando,nõ neceſſarios aut longos receſſus ac uerbales propoſitiones facere uellet,uideretur, nequaquã ei concedatur,quin eæ in publica audientia,reſeruata pœna, reijciantur,neq; pro ijs Procuratori quidquam taxetur.

Quod uerò pertinet ad actus ſcripto peragendos,ijdem,ut libellus,exceptiones peremptoriæ,dilatoriæ,contra dicta teſtiũ,aliaq;,itẽ Replicæ,Duplicæ,Triplicæ, quocunq; nomine uocentᷓ,aut exhibeantᷓ, certo numero articulatim aut punctatim exhibeantur: Atq; ijdem articuli principaliter ex facto,nõ ex Iure communi cõponantur, niſi quis Ius cõmune ex articulato facto emanans inferre atq; indicare uellet,qđ illi liberum fuerit,ita tamen ne iura aceruatim & non neceſſariò citet,alle getue,ut hinc aduerſario diſceptãdi ac cauillãdi anſa præbeatᷓ.

Si & Procuratores certum illum & ſtatutum numerum in exhibendis ſcriptis exceſſerint,non recipiantur, quin ab actis arceantur ac ſeparentur,pœna ipſis inflicta.

Cumq; frequenter accidat, ut Procuratores non priorum actuum memores,neq; Protocollis & actis diligenter perſpectis,in Iudicio ſe ad Iudicialia Protocolla actaue referant, uolumus, ut Procurator in his ſupinus & iniuſtus pœnam ſeu mulctam tranſgreſſæ huius conſtitutionis pendat.

Iam & quiſq; Procuratorum,à primo ad infimum in ea qua conſiſtit ſtatione agat, nec alter alteri in proponendo ſermonem præripiat,neq; cauſas ordinarias & extraordinarias, aut alioquin ordinem circulariter procedendo cõfundat,ſed ſanctioni huic conſentanea agat, ſuas cauſas modeſtè, breuiter, aptisq; uerbis proferat,ac ita ſe in uniuerſum gerat,quemadmodum officij ſui ratio expoſcit, & ſuprà in prima parte huius ordinationis ſub titulo de Procuratorum officio coram Iudicio latius eſt demonſtratum. *Quiſq; Procurator ſuo loco & in ſua ſtatione agat.*

De contumacia partium comparentium, & earum ceſſationibus & moris. Tit. 41.

SI parti alicui corâm exiſtenti, aut eius Procuratori agendum ſit ex decreto, aut alioquin ſecundum hanc ordinationẽ agere teneatᷓ, & negligens contumaxq; fuerit,aliaſue mora longè circumducta agat,ad contumaciam & pœnas Iuris communis pars poterit procedere,& contumax in expenſas damnaq; paſſa condemnetur,quibus ad æſtimationem Iudicis refuſis,tamen primùm ad ulterius agendum in eo ſtatu, quo cauſæ & Proceſſus exiſtunt,admittatur.

Si qua uerò mora etiam in temerarijs exceptionibus,culpa, negligentia,aut imperitia Procuratorũ conſpiceretur,ipſi ex-

penſas citra præiudicium partium perſoluere teneantur, cui Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores acriter & ſeuerè inſiſtant.

DE contumacia & inobedientia partium non comparentium, & quomodo in ea procedatur.

Vide huius articuli pulchram declarationem in Obſeruat. D. Myn ſingeri 65. Centuria 4. Facit & ad ſequentes §§ Obſeruat. 67. Centur. 4.

De non comparentis *Actoris contumacia in prima inſtantia.* Tit. 42.

PRIMVM, ſi Actor, qui Citationem et Proceſſus obtinuit, in termino Citationis non comparet, rei nomine aut citati, Actoris contumacia accuſetur, proclamatio petat, & elapſis tribus Iuridicis proximis à decreta proclamatione, peti poteſt, ſe à Citatione cum refuſione expenſarū & damnorū abſolui, ad quam petitionem quoq; per Iudicem Cameræ & Aſſeſſores abſoluatur.

Quòd ſi Actor uerò ſemel aut multotiens Iudicialiter comparuit, actionem inſtituit, & ante litis conteſtationem contumax erit, decreta & facta proclamatione, effluxisq; tribus illis Iuridicis, liberum ſit reo, prædictò modo abſolutionem emiſſæ Citationis petere, aut litem ſuper inſtituta actione conteſtari, ac deſuper in cauſa principali, Iudicio eò contendere, ut demùm ab illa abſoluatur.

Verùm ſi Actor, poſtq; cauſa per actionē & reſponſionem cœpta eſt, & lis conteſtata, contumax fuerit, ad interpellationem rei, tunc quidem Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores, ad finale decretū procedant, ac iuxta qualitatē cauſæ pro actore aut reo decernant, pronuncientq; quod iuſtum erit, ita tamen, ne ſemper obediens & pars comparens, etiamſi ſuccumbat in ſententia, expenſas Iudiciales refundere teneatur.

Semper obediens pars, nullas expenſas refundere tenebitur.

De non comparentis rei contumacia in prima inſtantia. Tit. 43.

SI Reus in prima iuſtificatione litis contumax fuerit, & ob id proclamatio ad interpellationem actoris decerneretur, tum & poſt hanc tres Iuridicæ elaberentur, Actori liberum ſit, permiſſumq; aduerſus contumacem, & non comparentem reum ad excommunicationem Banni & eius aggrauationem, ſiue ad immiſſionem bonorum iuxta conditionem & qualitatem cauſæ, ex primo decreto, aut in negocio & cauſa principali modo ordinario ad finem uſq;, quicquid in his actori conducibilius uiſum fuerit, procedere. Quamcunq; igitur uiā hoc pacto ingredietur, eam ſibi Iudex Cameræ & Aſſeſſores planam expeditamq; reddent.

Attamen

Attamen ſi Actor hoc modo ad Bannum contra contumacem proceſſurus eſſet, de nouo illum, ut par eſt, uidelicet ad uidendum & audiendum ſe in Bannum, eiusq; aggrauationem declarari, aut cauſas in contrarium allegari, citare debebit. Et ſi ſic quoq; emanſerit, rurſusq; contumax fuerit, tunc primùm quidem, decreta & facta proclamatione, effluxisq; tribus illis Iuridicis, poſtea excommunicetur, & in Bannum Imperiale declaretur. *Quando contumax in Bannum declaratur.*

Declarato autem ſic reo ob contumaciam ſuam in Bannũ, Actor iusq; fasq; habet Banniti res & bona coram Cameræ Imperiali noſtro tribunali ſpecificè nominare, ac petere ut in ea immittatur: Super quo & Cameræ Iudex noſter Iudiciali decreto illum in bona Banniti immittat. Ac quilibet Princeps, Magiſtratus, et communitas, ſub quibus Bannitus reſidet, aut bona eius ſita ſunt, ad decretos Cameræ Iudicis noſtri Proceſſus Actori, Banniti res & bona concedat, nec quidq; in ijs impediat, quin potius ipſum protegat, tueatur ac defendat, in modum infrà de executione latarum ſententiarum ſancitum eſt. Si quæ uerò feudalia fuerint, eorum annuus fructus, ſi quis præter impenſa reſtabit, Actori reddatur, quamdiu bannitus in excommunicatione erit. *Specificatio bonorum Banniti.*

Quòd ſi Actor uerò hanc uiã declarationis Banni, aliamq; immiſsionis bonorum ex primo decreto omittendam, & in negocio cauſaq; principali procedendum ducat, ad implorationem eius facta proclamatione, effluxisq; tribus illis Iuridicialis in contumaciam pro conteſtata acceptetur, ac terminus articulandi ad proximũ præfigatur, tamen poterit mox abſq; ulteriori dilatione oblatum libellum, ſicubi articulatus eſt, loco articulorum repetere, accuſando aduerſæ partis contumaciam (niſi Iudex ex rationabilibus cauſis iuxta qualitatẽ accuſati contumaciæ in proximam Iuridicam reiecerit) ſtatimq; petendo, ſe ad eoſdem articulos probandos admitti.

Tuncq; Iudex ad hanc implorationem, ſi modò eiuſmodi articuli fuerint admiſsibiles & pertinentes (ſuper quo primùm decernat) terminum probandi æſtimatione Iudiciali aſſignet, ac ita actoris teſtimonia, aliaq; propoſita audiat, in ijsq; procedat & pronunciet. Si autem pro contumace iudicatum fuerit, obedienti tamen actori expenſæ, damnaq; paſſa refundentur.

Hocq; caſu, ſi ſic in negocio principali procedetur, contumax tamen ante litis determinationem in expenſas & damna contumaciæ non condemnetur.

O 3

De non comparentis appellantis contumacia. *Tit.* 44.

SI appellans emiſſa Citatione non compareat, aut ſi ſemel comparuiſſet, ante uel poſt litis conteſtationem fieret contumax, appellato concedatur, uijs modisq́;, ſuprà de Actoris contumacia in prima inſtantia poſitis, contra ipſum uti.

Iam & appellato, ſi appellationem prætendat, contra contumacem appellantem in Iudicio non comparentem libellandi, ac deſuper prout de Iure procedendi facta ſit poteſtas.

Formalia appellationis ad fundandam iuriſdictionem probanda.

Atqui in hoc caſu tamen appellatus, ubi ad contumaciam aduerſarij agendum putauerit, primùm formalia appellationis ad fundandam Iuriſdictionem probare, ac tunc quidem ſuam intentionem ac petitionem, ut ſuprà ponitur, ad hæc quoq; acta primæ inſtantiæ exhibere debebit. Nec ſi quidq̃ noui exhibuerit, uno termino omnes terminos cõplexos ſeruare, ac ſuper actis prioribus concludere poterit, niſi Iudex contumacem ad proximam expectare uelit, aut aliud quippiam decernat.

Appellatus uerò, ſi quid noui forſitan producendum aut probandum putet, id fiat in modum ſuprà de rei contumacia expreſſum, cautumq́;.

De non comparentis appellati contumacia. *Tit.* 45.

Appellato contumace, quid appellanti concedatur.

SI appellatus non comparebit, ac cõtumax erit, appellanti concedatur, unam aliquam ex tribus illis uijs, modisq̃, ut ſuprà de rei contumacia ſancitum eſt, amplecti, in quo prædicto modo procedat, agatq́;.

Attamen ubi in negocio cauſaq́; principali in contumaciam procedere uoluerit, eo modo fiat, utpote de appellato ſuprà proximè conſtitutum eſt.

Formalia appellationis primùm iuſtificãda, deinde libellus et actio offerenda.

Præſertim uerò, ſicubi appellans ſuper contumacia aduerſarij in principali negocio proceſſerit, proximo, ſimul atque proclamatio ex ordine Iudicij facta eſt, termino, formalia appellationis ſuæ probare ac iuſtificare, poſtea libellũ & actionem ſuam offerre, deſuper agere debebit, in modum ut ſuprà de appellato contra contumaciam appellantis expreſſum eſt.

Si contumax poſtea compareat, quid agendum ſit. *Tit.* 46.

Contumax obedienti expenſas refundat.

AT ſi contumax compareat, poſt unum aut alterum terminum, ſiue ſit Actor ſiue Reus, ad proſequendum cauſam Proceſſumq́;, ſtatu eo, quo ante finalem concluſionem inuenerit, admittatur, audiaturq́;:

diaturq́; tamen ad ſeruatos terminos non acceſſurus, tum & obedienti parti omnes expēnſas & damna propter contumaciam ſuam perpeſſa, ex Iudiciali æſtimatione refuſurus.

Hæcq́ in uniuerſum ac omnibus & ſingulis contumacibus ſiue per emanſionē, aut aliàs in principio, medio, & fine cauſæ contingant, perpetuò ita obſeruentur. Si qua uerò contumax poſt finalem concluſionem ſe ſiſteret, & concluſionem peteret reſcindi, non, niſi ex legitimis iuſtiſq́; cauſis, pariterq́; cum refuſione expenſarum & damnorum, admittendus erit. *Concluſio finalis, quomodo & quando reſcindenda.*

Si quis & ob contumaciam in Bannum Imperiale incidiſſet aut ueniſſet, eiusq́; contumaciæ ergò cum parte aduerſa ad tranſigendum ſe componendumq́ offerret, ſed fruſtrà, ut qui amicabiliter cum illa tranſigere non poſſet, ea quidem contumacia, ac quomodo componenda ſit & emendanda, æſtimationi & decreto Cameræ Iudicis noſtri & Aſſeſſorum ſtabit. Et ſicubi poſt eiuſmodi decretum contumax, id quod ſibi iniunctum eſt, præſtiterit, à Banno rurſus abſoluatur ac liberetur, eiq́; illud, quod uigore Banni ſeu proſcriptionis occupatum eſt, eâ æſtimatione ac precio, quo illo tempore erat, exceptis tamen fructibus perceptis, reddatur, reſtituaturq́. *Contumax bannitus, quomodo liberetur.*

De ſententijs, quomodo, & quo tempore, & à quot Iudicibus illæ promulgari ac publicari debeant.

Tit. 47.

CONSILIO ac deliberationibus concipiendarum diffinitiuarum unà cum Comitibus & Baronibus, non minus octo: & interlocutoriarum quatuor, quinque aut ſex: Taxationum expenſarum aut Supplicationum, tres aut quatuor Aſſeſſores interſint. Si qua uerò dubia, aut difficultas incideret, aut in ferenda ſententia ſeſe concordare non poſſent: hic alijquoq́ uocentur, unaq́; eorum conſilio concludatur. Quicquid uerò ſuprà dicto modo factum, decretumq́ fuerit, non ſecus, ac ſi ab omnibus Aſſeſſoribus pronunciatum, publicatumq́; eſſet, contineatur, ratumq́ habeatur, omnimodo, ut ſuprà prima in parte ſub Titulo, de Aſſeſſorum officio in conſilio, latius ſancitum eſt & ordinatum. *Sententiæ latæ, quando & quomodo ratæ ſint.*

Abſentibus uerò Cameræ Iudice, alijsq́; aliquot Aſſeſſoribus, reliqui, eo numero, quo dictum eſt, concipiendi ſententias, promulgandi, & Iudicialiter agendi eam facultatem habeant & poteſtatem, ac ſi omnes coràm, præſtoq́; eſſent. *Sententiarum ferendarū poteſtas penes quos ſit.*

Porrò mandamus ac uolumus, ut primò concluſæ cauſæ, primò etiam, quantum poſsibile, quocunq́; tempore Iudicia-

Quæ cauſæ ante alias prouehendæ & expediendæ.

liter diſcutiantur, dijudicenturq́;. Attentam uerò in hoc curam diligentiamq́; adhibeat Cameræ Iudex noſter, ut cauſæ fractæ pacis, ſpoliatorum, executionū, aliarumq́ʒ priuilegiatarum cauſarum ante alias prouehantur, eæq́;, ad ſententias concipiendas, ac referendas diſtribuantur. Generaliter quoq́; omnes cauſæ, in quibus diffinitiuè ſeu interlocutoriè concluſum eſt, debito tempore, iureq́; terminentur ac perficiantur, omnibus modis, ueluti ſuprà in prima parte ſub duobus titulis, de Cameræ Iudicis officio in conſilio, & Aſſeſſorum officio in conſilio, ordinatum atq́; ſtatutum exiſtit.

Publicatio ſententiarū tam diffinitiuarū quàm interlocutoriarum.

Concluſis ita conceptisq́; in conſilio diffinitiuis & interlocutorijs, eædem præſentibus Cameræ Iudice & omnibus Aſſeſſoribus, quotquot in audientia præſentes fuerint, publicari debebunt.

Aperta theatri ianua ſententiæ publicentur.

Ac ea quidem publicatio ſententiarum ex ueteri more & conſuetudine aperta theatri ianua fiat, ac tum protinus audientia incipiatur & ſeruetur.

Res iudicata, & diffinitiua.

De executione rei iudicatæ & latarum ſententiarum. Tit. 48.

Sententia lata abſq́; fructu eſt, niſi executio ſequatur.

Huius articuli meminit D. Ioan. Oldendorp. in ſuo exceptionum Enchiridio. Aliàs imploratur officium Iudicis.

Cuilibet uictori executoriales dentur contra ſuccumbentem ad pſerendum ſententiæ.

CVM quæuis res iudicata & diffinitiua ſententia, 1
ſi non debitè exequatur, parum fructus conferat: ne ergo in executione rei iudicatæ promulgatarumq́; ſententiarum defectus appareat, ac deinceps ſinguli ſui Iuris atq; iuſtitiæ in Cameræ Iudicio noſtro propiorem maturioremq́; executionem conſequantur, communicato iunctoq́ʒ cum Statibus conſilio, ſanciuimus ac ſta- 2
tuimus, ſancimus, ordinamus, & ſtatuimus his mediantibus, ut cuilibet ad ſuam implorationem, qui rem iudicatam, diffinitiuam ſententiam & iuſtitiam ibi conſequutus eſt ac obtinuit, contra partem in ſententia ſuccumbentem mandatoriæ literæ & executoriales ſub certa pœna, iuxta conditionem &

Pœna executorialibus inſerta, cuius medietas fiſco, altera uincenti parti ſoluatur.

qualitatem cauſæ per Cameræ Iudicem noſtrum & Aſſeſſores 3
decernantur, medietatem fiſco, & medietatem parti uincenti ſoluenda poſt præſentationem harum Mandatoriarum literarum in N. ſpacio, eidem ſententiæ obtentæ properè pareat

Formula & effectus executorialium.

& ſatisfaciat. Executorialibus quidem huiuſmodi emiſsis & 4
inſinuatis condemnatus tenebitur in præfixo termino indicare atq; oſtendere, an illis paruerit nec ne, cui & ulterius ſpacium ordinationis non præbeatur. Sicq́ʒ executorialibus ſtatuto 5

Contra non parentem executoriales actiones dentur ſub pœna banni.

tempore non paruerit, Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores ad implorationem uincentis partis actiones executoriales ſub pœna Banni ſeu proſcriptionis decernant, in quibus etiam

partem

6 partem ſuccumbentem, ſi & his non ſit pariturus, perempto-riè uocent, citentq́; certo die comparendi, ad uidendum & audiendum ſe proſcribi, inq́; Bannum Imperiale, & pœnam in executorialibus contentam renunciari & declarari, aut cauſas allegandum, quamobrem id fieri non debeat. *Citatio in contumacem ad uidendum ſem pœnam Banni declarari.*

7 Si ergo pars ſuccumbens ſtatuta die cauſas proferret in Iudicio noſtro releuantes, uincenti parti mox aut proxima audientia exceptionem ſuam ſcripto econtrà exhibendo, reſeruatum ſit, & abſq; alijs ſcriptis aut uerbalibus proloquijs ſuper eo decernatur quod iuſtum eſt: niſi Iudex Cameræ & Aſſeſſores ex compertis prægnantibusq́; cauſis ſub modo aliquo darent ulterius ſpacium producendi quidpiam & exhibendi. *Contra ſuccumbentis allegatas cauſas excipit pars uincens.*

8 Pars autem ſuccumbens ſi talibus mandatis nõ morem gereret, aut ſuæ exceptiones nõ releuantes cenſerentur, properè quidem uigorē ac ui priorum Mandatorialium literarum in uirtute ſua ac robore perſiſtentium in memoratam pœnam & excommunicationem Banni unà cum expenſis & damnis declarabitur. *Cauſis non releuantibus adductis ſuccumbens in Bannum declaratur.*

9 Iudicium item Cameræ ad ulteriorem implorationem partis uincentis pro grauiori pœna cõtumacium & ſuccumbentium partium in proſcriptione ſeu excommunicatione Banni, ut par eſt, procedere, ac ob id neceſſarios Proceſſus decernere & impartiri properè & abſq; mora tenebitur. *In contumaces decernuntur grauiores pœnæ.*

10 Declarata uerò hoc modo propter ſuam contumaciam in Bannum parte ſuccumbente, pars triumphans Iure, Banniti ures & bona communia Imperiali noſtro Iudicio Cameræ ſpecificari, ſeq́; in ea immitti petet, quem etiam Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores Iudiciali decreto in eas Banniti facultates & bona immittant. Tum ſi uincens præterea indicaret ſuccum- *Succumbente in Bannū declarato, uincens autoritate prætoris occupat bona.*

11 bentem Eccleſiaſtici aut ſecularis Electoris, Principis, Prælati, Comitis, Domini, communitatis, aut alius cuiuſdam Magiſtratus ſubditum aut incolam eſſe, & ob id peteret eam poteſtatem ſeu Magiſtratum pro executore obtentæ ſententiæ Iuris, pœnæ & Banni ſibi dari: hic nimirum Prætor Cameræ, Iudiciumq́;, eũdem, eóſue petitos in executores det, eiſq́; mandet, ut ad perficiendam exequendamq́; obtentam ſententiam *Princeps et Magiſtratus, ſub quibus Bannitus reſidet, pro executoribus requiruntur. Hic articulus infrà declaratur & corrigitur.*

12 & commiſſam pœnam Banni auxilium præſtent. Ad quæ item poteſtas illa ſeu Magiſtratus, ſub quo Bannitus reſidet, aut facultates ſuæ poſſeſsionesq́; & bona ſita ſunt, ſuper huiuſmodi decretis Cameræ Iudicij noſtri Proceſsibus uincenti, facultates & bona uicti Banniti concedant, nullo facto impedimento, ſed potius tuitione opeq́; præbita. Si quæ tamen *Vincenti bona uicti Banniti tradantur.*

feudalia

Feudales fructus dominus uincenti reddet, ſi qui ultra impenſa extiterint.

feudalia eſſent,eorum bonorum annuum fructum Dominus 13
feudi,quantum ultra impenſa eorundem reſtabit, parti alteri
reddet,tantiſper donec proſcriptus in Banno perſeuerauerit.

Poteſtatis ſeu Magiſtratus requiſiti reſponſio ſit clara & diſerta.

Ipſa hæc poteſtas ſeu Magiſtratus Cameræ Iudicio noſtro, 14
infra menſem,poſt earum literarum inſinuationem,proximũ,
reſpondebit,ita ut inde Iudicium Cameræ clarè ſciat,an eadem
poteſtas ſeu Magiſtratus in hoc parere uelit, nec ne.

Excuſantes ſe de legitimis cauſis executionem ſoli facere nõ cogantur. Hic articulus infrà declaratur & corrigitur.

Quòd ſi ea poteſtas ſeu Magiſtratus ſub Sigillo ſuo, Ca- 15
meræ Iudicio,ſtatuto temporis ſpacio ſcripto ſe excuſaret,ui-
delicet abſq; maximo diſcrimine grauiſsimisq; de cauſis,quas
reſponſo ſuo ad Cameræ Iudicium inſerere ac indicare debe-
bunt,contra ſuccumbentem,executionem ſe facere, ſiue ad eã
opem ferre non poſſe,ſoli id præſtare non cogantur.

Quando Imperator & Rex pro executione ſunt implorandi.

Ac tunc quidem pars uictrix nos,ſicubi ita unum fuerit, & 16
in Imperio Teutonicæ nationis erimus,aut nobis abſentibus,
dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem,pro maiori
auxilio & executione imploret,qua ipſum tam properè quàm
per conditionem negocij cauſæq; fieri poterit,impartiemus.

Excommunicatio Eccleſiaſtica quando Victori communicanda.

Et ſi qua nos,aut nobis abſentibus dilectus frater noſter, 17
Rex Romanus,aut Iudex Cameræ & Aſſeſſores ad uincentis
partis implorationem,uſui fore exiſtimauerimus,ut huic exe-
cutioni excommunicatio Eccleſiaſtica adhibeatur, exercea-
turq; aduerſus partem ſuccumbentem: tunc quidem ea ad
pœnam & cohertionem inobedientis properè communice-
tur, attamen partis uictricis,Bannum Imperiale conſecutæ,
arbitrio uoluntateq; ſtet,dictã excõmunicationem Eccleſia-
ſticam denunciandam petendi, nosq;, aut nobis abſentibus,
dilectum fratrem noſtrum Romanorum Regem,aut Came-
ræ Iudicium noſtrum, pro ulteriori auxilio executionis con-

Bulla Reimundi de banno Eccleſiaſtico.

iunctim ſeu diuiſim petendi et impetrandi. Ac diligentiam ad- 18
hibebimus à ſanctiſsimo Papa obtinendi, ut eiuſmodi Bannũ
iuxta Bullam Reimundi ob id iam pridem emiſſam per Iudi-
cem Cameræ aut Aſſeſſores Eccleſiaſticos decernatur.

De hac re deliberabitur nunc rurſus in Comitijs Auguſtæ.

Quando ob contumaciam proſcripti potentis committatur Circulis quibusdam executio.

Poſtquam autem in hac ſanctione Executionis non expri- 19
mitur,ſi pars inobediens & contumax, à ſententia cadens &
ſuccumbens,extra Imperium,aut nullo ſub Electore, Princi-
pe,aut Statu Imperij reſidens,aut ijs attinens,aut executio con
tra Electorem,Principem,Eccleſiaſticum,aut ſecularem, con-
tra potentem communitatem, aut unum aut plures, qui exe-
cutionem ſententiæ ui armisq; repugnaturi eſſent, quo pacto
ſeruari debeat: Viſum eſt utile fore,uti nos, aut nobis abſen-
tibus,dilectus frater noſter Romanorum Rex, in talibus ap-
pellemur, noſtroq; arbitrio ac uoluntati relinquatur, uni aut
pluribus

pluribus Circulis, quantum neceſsitas poſtulauerit, executionem mandare & perficere &c.

Si quoq; ad cuiuſquam partis obtentos Proceſſus in Iudicio Cameræ factos, peracto tẽpore immediatè, aduerſus aliquem, Iudicio Cameræ ſine omni medio ſubiectũ, ſed in alie-
20 na natione reſidentem, executio facta fuiſſet: ea tamen contra attinentes ſacro Imperio ob quamcunq; participationem minimè uſurpetur, exerceaturq́;, priuſquam generale edictum ſeu Mandatũ ediderimus, ne attinentes Imperio, eò loci, contra quem Proceſſus obtentus eſſet, uerſentur, negocia tractent aut communionem ſeu participationem habeant. Tum & Imperij ſubditis ſpacioſus terminus ſtatuatur, eo loco decedendi & emigrandi, bonaq; ſua alienandi. Itaq; ſuprà proximè poſitus articulus tantùm de antelatis ſententijs in Cameræ Iudicio præteriti temporis intelligendus erit, & non de futuris
21 ſententijs. Quippe Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores contra eos, qui Imperio non ſunt ſubiecti, nec in eiſdem confinibus morantur, deinceps nullos Proceſſus, abſq; noſtro, aut nobis abſentibus, dilecti Fratris noſtri Romanorum Regis, conſenſu emittere debebunt.

Edictum generale prius edendum quàm executio cõtra in Imperio reſidentes uſurpetur.

Contra Imperio non ſubiectos Proceſſus nulli emittantur abſq; mandato Imperatorum.

Declaratio priorum articulorum, tum & ulterior prouiſio executionis Imperialis pacificationis, & rei iudicatæ, latarumq́; ſententiarum. Tit. 49.

CVM & Executio publicæ pacis, in communi executione Iudicij Cameræ ad executionem ſententiarum latarum pertinente conſiſtat, ut ergo certa executio, firmiorq́; magis quàm hactenus & Imperialis pacificationis, & ſententiarum latarum Imperiale Iudicium noſtrum Cameræ conſequatur, communicato conſilio conſenſuq; Electorum, Principum & Statuum prædictam ſanctionem ſeu conſtitutionem declarauimus & emendauimus, facientes id his mediantibus, ut ſequitur. Ac primò, Sicut in dicta Iudicij Cameræ executione ordinatum eſt, ſi pars ſuccumbens ſub Electore aliquo, Principe, aut Statu reſideat, ut ad petitionem uincentis partis eidem Electori, Principi, aut Statui mandetur, obtentam ſententiam, admiſſam pœnã, & Bannum exequi: ita quoq; contra Bannitos, qui ob pacem fractam, aut exceſſum ſanctionis in Bannum declarari, ac ſub Electore, Principe aut Statu habitarent (excepta immiſsione bonorum Banniti, quæ hoc in caſu non eſt neceſſaria) ſeruetur: uidelicet, ut idem Elector, Princeps, ſeu Status Bannum & commiſſam pœnam contra pacifragum aut uiolatorem ſanctionis,

Executio ſententiarum latarũ certa ſit firmaq́;.

Miſsio non neceſſaria.

ſanctionis, nempe, dũ adhuc in Principatu aut dominatu præſens eſt, aduerſus ipſum, ipſius corpus, facultates & bona: ſi uerò extra ditionem fuerit, tantùm aduerſus res, bonaq́; ſua exequi teneatur, his tamen appendicibus, nimirũ ſuismet impenſis, abſq; præiudicio & grauamine uictricis partis, quod & Iudicium Cameræ eidem Electori, Principi, aut Statui ad interpellationem uictricis partis ſub certa mulcta, pecuniariaq́; pœna, iuxta qualitatem perſonæ & cauſæ per dictum Cameræ Iudicium æſtimandi, præcipiat, latam ſententiam, Bannum, pœnam & mulctam exequenda Si uerò his litigator non paruerit, Iudex Cameræ & Aſſeſſores ad uictricis partis aut Imperatorij noſtri fiſcalis implorationem, aduerſus immorigerum Electorem, Principem, aut Statum ob memoratam pœnam Iudicialiter, ut decet, procedant: nihilo ſecius tamen executionem mox ordine ſeu Circulo, ſub quo inobediens ille Elector, Princeps, aut Status reſidet, mandent ac præcipiant: qui ordo ſeu Circulus executionem etiam ſibi ſumere atq; in ſe recipere, & partis uictricis ſententiam, iusq́; prædicto modo exequi tenebitur. Ac ſi quid fortè ultra executionem ſententiæ factamq́; impenſarum moderatarum Iudicialium ſolutionem, & conſecutæ pœnæ in bonis Banniti reſtaret, id quidem Elector, Princeps, ſeu Status, aut Circulus, qui executionem feciſſent, occupare ac uſurpare poterunt, tantiſper donec proſcriptus abſolutionem Banni impetrauerit, & expenſas propter executionem factas legitimè refuderit.

Mulcta certa conſtituenda & eſtimanda ex qualitate perſonæ & cauſæ.

Iam &, quanquam ſuprà cautum eſt, quòd ſi Elector, Princeps, aut Status ſub Sigillo ſuo ſe excuſaret, quòd executionem erga illum ſubditum non ſine maximo malo facere poſſet, eam tunc ſibi remitti: Volumus tamen hanc excuſationem porrò aliter non habere locum, nec recipi, prꝛterq́; in duobus differentibus caſibus, primùm, ſi executio contra ciuitatem aliquam, aut communitatem, quæ alicui Electori, Principi, aut Statui ſubiecta foret, aut ſub ipſo reſideret, cuius uim tamen arcere non poſſet idem Elector, Princeps, aut Status, neq; etiam eſſet poſsibile Bannum contra ipſam exequi: aut ſi proſcriptus priuata perſona eſſet, talem autem munitionem haberet, quæ ſine maximis impenſis debellari, expugnari atq; euinci non poſſet, nec eæ impenſæ etiam à Bannito reddi reſarcirive poſſent. In quibus duobus caſibus, Electori, Principi, aut Statui, cui debetur executio, per ſe ſolum facienda remittatur, quinimò ea per Iudicium Cameræ uni aut pluribus Circulis Imperij committatur, quemadmodum infrà latius deducetur.

In duobus tantùm caſibus recuſatio Magiſtratus admittenda.

Executio difficilis ac ferè impoßibilis.

Circulis Imperij quando committenda ſit executio.

Quippe

Quippe in huiuſmodi commemoratis duobus caſibus, aut ſi executio in Electorem, Principem, aut Statum, Eccleſiaſticum uel ſecularem, ſeu aduerſus potentem communitatem, uel eum qui extra Imperium commoratur, nihilominus tamen Imperio ſubiectus foret, facienda erat: qui executioni ſententiæ & Banni (in quod Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ quemcunq; ſub Imperio reſidentem, ad illud uc pertinentem, ubi neceſſe fuerit, pronunciandi ac declarandi poteſtatem habeat) ui armisq; reſiſtere uellet: tunc quidem Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ executionem ſententiæ, pœnæ & Banni erga eum Electorem, Principem, Statum, aut communitatem, ſiue cũ, qui extra Imperium reſideret, ſed eidem ſubiectus eſſet, uni aut pluribus uicinioribus ac proximioribus circulis committat, qui porrò deliberaturi ſint, quomodo executio in proſcriptum ſeu Bannitum cũ fructu & utilitate ſuſcipi queat. Huc quoq; & alios, ſicubi neceſſe ſit, circulos conſcribere poterunt, nimirum ex ſingulis, duas perſonas certa die dicta cõueniendi, qui circuli illis etiam in exequendo, prout melius deliberatum conſultumq; fore uidebitur, opem, auxiliumq; laturi ſint.

Circulorum conuentus conſultantes de executione in potentem Bannitum facienda.

Facta autem executione, bonisq; Banniti occupatis executores confeſtim uictrici parti obtentam ſententiam iusq; exequantur, eum immittant, aut ne queratur componant, refuſis omnibus adiudicatis & moderatis Iudicialibus expenſis, mulctis & pœnis, in quibus omnibus etiam ſua poteſtas ſeu Magiſtratus uictorem manutenere & conſeruare debebit, nec aliquas expenſas in executionem inſumptas, illi uel aſsignabit uel ſupputabit.

Atqui omnia alia reliqua Actoris bona immobilia & mobilia executores ad ſe recipere debent ac poſſunt, uti, frui, tantiſper donec proſcriptus ſeu Bannitus iuſtam abſolutionem Banni ordinario modo conſequatur, pœna inflicta plenè ſoluatur, adeoq; ipſis executoribus omnes quantum fuerit poſsibile expenſas huius executionis ergò factas ſufficienter & ex integro reſtituat.

Caſu autem, quo prædicti Banniti facultates & bona tanti precij non eſſent, cõue ſe extenderent, ut impenſæ ob executionem factæ, ex illis refundi, reſarcirive non poſsint: aut quicquam præter id, quod parti uictrici debebatur, pendendum ac ſoluendum amplius reſtaret: omnes circuli ad requiſitionem eorum, qui executionem præſcripto modo fecerunt, ſuos huc mitti teneantur, impenſarum cauſa ac ſumptuum ergò, qui à Bannito inſtaurari nequeunt, rationem ineundi mu-

De mulctis, ſumptibus, & impenſis in executione Banniti factis.

tuoq; ſeſe componendi, eoſq; inter Circulos omnes æqualiter diuidendi, ne quis Circulus ante alios prægrauetur. Eũq; ſumptum Circuli abſq; tergiuerſatione ſeu recuſatione pendere, & contra contumacem per Imperialem noſtrum fiſcalem procedi debebit, pro iuſta ſolutione præſtanda.

Iuſſio & prouiſio Imperatoris & Regis in executione graui & difficili petenda & expectanda.

Quòd ſi quoq; accideret, ut unus aut plures, aut etiam omnes Circuli (quod tamen fieri non debet) executioni ſeſe intromittere nollent, ſeq́; illi opponerent: Iudex Cameræ & Aſſeſſores iſtud ipſum nobis, aut nobis abſentibus dilecto fratri noſtro Romanorum Regi protinus ſignificent, legitimam in eo prouiſionem facturis.

Cautionem ſtandi iuri conuentus Actori præſtare tenetur.

Cæterùm, ſi quis alienus ab Imperio, aliquem Imperio ſubditum coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ in Ius uocare ſeu Iure conuenire uellet, conuentus Actorem ad ſufficientem cautionem præſtandam adigat, uelut Iura id permittunt, ne in huiuſmodi caſibus extra Imperium, executionem facere ſit neceſſe.

De iudicialibus expenſis, taxationibus & moderationibus earundem. Tit. 50.

IVDEX Cameræ & Aſſeſſores in determinatis, expeditis & executionum cauſis ſingularem adhibeant diligentiam, ut expenſæ properè taxentur, quò partes condemnatorum pariter & expenſarum ſolutionem minori ſumptu ac uno executoriali conſequi poſsint, lataéq; diffinitiuæ prædicto modo maturè exequantur. Attentam quoq; & accuratam lectores diligentiam adhibeant, ut concluſæ huiuſmodi, determinatæ, & executionis cauſæ ad referendum citò tradantur.

IDEM ALITER.

In definitis uerò & executionum cauſis diligentiores ſint Iudex pariter & Aſſeſſores, ut facti ſumptus tempeſtiuè æſtimentur, & litigatores ea quæ ſibi adiudicata ſunt, taxatis expenſis, ſimul & executoriales minimis impendijs conſequantur. Tum & definitiuæ ſententiæ latæ, ut præſcriptum eſt, ritè recteq́; exequantur. Lectores autem præcipuæ ſint & accuratæ in eo diligentiæ, ut eiuſmodi concluſæ, definitæ adeóque executionum cauſæ ad referendum ſtatim ac opportunè præbeantur.

Volumus quoq;, cauentes ſuperuacaneo labori & expẽſis, ut porrò in omnibus cauſis & caſibus propter expenſas nullæ nouæ Citationes præbeantur aut accipiantur.

Adhæc Procuratores ui ſuorum Mandatorũ, quæ in principali

cipali habent negocio, cauſaq́;, an fortè in ijſdem de expenſis & executionũ cauſis expreſſa nulla ſit facta mentio, in huiuſmodi expenſarum et executionum cauſis ad agendum admitti debebunt: at ſi quis tamen expenſas medio iuramento obtinere, aut pro ijſdem quietare uellet, expreſſo id nõ ſolum iuſſu & mandato, uerumetiam prius accepta partis ſuæ informatione faciat.

Sancimus quoque & ſtatuimus, ut pars ſuccumbens eas taxatas expenſas coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ deponere teneatur, ac deinceps ſententijs expenſarum ſemper inſeratur, partem in expenſas condemnatam, eas parti uictrici certo ſtatutoq́; ſpacio in Imperiali noſtro Iudicio Cameræ ſoluturam eſſe. *Expenſas eſſe deponendas ad Iudiciũ Cameræ.*

Quandoquidẽ & plerunq; corã Cameræ Iudicio noſtro in cauſis appellationũ, in quibus pronunciatũ, prioresq́; ſententiæ confirmatæ exiſtunt, executio earundem ſententiarum, ſimiliter & taxatio expenſarum in prima inſtantia factarũ expetitur, quamuis à quibuſdam hactenus dubitatum ſit, an huiuſmodi taxatio & executio priorum inſtantiarum ad priores Iudices remittatur, Volumus tamen, ſancimus ac ſtatuimus his mediantibus, tales executiones, taxationesq́; expenſarum prioris inſtantiæ in omnibus cauſis, quæ per appellationem ad Imperiale noſtrũ tribunal Cameræ deuoluentur, ibidem quoque fieri & exequi oportere.

Si quæ tamen appellationes coram iſto Imperatorio tribunali noſtro fierent, quæ poſtea deſertę aut alioquin iniquæ exiſtimarentur, ac ſic quidem ad noſtrum tribunal Cameræ non deuolutæ eſſent, uel etiam admitterentur: In his expenſæ tantũm, prætenſæ iſtius appellationis gratia factæ, coram noſtro Iudicio Cameræ taxentur, Tum & alteri parti in executione earundem, ut par eſt, ſubueniatur. Cæterùm ob principale negocium et expenſas coram prioribus Iudicibus factas, pars uictrix priores Iudices pro taxatione & executione (ſi eorum eſt iſta præſtare) ut decet requirere ac interpellare tenebitur.

Volumus item omnes ſimul & partes & Procuratores per hæc commonefieri, ut quicunq; interlocutorijs uicti fuerint aut ſuccubuerint, ob id ipſum & dilatam iuſtitiam, prout de Iure, in expenſas & damna declarentur: Idq́; ſi temerè, utpote friuolis exceptionibus, culpa, negligentia aut imperitia Procuratorum factum eſſe, perſpectum fuerit, ijdem Procuratores ea damna & expenſas, citra diſpendium, præiudiciũmue partium, præſtare atq; exoluere teneantur. *Procuratores quãs expenſas ſoluere teneantur, citra litigantiũ præiudicium.*

Ad taxam expenſarum referatur precium Aduocatorum & Procuratorum.

Tum & Aduocatis & Procuratoribus primùm producta & ſcripta ſua in relatione cauſæ, ueluti ſuprà in prima parte huius ſanctionis dictum eſt, aliaq; opera & labor eorum in eadem taxa expenſarum taxetur, & taxa in ſententia expenſarum exprimatur. Idcircò quidem ante taxam expenſarum oſtendere debent, quid à partibus ad cauſam pro ſalario acceperint ſub pœna uiginti florenorum.

Porrò quoq; ea taxa expenſarum per tres aut quatuor Aſſeſſores fiat, niſi expenſæ tantæ, aut cauſa adeò ponderoſa eſſet, ut Cameræ Iudex noſter exiſtimaret, plures Aſſeſſores adhibendos eſſe.

Huius & infrà titul. 53. mentionem facit D. Ioan. Oldendorp. in ſuo exceptionum Enchiridio, incip. Hodie Imperator noſter Carolus Quintus.

Quòd à ſententijs Imperialis Iudicij Cameræ non appellari aut ſupplicari poſsit. Tit. 51.

SANCIMUS, ſtatuimus ac uolumus, ut à ſententijs per noſtrum Imperiale Iudicium Cameralis ac pronunciatis nulla partium litigantium appellandi, aut ſupplicandi habeat poteſtatem: Si uerò aliqua partium per ſententiam Imperialis noſtri tribunalis Cameræ grauatam ſe putaret, uiam contra Cameræ Iudicem noſtrum & Aſſeſſores Iuris cõmunis ac ſequentis conſtitutionis, de Reuiſione & Syndicatu, ingrediendam illi reſeruamus.

Reuiſio actorũ & Syndicatus reſeruatur litigantibus.

De reſtitutione contra ſententias Iudicij Cameræ, Titul. 52.

CUM & compertùm ſit, quòd Procuratores reſtitutionem contra obtentas ſententias multifariam ſoleant petere, ad impediendam executionem ingens damnum uictrici parti mirabiliter inferendo, accuratam igitur Prætor Cameræ & Aſſeſſores in his diligentiam adhibeant, & ſicubi comperiant, reſtitutionem calumnioſè aut fraudulenter, alijſue de cauſis iam antea in Iudicio prolatis & deductis, aliaſue ex nouis illegitimis & inutilibus rationibus peti, non attenta huiuſmodi petita reſtitutione, in executione prout de Iure procedant, Procuratorem & partes in his culpabilem in expenſas condemnantes. Si qua uerò partium reſtitutionem ex legitimis iuſtisq; cauſis petere ſatagat, id quidem articulatim faciat, ut Iudices uigore Iuris agere poſsint.

Articulatim) Imperator noſter Carolus V. hoc ſuæ conſtitutionis Auguſtanæ articulo rectè uult petitionem reſtitutionis edendam eſſe articulatim, quod idem approbat D. Oldendorp.

.Quare in integrum reſtitutio peti poßit aduerſus ſententias eorum, à quibus non appellatur, rationem reddit Hermog. l. præfecti etiam ff. de minoribus. Hæc inquit idcircò tam uariè, quia appellatio quidem iniquitatis ſententiæ querelam: in integrum uerò reſtitutio erroris proprij ueniæ petitionem, uel aduerſarij circumuentionis allegationem continet, prout & D. Ioan. Oldendorp. dicit hic proberi.

De reuiſio-

De reuiſione & inſpectione actorum, ſententiarumq́; latarum coram Imperiali Iudicio Cameræ, deq́; Syndicatu Iudicum, & quid in his omnibus agi obſeruariq́; debeat. Tit. 53.

QVO autem Cameræ Iudex noſter & Aſſeſſores diligentiores ſint, cùm metuant, acta poſt ſententias latas reuideri, nec quiſquam à Cameræ noſtro Iudicio iniuria afficiatur: ſtatuimus, ordinamus, ac uolumus, ſi quà partium deinceps putauerit ſe per Cameræ Iudicem & Aſſeſſores grauatum, & iniuſtam aut nihili ſententiam contra ſe latam & pronunciatam eſſe, & ob id cogitaret ad pœnam iniquorum Iudicum aut reformationem ac emendationem huiuſmodi ſententiæ inſtandum, ei parti id cõceſſum eſſe debuit, hoc modo, ut affini noſtro Archiepiſcopo Moguntino, ut Imperij Cancellario, noſtro loco, duobus menſibus ante primam Maij, quouis tempore, in ſcriptis ſignificet, Archiepiſcopus autem ipſe nobis, aut nobis abſentibus dilecto fratri noſtro Romanorum Regi, Electoribus quoq́;, Principibus, Prælatis, Comitibus & ciuitatibus ad annuam uiſitationem ordinatis ſcribat: nobis item illisq́; indicet petendo unà cum noſtris aut dilecti fratris noſtri Romanorum Regis Commiſſarijs, ſuos etiam præcipuos, peritos, aptos & eruditos cõſiliarios mitti, in huiuſmodi cauſis ſimul cum noſtris et dilecti fratris noſtri Romani Regis ordinatis Commiſſarijs, tum & Præſidenti & Aſſeſſoribus, à quibus ſententia lata & promulgata eſt, omnia & ſingula acta eius cauſæ diligenter reuideri ac perſpici, & prout Iuris & æquitatis fuerit, agi ac perfici. Quòd ſi uerò ab eo tempore latæ ſententiæ ad primam Maij ſignificatio ea ante duos menſes non fieret, tunc proximè ſequentis anni duobus menſibus ante primam Maij fieri debebit. Si qui Iudices, unus pluresue, quibus præſentibus talis ſententia eſt concepta, à Cameræ Iudicio diſceſsiſſent, aut alioquin abſentes eſſent, ijs Cameræ Prætor noſter & Aſſeſſores dictãm diem denuncient.

Conſtitutio Imperatoris & Reg. ad reuidendis actis, & reformandis ſententijs.

Duobus menſibus ante primam Maij Archiepiſcopo Moguntino ſignificandum.

Viſitatio Iudicij Cameræ annua ordinaria.

Commiſſarij Imperatorij aut Regij.

Prima die menſis Maij uiſitatio quotannis celebranda.

Vt autem hic partium calumniæ ac petulantiæ, qua ad turbandum magis Cameræ Iudicium noſtrum, quàm cuiuſquam grauaminis reſpectu utuntur, obuiam eatur, ac debito modo temeritas illa puniatur, eædem inſtantes partes antequàm huiuſmodi reuiſio inſtituatur, ſummam pecuniæ, ex conditione & qualitate perſonarum & cauſæ, per ordinatos uiſitatores æſtimatam, caſu quo ſententia lata iuſta comperiatur, fiſco noſtro pro pœna, proq́; ſoluendis expenſis, quæ quocunque

Summa pecuniæ à parte reuiſionem petente deponenda eſt & cauenda.

tempore ad huiuſmodi Syndicatum & reuiſionem exponun-tur, deponant, proq́; ea ſufficienter caueant. Quæ reuiſio actusq́ſequenti modo inſtituendus erit.

Reuiſionis ratio & actus præſcribitur hoc loco.

Primùm, pars conquerens, ſi ita uidebitur, cauſas grauaminis ſui, uno, & aduerſa pars quæ ſibi neceſſaria fuerint, altero ſcripto, nec noui tamen quicquam in utroq; ſcripto, ſed erratum tantùm ac refutationem eiuſdem proponant, neutri parti ultrà ut ſcribat concedendo.

Erratum tantùm eiuſq; refutatio proponenda in Syndicatu uel Reuiſione.

Commiſſarij Imperatorij ac Regij interſint reuiſioni.

Super quibus tunc noſter, aut dilecti fratris noſtri Romanorum Regis ordinati Commiſſarij, item Conſiliarij unà cum Præſidente & Aſſeſſoribus, qui huiuſmodi ſententiam promulgarunt, mediantibus ſuis iuramentis, quæ in acceptandis eorum officijs præſtiterunt, & Commiſſarij conſiliarijq́; de nouo ad eam cauſam modo quo infrà ſequetur, iurare debebunt. Primùm, omnia & ſingula Iudicialia acta eius cauſæ omni diligentia reuideant, perſpiciant, ponderent, ac trutinent. Aſſeſſores quoque, qui eam ſententiam tulerunt, præſentibus illis, cauſas & fundamenta, ex quibus huiuſmodi ſententia concepta eſt, commonſtrent ac indicent. Conſequenter autem ſoli cōſiliarij remotis Aſſeſſoribus deſuper pronuncient, ac eam ſententiam, ſi iuſtam comperiant, rurſus confirment: aut ſi quicquam à Iudicibus omiſſum aut erratum ſit, aut eadem ſententia alioquin nulla, aut non conformis Iuri, reſtaurent ac reforment. Caſu autem quo ſententia ob negligentiam Iudicum, ut nulla aut iniqua reformaretur, parti depoſita ſua pecunia reſtituatur; et reformata huiuſmodi ſententia in Cameræ Iudicio noſtro exequatur.

Nullitas, informitas & iniquitas in ſentētia eſt attendenda.

Si qua uerò talis nullitas aut iniquitas antè latæ ſententiæ, non dolo aut fraude, ſed tantùm omiſsione quadam, negligentia, imperitia, aut errore Procuratorum uel Iudicum conſecuta eſſet, contra eos, in quibus huiuſmodi lapſus & negligentia comperitur, per noſtros, aut dilecti fratris noſtri Romani Regis ordinatos Commiſſarios & Viſitatores, uigore ac ui prioris ſanctionis, aliasq́; prout ius & æquum fuerit, agatur. Cęterùm in ea lata ſententia quantum ad Iudices pertinet, ſimiliter & cum alijs inferioribus Iudicibus, à quorum ſententia ſupplicatur aut appellatur, ſeruetur.

Iudicum ſordes & corruptelę.

Quòd ſi autem ex partium propoſitis, aut aliunde compeririretur, Iudicum unum aut plures in ea cauſa propter munera, dona, preces, amicitiam, inimicitiam, aut alias ſimiles cauſas nullam aut iniquam ſententiam protuliſſe: aut Procuratores ab aduerſa parte, ſimiliter dona uel munera accepiſſent, ſeu alijs

ſeu alijs uijs modiſue præuaricati eſſent, aliaſue in aperta fraude deprehenderentur: parti non ſolum depoſita ſua pecunia & pœna reſtituatur, ſed etiam liberum relinquatur, illos propterea, ut decet, Iudicio conuenire, accuſare, contráq; eos Iudices ad Syndicatum, modo infrà poſito, procedere, Nihilominus per nos, aut nobis abſentibus per dilectū fratrem noſtrum Romanorum Regem, aduerſus eoſdem Iudices, aut per noſtrum Iudicium Cameræ contra eoſdem Procuratores propter huiuſmodi admiſſam fraudem dolumq́; debita, commeritaq; pœna proponatur. *Comminatio pœnæ Iudicum malè iudicantium.*

Caſu autem quo ſententia per ordinatos confirmaretur, ei, abſq; reluctando, contradicendo, appellando, ſupplicando aut reuidendo ſtetur, eademq́; prior ſententia coram Imperiali noſtro tribunali Cameræ promulgata exequatur, amiſſa quærentis partis pro refuſione expenſarum & pœna temeritatis depoſita pecunia.

Quòd ſi reuiſio forſitan tempore præſcripto ob non comparentes Commiſſarios aut conſiliarios, ſeu quòd in huiuſmodi reuiſione non eſſent proceſſuri, ſuum progreſſum non haberet, Iudex Cameræ, aut Præſidens, et Aſſeſſores ultrà ob id non aſtringantur ad remorationem, quin priorem ſententiam latam abſq; impedimento coram Imperiali noſtro Iudicio Cameræ exequantur.

Noſter quoque ſeu dilecti fratris noſtri Romanorum Regis ordinati Commiſſarij & cōſiliarij, item reuiſores aut Syndicatores iuramentum ad Deum ſanctosq́; præſtent, quòd in huiuſmodi cauſa antea non dederint conſilia, quodq́; priores Iudices in honore habeant, omnia & ſingula priora Iudicialia producta, acta, ac quæcunq; per partes iuxta noſtram ſanctionem exhibita ſunt, omni diligentia adhibita reuidere, proſpicere, ponderare, trutinare, cauſasq́; ex quibus prior ſententia lata eſt, à Iudicibus audire, ac ſuper his omnibus ſecundum Imperij communia Iura, quàm rectiſsimè ſentiant atque intelligant, & non ex proprijs, aut non ex Iure informatis conſcientijs æqualiter iudicare ac pronunciare uelint, nihil in diuerſum moti aut abducti: nec à partibus aut alio quoquam in hac cauſa quicquam doni, muneris, commodiue ſibi ipſi, uel per alios, ut ſenſibus humanis excogitari poſſet, acquiſituri, aut ut accipiatur conceſſuri, ſine omni fraude. *Commiſſariorum, conſiliariorum, reuiſorū et Syndicatorum iuramentum.*

Si quæ pars uerò exiſtimaret, aut ex reuiſione, ut præponitur, conſtaret, dolo aut fraude, ob munera, dona, preces, amicitiam, inimicitiam, aut alias ſimiles cauſas nulliter & iniquè

iudicatum eſſe,ea partium,hoc caſu, quocunq; tempore, non ſolùm reuiſione,ut commemoratum eſt,utendi, uerumetiam Iudices prædicto modo delinquentes ad Syndicatum ſiſtendi facultatem & poteſtatem habeat,contraq́; eos uigore Iuris, ut par eſt,agendi:hac forma tamen,ut pars talem Syndicatum proponens,affini noſtro Archiepiſcopo Moguntino Electori,duobus menſibus ante primam Maij ſignificet, tuncq́; nobis idem Archiepiſcopus, aut abſentibus nobis dilecto fratri noſtro Romanorũ Regi,Electoribus quoq;,Principibus,Prælatis,Comitibus & ciuitatibus,ad annuã uiſitationem ordinatis ſcribat,nobis,illisq́; indicet, petendo, noſtros Commiſſarios,ſuosq́; præcipuos,expertos,gnaros, & eruditos conſiliarios mitti,in ea cauſa uigore Iuris agendi,æquitatemq́; præſtandi,ac eum in modum procedendi,quo ſuprà de reuiſione conſtitutum eſt, aliasq́; iuxta hanc noſtram ſanctionem, & Imperij communia Iura, fieri decebit.

Archiepiſcopo Moguntino Electori,pars Syndicatũ proponens duobus Menſibus ante primam diem Maij ſignificet.

Quòd Proceſſus in alijs caſibus prout de Iure communi ſeruetur. Tit. 54.

Ius commune habeat ubiq; locum.

SANCIMVS, ordinamus,ac uolumus,ut in omnibus & ſingulis caſibus, de quibus ſpeciatim & expreſsè in hac conſtitutione Iudicialis Proceſſus nõ eſt prouiſum cautumue,Ius commune locum habeat, cuius uirtute agatur quoque & procedatur.

Hæc omnia & ſingula ſupraſcripta, nos, Carolus Imperator, & Ferdinandus Rex, cum Electoribus, Principibus, & Statibus inter nos mutuò ac reciprocè ita ſeruanda, & exequenda uniuimus, concordauimusq́;. In cuius teſtimonium Imperiale noſtrum Sigillum ex uera ſcientia ad hanc ordinationem conſtitutionemq́; appendi fecimus.

Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites & Domini, item Electorum Principum,Prælatorum,Comitum, & ſacri Imperij liberarum ac Imperij ciuitatum nuncij & Mandatarij fatemur palàm, omnia & ſingula ſupraſcripta puncta et articulos ex noſtra uera notione & ſcientia,uoluntate, & conſilio ſuſcepta, facta, erecta & concordata eſſe, conſentientes in ea uigore ac ui harum literarum. In teſtimonium huius,nos Dei gratia Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, Fridericus Palatinus Rheni, uterq; Elector noſtro ac noſtrorum coëlectorũ nomine. Nos Otto Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus, Vuilhelmus Palatinus Rheni &c. noſtro & Eccleſia-

ſticorum

ſticorum ſimul ac ſecularium Principum nomine, Geruuigus Abbas in Vueingarten, noſtro & Prælatorum nomine, Vuilhelmus Truchſes Dominus in Vualtburg, Comitum & Dominorum nomine. Et nos Burgimagiſtri & Conſulatus ciuitatis Auguſtæ noſtro & liberarum Imperij ciuitatum nomine noſtra ſigilla ad hanc Iudicij Cameræ ordinationem appendi fecimus. Datum & actum in noſtra & ſacri Imperij ciuitate Auguſtana ultima die menſis Iunij, à Chriſti Domini noſtri natiuitate Anno Milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octauo, Imperij noſtri uiceſimo octauo, ac Regnorum noſtrorum triceſimo tertio.

FINIS.

πάντ' αὐτοσχεδίως.



CAROLI QVINTI

ROMANORVM IMPERATORIS CONSTITVTIO, DE PACE PVBLICA TEnenda, *Auguſtæ in Comitijs declarata renouata, atque publicata, Anno Domini M.D.XLVIII. & è uernacula lingua in Latinam traducta.*

D. IVSTINO GOBLERO GOArino Iureconſulto interprete.

CAROLVS QVINTVS, DEI Gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtiliæ, Aragonis, Leonæ, utriuſq; Siciliæ, Ieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Maioricæ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gribaltaris, Canariarum & Indiacarum Inſularum, ac terræ firmæ, mariſq; Oceani &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carniæ, Corinthiæ, Limburgiæ, Luizenburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, ac Vuirtembergiæ &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goriciæ, Barcinonis, Arthois, Burgundiæ. Comes Palatinus, Henegoiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Phirdæ, Kiburgi, Namurci, Roſsilionis, Ceritaniæ & Zutpheni. Landtgrauius Alſaciæ, Marchio Burggoiæ, Oriſtani, Gociani, ac ſacri Romani Imperij Princeps in Sueuia, Cathalonia, Aſturia &c. Dominus Phryſiæ, Marchiæ, Vindelicorum, Portenoiæ, Piſcoiæ, Molinis, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ &c.

Nunciamus uniuerſis & ſingulis noſtris & ſacri Imperij Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, & militibus, Capitaneis, Præfectis, Schultetis, Magiſtris ciuium, Iudicibus, Conſularibus, ciuibus & communitatibus, cæteriſq; omnibus noſtris & Imperij ſubditis ac fidelibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſtant, ad quos hoc noſtrum Imperiale ſcriptum uel eiuſdem copia uidenda ſeu legenda peruenerit, exhibitaue fuerit, gratiam noſtram & omne bonum.

Cùm quondã Maximilianus Cæſar, Auus noſter, præclara memoria, grauiſsimis de cauſis motus, ad ſacri Imperij, eiuſq; ſubditorum honorem ac ſalutem, adeoq; ad communem Rei-

publicæ

publicæ prouectum & utilitatem,cum Electoribus, Principibus,& Statibus ſacri Imperij de publica pace conſtituenda ſe concordaſſet,obſtrinxiſſet ac obligaſſet,nosq; mox in ingreſſu noſtri regiminis ſentiremus ac cognoſceremus, uarias omnisq; generis commotiones & aduerſitates inter alienos & extraneos Primates ac poteſtates,ſeſe in Imperij membra eiq; coniunctos exerere, ex quo non cõmunibus Statibus ſolum, uerumetiam uniuerſæ Chriſtianitati difficiles & periculoſæ imminutiones,deuaſtationes,cum iactura ac detrimento animarum,honoris,ac dignitatis exorituræ forent, ſi non graui deliberatione atq; conſilio aduerſum iretur, pax & iuſtitia in ſacro Imperio conſtitueretur,ac firmiter conſeruaretur. Hinc nos adducti,ueſtigijs eiuſdem aui noſtri inſiſtentes tunc quidem in primis illis noſtris Vuormatiæ Comitijs cum communibus ſacri Imperij Statibus de publica pace conſtituenda unanimiter tractauimus, ac nos inuicẽ cõcordauimus, quemadmodum ab auo noſtro initio facto,ea Vuormatię primũm conſtituta,deinde in alijs Comitijs latius declarata eſt. Quam publicam pacificationem nos iam in ſacri Imperij ſalutem ac utilitatem, & pro firma concordia, tranquillitateq; conſeruanda, alijsq; plurimis & grauiſsimis de cauſis, deliberatione atq; conſilio reuerendorum atq; Illuſtrium noſtrorum dilectorum cognatorum & affinium, Electorum & Principum, Eccleſiaſticorum & ſecularium, Prælatorum, Comitum & Statuum ſacri Imperij hiſce hic Comitijs apud nos comparentium denuò renouauimus, conſtituimus,ac iuxta qualitatem & neceſsitatem temporis & negociorum cauſarumq;,auximus ac declarauimus:Renouamus,cõſtituimus, addimus, augemus ac declaramus eandẽ hiſce mediantibus ſcienter ac uirtute harum literarũ hoc modo, ut ab hoc tempore publicationis nemo,cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus aut conditionis fuerit,ullius rei cauſa,qualecunq; nomen habuerit, quoue quæſito colore ſeu prætextu id fieret,alteri bellum inferre, armiſue cum infeſtare,oppugnare,ſpoliare,capere,inuadere, obſidere,aut aliquam prohibitam conſpirationem ſeu fœdus contra alium facere ferireue debeat. Nec quis alterum poſſeſsione ſua,arce, oppido, pago, ſacra æde, Monaſterio, Sacello, reditibus,penſionibus,decimis,immobilibus mobilibuſue bonis, Regalijs,Iuriſdictione,Iudicijs,mero ac mixto Imperio, ſpiritualium ac ſecularium,telonijs,uectigalibus,fluminibus, paſcuis,alijſue quibuſcunq; Iuribus,nullo excepto,ui manuq; armata ac de facto temerè priuet aut ſubditos abſtrahat, uel ad inobedientiam aduerſus ſuos Magiſtratus concitet, aut

eos

eos inſcio ſuo ac nolente Magiſtratu præter morem hactenus ſub prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus ac Regibus laudatiſsimæ recordationis,& nobis obſeruatum, tuendos ac defendendos ſuſcipiat. Quinimo quiſq; alterum in re ſua quietum ac impeditum relinquat: Tum & alienos ſubditos ſpirituales ac ſeculares per ſuum quiſq; principatum, ditionem, Comitatum, dominia ac municipia liberè, tutò, ac impeditè commeare, migrare, ac proficiſci patiatur: nec ſuis ullo pacto permittat, illorum honori ac libertati præter ius æquumq;, ui, factóue derogare, cóſue comprehendere, lædere, offendere, aut grauare quouis modo.

Armorum uſus inſcio Principe Iure ciuili interdictus eſt. l. unica. C. ut arm. uſus inſc. prin. interd. ſit. & lege Iulia Maieſtatis tenetur, qui iniuſſu Principis bellum geſſerit, delectum habuerit, exercitúmue cõparauerit, ut ait Martianus l. 3. § 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. Eſt enim belli ſuſcipiendi autoritas, ſicuti & pacis componendæ, penes unum Principem. Teſtatur id Iuſtinianus in Nouella ſua conſtit. 105. inquiens, ὁ χρόνος εἰς αὐτοκράτορας ὄντως βασιλέας μεταστὰς τὴν τοῦ πολεμεῖν, καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐξουσίαν. Et Strabo lib. 15. loquens de Auguſto, ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου.

Iam & illi, per quẽ eiuſmodi fractæ pacis facinora patrantur, nemo aut ipſe, aut alius ſuo nomine ſeruiat, miniſtret, conſulat, auxiliúmue prę̃ſtet, neq; arcem, oppidum, munitionem, pagos, uillas, curteſue occupet, aut præter alterius uoluntatem ui factoq; temerè prærripiat, aut incendio aliaue uia damnificet, ſeu ad id auxilium præſtet: nec ſcienter aut doloſè receptet, hoſpitium, commeatum, uictúmue præbeat, aut præberi ſuſtineat: Sed ſi quis in alium quid habere ſe putat, de eo experiatur ſuo loco ac Iudicio, in quo iam antea aut nunc cauſæ ex ordinatione noſtri Iudicij Cameræ expedientur, aut deinceps ordine expediendæ fuerint.

Iure et iuſtitia lites componendas ac transigendas eſſe.

Iudicium Imperialis Cameræ.

ABROGATIO OMNIS DIFfidationis & Belli. Caput II.

Hunc § commodè citat & tractat D. Hieronymus Schiurpff in ſuo conſilio 98. Cent. 3. Vbi eius tractationem et explicationẽ uidere potes. Videatur & 99. & 100. Conſ. eiuſdẽ Cent.

Plenitudo Imperialis poteſtatis.

AT ob id quidem omnia manifeſta & publica bella, belliq; denunciationes per uniuerſum Imperium abrogauimus, caſſauimus & remouimus: abrogamus, caſſamus et remouemus ea ex plenitudine Romanæ Imperialis poteſtatis, ac uirtute harum literarum.

QVOMODO PAX PVBLICA conſeruanda præcepta ſit, & ſub quibus pœnis. Caput III.

MANDAMVS quoq; omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordini ac ciuitatibus, aliiſq; omnibus

omnibus noſtris & Imperij ſubditis ac dilectis fidelibus, acriter præcipientes mediantibus obligationibus, iuramentis, & obedientia, nobis ac ſacro Imperio ab ipſis præſtitis, ac quæ præſtare tenentur, adeoq; ſub mulcta ſeu pœna duarum milium Marcarum auri puri, medietatem noſtro Imperiali ærario, & alteram medietatem offenſo uel læſo irremiſsibiliter ſoluendam. Tum & ſub priuatione ac perditione omnium et ſingulorum Priuilegiorum, libertatum ac Iuriũ, quæ quiſque eorum à nobis ac ſacro Imperio obtinet: ut hanc pacem diligenter iuxtà ac fideliter conſeruent, ac ut prædictum eſt, manuteneant & exequantur, ſuiſq; officiatis, mandatarijs & ſubditis medio Iuramento conſeruandam præcipiant. Ac huic unioni & obligationi pacis publicæ, ut prædictum eſt, rectè abſq; contradictione pareant, & obſequantur, ſub graui noſtra & Imperij indignatione, ac præſcripta pœna illis ac cuilibet euitanda.

Mulcta duarum milium Marcarum puri auri.

POENA PACIFRACTORUM. Caput IIII.

Vide D. Schiurpffium in ſuprà allegato Conſilio 98.

QVOD ſi qui uerò uel ſublimioris uel inferioris ſecularis ſtatus, quicunque ille uel illi fuerint, aduerſus prædicta quid egerint, aut agere conarentur, ij quidem de facto, ipſo Iure, mediantibus alijs pœnis, in noſtrum ac ſacri Imperij Bannum inciderunt. Permiſſumq; ſit uniuerſis & ſingulis contra eoſdem facinoroſos ac pacifragos, quamprimùm ijdem per nos, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, per dilectum noſtrum fratrem Romanorum Regem, aut noſtro in Iudicio Cameræ præmiſſa Citatione in prædictum Bannum incidiſſe declarati fuerint, uim impetumq; facere impunè tam in ipſorum Bannitorum bona, quàm perſonas & corpora, nec temerè in eo quiſquam aut uiolenter egiſſe exiſtimetur. Adhæc omnes literarum obligationes, pacta, aut fœdera ipſos ſpectantia, quorum nomine actionem habere potuerint, erga obligatos, caſſa & in nihilum redacta ſint: Feuda quoq; ſeu militaria beneh[illegible] quotquot trãſgreſſor poſſediſſet, tenuiſſetq;, dominis cedant: nec eadem feuda, aut eorum partem, quoad pacifragus uixerit, neq; ipſi, neq; alijs ſucceſſoribus eorum, aut ſuam partem, fructúmue concedat, ſeu de ipſis infeudet, inueſtiatue. At dominus feudi tamen fructus eorundem feudalium bonorum, quantum de neceſſarijs impenſis quotannis ſuperſit, actori ſeu læſo ſub noſtra, & nobis abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Iudicij

Verba importantis Canonem latæ ſententiæ.

Bannum Imperiale.

Declaratio Banni præcedat iniectionem manuum in Bannitos.

Cameræ moderatione præbere atq; præſtare teneatur, quanto pacifragus tempore uixerit, aut donec idem cum læſo tranſegerit, ſeq; concordarit, ac Banno liberatus & abſolutus fuerit.

Verùm autem re inter Bannitum & offenſum tranſacta compoſitaq;, dominus feudi Bannito aut pacifrago abſoluto reſtituat. Si uerò Bannitus durante Banno moriatur, & ſui hęredes feudorum capaces cum læſo ſe concordarint, ſeq; infeudari petierint, ei petitioni locum dabit dominus, eosq; infeudare iuxta loci cuiuſcp morem tenebitur: agnatorum uerò in hoc caſu iure ſuo ſaluo.

Si uerò in dominum feudi pax fracta eſſet, ex Iure feudali iuxta conſuetudinem agatur. Damnificato autem, ſuisq; coniunctis & adhærentibus medio huius tranſactionis tempore, tum & priuſquam declaratio ſequatur, contra eoſdem facinoroſos ac pacifragos, & eorum auxiliatores & receptores ſua defenſio ac perſecutio incontinenti, aut cùm ſuos amicos & auxiliatores habere poſsit, idq; omne Electoribus, Principibus ac Statibus Imperij ſignificandi denunciandicp, ut cognoſcant, poteſtas reſeruata ſit. Ac ijſdem quidem damnum paſsis ipſorumq; coniunctis & auxiliatoribus, facta eiuſmodi defenſione ac proſecutione (ſi offenſio ac pacis fractio manifeſta, aut deinceps comperta fuerit) nulla ob id pœna iniungetur, aut temerè quicquam deſignaſſe putari debebunt.

DE EXECVTIONE BANni, alijsque pœnis. Caput V.

CVMQVE ad conſeruandam noſtram Imperialem pacificationem neceſſarium ſit, in pacifragos & tranſgreſſores huius ordinationis Imperiale Bannum aliaſque pœnas, in quas ordine Iuris incidiſſe declarati fuerint, exequi: propterea rationem iniuimus cum Electoribus, Principibus, ac ſtatibus, modúmque ac uiam dedimus, qualiter in pacisfractores debita executio ſuſcipienda, ac commerita eis pœna irroganda ſit, quæ
Rubrica in Imperialis Iudicij ordinatione. in communi noſtra Iudicij Cameræ ordinatione ſub ſua Rubrica collocata eſt.

DE COMMVNIBVS AC LEuibus ſpolijs. Caput VI.

QVONIAM autem ob uulgaria ac leuia ſpolia ac priuationes, abſque ui uiolentiaq;, attamen præter Ius factas,

ctas,quæ huic Imperiali pacificatione, eiuſdemq́ pœnis non ſunt ſubiectæ,variæ diſceptationes in Imperio ac contentiones oriri atque contingere poſſent : Veruntamen ad conſeruandam firmiter pacem & ius æquum neceſſe ſit,ſpoliatis hoc caſu maturè reſtitutionem ſuarũ rerum præſtari, æqua commiſeratione erga ſpoliatos moti,adductiq́;,cum Electoribus, Principibus, & communibus Statibus modum ac rationem procedendi dictarum ſpoliationum ergò conſtituimus, quemadmodum in communi Iudicij Cameræ ordinatione hoc loco publicata ſuo titulo habetur ac comperitur. Titulus Iudicij Cameræ.

DE CONSTITVTA PVBLI ca pace. Caput VII.

PORRO, cum prædictis ſtatibus nos iam hoc loco uniuimus, ac mediantibus iuramentis, quibus quiſq́ noſtrum ſacro Imperio obſtringimur, ad ſeruandum id & exequendum conſentimus & obligamur, hoc ipſum facientes per præſentes literas, quòd nemo noſtrum deinceps alteri ſuiſue fraudulenter ſubornando conniuendo,aut alterius offenſores receptando, cõtra hãc pacem quicquam moliatur aut machinetur,uel conſentiendo uel faciendo uel fouendo, aut alijs permittendo,ut ſuprà dictum eſt. Quinimò ſi quis noſtrum alterius pacifragos offenſores cognouerit,eiue innotuerint,ſiue in ipſo facto ac patrato facinore requiſitus fuerit, aut illos conquirere aut comprehendere poterit,aduerſum eos ex incontinenti acriter ac diligenter feſtinet, procedat,agat,ita,ac ſi ipſius res ſit.

Similiter nos ac noſtrum quilibet,ut ſuprà dictũ eſt, apud noſtros officiatos, ſubditos, & addictos acriter curabimus, ac efficiemus,mediantibusq́ iuramentis ipſos obſtringentes ad id quidem ut dictum eſt, fideliter conſeruandum ac præſtandum,eiq́ rei,ut in ſuis quiſq́ municipijs ac mandata functione diligenter prouiſionem faciat ac proſpiciat,quo publicæ paci pareatur & obſequatur. Et eiuſmodi fraudulentæ machinationes & clandeſtinæ ſuppetiæ,receptacula & fauores præoccupentur,omittantur,ac minimè concedantur, ullo pacto,abſq; dolo.

Ac ſi quis ſacro Imperio ſubiectus,nos,Electores,Principes,aut alios ſtatus, ſacro etiam Imperio ſubiectos, auxilioq́; Imperio adſcriptos contra conſtitutam publicam pacem,ui, uiolentiaq́; impeteret,bello laceſſeret, læderet, infeſtaret, aut res eorum ui, non Iure, occuparet, in hoc quidem flagrante crimine atq; facinore omnes requiſiti,aut ubi ipſis innotuerit,

inſequi, tueri, deprehendere, ac aliter non agere debent, ac ſi ipſorummet ſuorúmue res eſſet.

Quòd ſi uerò in flagrante patratóq; facinore nihil effectum eſſet, aut effici potuiſſet, & facinoroſi illi, eorum auxiliatores, adiutores & fautores ſeu promotores, à nobis, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, à dilecto noſtro fratre Romanorum Rege, aut noſtro Iudicio Cameræ in Bannum iuxta ſacri Imperij factam ordinationem denunciati eſſent: talisq́ue denunciatio uel etiam excommunicatio, quæ ex eadem noſtra & Imperij ordinatione in adiumentum atq; præſidium denunciationi impetrari poterit: ſi Actor eam, in cuius uoluntate ſemper ſitum eſſe debeat, petierit, nihil auxilij cauſæ adferret: tunc quidem Princeps is, ſub quo patrator ſeu facinoroſus commoratur, ad noſtram requiſitionem, & nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti fratris noſtri Romanorum Regis, aut noſtri Iudicij Cameræ, aut ſi qua ei ob iuſtas cauſas à nobis aut dilecto fratre noſtro nobis abſentibus, aut Iudicio Cameræ remiſſum fuerit: Tunc quidem Circulus, ſub quo facinoroſus ille reſidet, ad noſtram ſimiliter requiſitionem uel interpellationem, ac nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecti noſtri fratris Romanorum Regis aut dicti noſtri Iudicij Cameræ declaratum Bannum aduerſus eundem facinoroſum abſque recuſatione exequatur omni eo modo, quo cum Statibus communibus hoc in loco de executione declarati Banni ac ſententiarum latarum conuenimus, ac in noſtra communi Iudicij Cameræ ordinatione præſentibus Comitijs, quemadmodū ſuprà memoratur, clarè conſtitutum eſt. Quo nimirum publica pax firmiter manu teneatur, ac offenſores ſeuerè puniantur, ſaluo nihilominus articulo prædicto, patratorem ipſo facto in Bannum incidiſſe.

Excommunicatio ſit Banni præſidium.

Circus uel Circulus Imperialis.

Ordinatio Imperialis Iudicij de executione declarati Banni.

DE POENA TRANSGRESSOrum huius ordinationis. Capvt VIII.

SI quis autem noſtram hanc ordinationem, ac obligationem contempſerit, nec eam præſtiterit, aut ut præſtetur, effecerit, aut negligens fuerit: idq; palàm conſtaret, ita, ut negari non poſſet, eum eóſue pronunciamus, declaramus his mediantibus propter eiuſmodi contemptum, pœnam uiolatæ pacis incidiſſe: ac tunc quidem contra eoſdem, cum denunciatione, declaratione, executione, ac reproductione talium ac aliarum pœnarum per nos, ac nobis extra ſacrum Imperium

um abſentibus per dilectum noſtrum fratrem, Romanorum Regem, aut noſtrum Imperiale Iudicium Cameræ ſeuerè ac irremiſsibiliter procedatur, agaturq́;, procedi, agiq́; poſsit ac debeat, prout tenore noſtræ publicæ pacificationis, aliasq́; æquum fuerit.

DE MANDATIS IVDICII CAmeræ contra pacifragos, & qua forma procedi debeat. Caput IX.

QVOD ſi contingat, ut quiſquam aduerſus hanc noſtram pacem ui armata atq; exercitu, alterum, aliaſue uiolenter inuaderet ac oppugnaret: tunc quidem Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ ad implorationem eius, qui de ui armata ac bello inferendo ſibi metuit, ſeq; ad competens & æquabile Ius offerret, aut Imperialis noſter fiſcalis plenum mandatum ac poteſtatem habeat, ei qui in conatu conſcribendi exercitus & expeditione eſt, ſub pœna Banni præcipiendi ac mandandi, ut ab ea uiolentia factoq; ac inuaſione deſiſtat, & Iure competenti contentus ſit. *Iudicij Imperialis & fiſci eiuſdem poteſtas.*

Si autem ille illiue, quibus id mandatum eſt, non paruerint, Imperialis fiſcus noſter aduerſus eum eoſue contumaces poſt prædictum Mandatum ad declarationem abſq; mora maturèq; procedere: eosq; contumaces per Iudicium noſtrum Cameræ in Bannum, aliasq; pœnas publicæ pacis, ut decet, pronunciari ac declarari debebunt: Nihilo¸ minus Iudicium noſtrū Cameræ contra omnes et ſingulos illius illorúmue, qui, ut prædictum eſt, in armis ac propoſito inferendi belli extiterint, generale ſcriptum auocationis, ſub pœna Banni protinus emittet ac publicabit. Tum & uicinos pro conſeruatione ac manutentione, ut ſuprà dictum eſt, implorabit ac exhortabitur ad auxilia ferenda ijs, quibus hoc modo uis uiolentiaq́; infertur, ac bello infeſtantur. *Generale ſcriptum auocationis militum.*

PRO EXPENSIS, AD CONſeruandam pacem atque iuſtitiam factis coram Iudicio Cameræ agi poſſe. Caput X.

AC cùm quiſpiam pro conſeruatione & executione pacis & Iuris, alteri, tenore publicæ noſtræ pacificationis armata manu, auxilia, opemq́; tulerit, ac propterea ſumptus expenſasq́; aliquas fecerit, eas facinoroſus illi aut patrator refundere teneatur: eiusq́; auxiliatoris arbitrio ſit permiſſum uiolatorem mox ui, factoq; ad refuſionem expenſarum adigere: aut per moderationem Iudicij noſtri Cameræ ſub pœna Banni illas ab ipſo extorque-

re, cui & Cameræ noſtrum Iudiciū maturè opem ferre, eamque minimè denegare debebit.

Huc facit D. Mynſingeri Obſeruatio 29. Centur. 2. qui & hoc caput 11. allegat.

CORAM IVDICIO CAMERAE *non ſolùm ad pœnam, ſed & pro illatis damnis ac ſpoliatione principaliter agi poſſe. Caput XI.*

VOLVMVS quoq́ꝫ, caſu quo alicui Eccleſiaſtici uel ſecularis ſtatus, quicunque is fuerit, fracta publica pace damnum daretur, uisq́; facto inferretur, aut ſuis rebus, quocunque nomine uocantur, nulla excepta, aduerſus publicam pacem ſpoliaretur: extunc arbitrio eius, cui uis illata, damnum datum, ſpoliatioq́; facta ſit, conceditur atque relinquitur, ad pœnam Iuris & pacificationis noſtræ coniunctim aut diuiſim, eorumq́; alterum. Tum quoq́; de ui illata factaq́; damnificatione aut ſpoliatione ſimul cum prædictis pœnis, aut tantummodò principaliter ac diuiſim coràm Iudicio noſtro Cameræ actionem inſtituere: cui etiam à Iudice noſtro Cameræ & Aſſeſſoribus maturè, ut æquum eſt, Ius atq́ꝫ iuſtitia miniſtretur. Saluo tamen in uniuerſum Imperiali noſtro fiſco Iure ſuo, commiſſam pœnam exigendi.

Huius rei meminit D. Oldendorp. in ſuo exceptionum Enchiridio, fol 333. ſub numero 10. dicens, non ab re uoluiſſe Imperatorem Carolum V. aduerſus fractorem pacis agi poſſe tam ad pœnam quàm ad reſtitutionem damnorum &c.

QVOD INSTANTIA DAMNI *ob fractam pacem dati, ac ſpoliationis in hæredes rei cadat. Caput XII.*

QVERELA igitur noſtro Iudicio Cameræ præmiſſo modo dati damni aut ſpoliationis ergò mediante coniunctaq́; commiſſa pœna, aut diuiſim tantùm, abſque commiſſa pœna annexa, facta, ſi reus pendente ac nondum finita lite ante uel poſt litis conteſtationem moriatur: extunc quidem inſtantia ac lis dicti damni ſeu ſpolij ad rei ſiue accuſati hæredes, & ſucceſſores prorogetur, ipſiq́; hæredes teneantur, eandem litem atque inſtantiam eodem ſtatu quo illam inueniunt, continuare: ac quicquid ſuper ea pronunciatum fuerit, præſtare & exequi, uel alioquin alia uia ſe cum Actore concordare.

DE ANTIQVIS FRACTAE PA*cis, ac leuibus ſpolijs. Caput XIII.*

Reſolutio Imperialis comitiorum Auguſtanorum.

QVOD ſi quoq́; ante hoc tempus quiſpiam ſpoliatus, neque dum reſtitutus, aut iuxta Imperialem noſtram reſolutionem horum Comitiorum ea res componeretur, ſiue hæ pacis fractæ ſiue uulga-

uulgares leuesq; ſpoliationes exiſterent, iјs quidem actio ſua
ac reſtitutio uigore iam antea conſtitutæ ac modò declaratæ
publicæ pacis, aliaſue prout de iure agendi proſequendiq́, his
mediantibus, non erepta, uerùm omni tempore reſeruata eſ-
ſe debebit: Reo tamen ſua exceptione ſalua atq; permiſſa.

DE POTESTATE IVDICII Cameræ Bannum ac pœnas eiusdem concernente. Caput XIIII.

CVM & interdum ea facinoroſorum ac pacifra-
gorum conditio ſeu qualitas ſit, ut pœna fractæ
pacis contra ipſos abſque grauiori periculo ac
maiori diſpendio proponi ac ſtatui nequeat, at-
qui iuſtum & æquum tamen ſit (ne maleficia maneant impu-
nita) ut quilibet tranſgreſſorum debitam pœnam luat, eaq;
pœna ex modo ac qualitate ſui facinoris, ſeu tranſgreſsio-
nis, eiusq; circumſtantiјs moderetur: Ideo reſeruamus no-
bis, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus, dilecto fra-
tri noſtro Romanorum Regi, adeòq; Cameræ Iudicio no-
ſtro committimus, ac poteſtatem damus ex officio, aut ad pe-
titionem partis conſtitutam pœnam fractæ pacis, in mul-
ctam ſeu pœnam pecuniariam commutandi: eamq; mulctam
in publica noſtra pace nuncupatam moderandi, aut loco
eiuſdem ad pœnam Iuris communis, citra tamen omne fiſci
noſtri præiudicium, agendi: ueluti quolibet tempore ex no-
ſtro atque Imperiј communi Iure utilius æquiusq; fore exiſti-
mauerint.

Reſeruatio & poteſtas pœnam fractæ pacis in mulctam commutandi. Et quòd pœna Banni poßit ex iuſta cauſa alterari, et in pœnam pecuniariam mutari, hîc in conſtitutione pacis publicæ expreßè permittitur, & pulchrè commeminit uir doctiß. D. Mynſingerus in ſingulari Obſerua. ſua 20. Centur. 2.

QVOMODO ADVERSVS PA-cis fractæ, aut lati ipſis auxilij ſuſpectos agi, & ad purgandum procedi debeat. Caput XV.

SI uerò quiſpiam ex Electoribus, Principibus, Præ-
latis, Comitibus, Baronibus, equeſtro ordine, ci-
uitatibus, aliјſue, cuiuſcunq; dignitatis aut con-
ditionis fuerit, Eccleſiaſtici uel ſeculares, aut ſui,
contra hanc publicam pacem aggrederentur, clanculum ab-
ducerentur, captiui tenerentur, aliјs uenderentur, traderen-
tur. Suæ arces, oppida, ac domicilia, clandeſtinè occuparen-
tur: illegitimis ex propoſito factis homicidiјs, latrociniјs, in-
cendiјs, aut aliјs modis perſonam ipſius aut bona contra Ius
ac publicam pacem noſtram læderetur, & ui, uiolentiaq; pre-
meretur: quacunq; uia modoq; id fieret: facinoroſi autem
ſeu patratores necdum manifeſti eſſent: Actor quoque nec

probare uellet,nec poſſet: illi tamen ex legitimis ac prægnantibus ſufficientibus indicijs ſuſpecti eſſent: aut de ea republica uox & fama exiſteret: Aut ſi quis ex ijſdem indicijs hac ſuſpitione laboraret,quòd facinoroſis illis ac læſoribus aduerſus dictam publicam pacem,auxilium, opem, præſidia,aſsiſtentiam,fauorem,commeatum, uictum,cibum, potum, aut aliud beneficium præſtitiſſet,exhibuiſſetue: coſue domicilio ſuo,hoſpitioue ſuſcepiſſet, aut recepiſſet, necp id dum palam conſtaret,exiſteretue: Volumus,quo nimirum in talibus ac ſimilibus caſibus accuſator ad accuſationem ſuam, & accuſatus ad culpæ ſeu innocentiæ ſuæ expeditionem maturius ac minori ſumptu peruenire poſsit,læſo prorſus poteſtatem factam, facinoris, auxilij, aut conniuentiæ ſuſpectum coram ſuo (ſuſpecti) ordinario iudice, aut coram nobis, aut nobis extra ſacrum Imperium abſentibus coram dilecto fratre noſtro,Romanorum Rege, aut Imperiali noſtro Iudicio Cameræ,ad excuſandum ſe medio iuramento,impetendi:Ita tamen ut Iudici ſibi electo antea articulatim exponat uel indicet,quibus de cauſis læſorem ſeu facinoroſum ſuſpectum habeat.

Forma Proceſſus contra ſuſpectum.
Citatio cum inſertis articulis ſuſpicionis.
Effectus Citationis.

Ac ubi Iudex cauſas & indicia ſuſpitionis legitima, cauſæq; conferentia, & admittenda exiſtimauerit, Citationem decernat adiectis ſuſpitionis articulis,ac ſuſpectum ad certum præfixumq; diem citet,ſi non Elector aut Princeps exiſtit, perſonaliter comparendum,ad articulos ſuſpitionis, prout de Iure reſpondendũ,ſeq; ipſum perſonaliter medio iuramento purgandum,innocentiamq; ſuam demonſtrandam: Simul & cũ ea Citatione ſuſpecto,loco noſtri ac ſacri Imperij nomine ſaluum conductum pro ipſo ac ſibi aſsiſtentibus ea dicta die ſeu termino ad ſuum cuiuſq; domicilium ſecuris ſcripto tranſmittat.

Saluus conductus dandus.

Quæ quidem Citatio caſu, quo citato ad oculos aut ſuum conſuetum domicilium denunciari non poſſet, in duobus aut tribus locis,unde citato ueriſimiliter innoteſcat,affigi debet.

Citationis inſinuatio.

Ad quam Citationem citatus,ſi non eſt Elector aut Princeps,perſonaliter: Si uerò Elector eſt aut Princeps,per conſtitutum Procuratorem ſuum comparere, ac ſuper articulis reſpondere tenebitur. Quos ſi negauerit,ac pars agens ſuſpitionem ſufficientibus indicijs ſeu fama rumoreue,aut per unum aliquem fide dignum teſtem,qui de facto ſeu facinore,de auxilio,aſsiſtentia,aut conniuentia teſtaretur,probaret: aut ſi ſuſpectus de uulgo leuiorisq; ſtatus: Actor uerò grauis ac honeſta perſona, eiusq; fides, ſtatus, natalitia,atq; conditio nota eſſent,datosq; ad hoc articulos ſuos medio iuramento ueros adfirmaret: ex tunc ſuſpectus tenebitur,eiq; per decretum imponatur,

Iuramentum purgationis.

ponatur, ad ſe medio iuramento purgandum, niſi Iudex legitimis de cauſis ipſi in Iure propoſitis moueatur, ad dandum aliquem Cõmiſſarium, coram quo ſuſpectus domi ſuæ, aliõue idoneo loco, iuramentum purgationis perſonaliter præſtet, quod ipſi harum uigore concedendum eſt. Si qua uerò communitas uel Eccleſiaſtica uel ſecularis hoc modo accuſaretur, duæ partes Senatus ſeu Conſulatus eiuſdem communitatis coram Commiſſario ad hoc deputato perſonaliter iurare tenebuntur. Et ſi aliquæ inter eos perſonę conſulatus priuatim ſuſpectę eſſent per Actorem nominatæ, & hæ inter duas illas partes prædictas quoq; ad iurandum includantur ac connumerentur. Si autem quidam eiuſdem oppidi, ciuitatis, aut communitatis coniuncti, ut priuatæ perſonæ, ſiue in conſulatu ſint, ſiue extra conſulatum, ſuſpitione laborarent, cum illis agatur eo modo, quo cum alijs priuatis perſonis, ut dictũ eſt. Siq; accuſatus tanta & tam graui ſuſpitione laboraret, ut aliorum quoq; purgatione neceſſe eſſet, in arbitratu ſtet Iudicis, ſibi eam uelit iniungere, nec ne, qui nimirum compurgatores iurabunt, ſe credere, quòd ille illiue, qui ſe per iuramentum excuſarunt, rectè uereq; iurauerint. Hac purgatione facta, à ſuſpitione ſit liberatus, ac utrunq; iuramentum iuſtè præſtitum habeatur, donec accuſatus in Iure de facto ſeu facinore conuictus fuerit. Tunc quidem debet ac poteſt contra conuictum tanquam facinoris reum ac periurum ad pœnam, aliaſq; ut æquum eſt, procedi, agiq;. *Compurgatio.* *Forma iuramenti compurgatorum.*

Verùm ubi accuſatus purgationem aut excuſationem quouis modo recuſaret, aut citatus ad dictam diem perſonaliter abſque probabili allegata ratione legitimorum impedimentorum non compareret: eius tunc quidem, cuius ſuſpitione laborat aut accuſatus eſt, facinoris, reus habeatur, ac pronuncietur. Accuſatori quoque, aut Imperiali noſtro fiſcali Citatio, ad uidendum & audiendum ſe talis facinoris ergò in Bannum ac pœnas publicæ pacis incidiſſe, declarari ac denunciari, concedatur. Adhæc abſq; ulteriori probatione inſimulati facinoris (niſi accuſatus ad docendam ſuam innocentiam paratus eſſet, in quo audiendus erit) in pœnas publicæ pacis noſtræ declaretur, denuncietur, aliaſq; in hoc, ut decet, procedatur, agaturq;.

Si & ob id in Bannum ita declaratus fuerit, neque nos ipſi, neq; Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Dominorum, Magiſtratus, aut aliorum quiſquam eum ſcienter in aula ſua, Curia, ædibus, aliaſue ſuſtentare, hoſpitio ſuſcipere, paſcere,

ſcere,uictum ſeu commeatum præbere,clàm palàmue: ſed tanto tempore,quanto Bannitus eſt,cuitare,pro infami æſtimare,ac habere,debemus,omnesq; illi homines in uniuerſum aduerſari poterunt,prout tenore ac uigore publicæ conſtitutæ pacis fieri æquum eſt & decet.

Corporis citati habendi ratio.

Aſt ſicubi is,ut prædictum eſt,citatus propter corporis ſui conſtitutionem, qualitatemue, aut alijs manifeſtis de cauſis perſonaliter comparere non poſſet, à ſuo quidem, aut uicino Domino ſeu Magiſtratu probabile documentum, ſub eiuſdem Domini ſeu Magiſtratus Sigillo Iudici tranſmittat, ſicq; cauſas ſuæ abſentiæ & excuſationes proponi faciat, eiq; Iudex ulteriores dilationes (ſi qua ſpes ſeu opinio eſt impedimẽta ac remoras illas breui ceſſaturas eſſe) indulgeat ac præfigat. Vel,ſi quominus, Commiſſarios prædicto modo ad procedendum in cauſa agendumq; ordinabit.

Si autem ſuſpectus fuerit Elector, aut Princeps, iſtud iuramentum coram Iudice per conſtitutum Procuratorem,qui omnino ex nobilibus ſit, in animam ipſius præſtabit. In quibus cauſis ſummariè, quemadmodum Imperij ordinatio pacis fractæ ergò conſtituta,perhibet, quouis tempore procedatur.

Debemus nos quidem ac poſſumus, aut nobis extra ſacrũ Imperium abſentibus,dilectus frater noſter,Romanorũ Rex, aut Imperiale noſtrum Iudicium Cameræ, non ſolùm ad implorationem partis,aut Imperialis noſtri fiſcalis, uerumetiam proprio motu atq; ex officio eas purgationes & excuſationes aſſumere,ac illis prædicto modo ſuſpectis ad faciendum imponere.

Permiſſum quoq; ſit ac liberum unicuiq;, qui alterum non modò facti aut auxilij lati,ut ſuprà dictum eſt,ſuſpitionis, ſed etiam eorundem reum eſſe,accuſare,idq; probare uoluerit coram nobis,aut nobis,ut ſæpe dictum eſt,abſentibus,coram dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, aut noſtro Imperiali Iudicio Cameræ, alijſue ordinarijs Iudicijs,quò eiuſmodi cauſæ pertinent, ſpectantq;, ut facere, proponereq; poſsit, ubi & maturè ei Ius,iuſtitiaq; adminiſtrari debebit.

Diffamare caue, quia reuocare graue.

Quòd ſi quiſpiam uerò alterum abſq; iuſtis cauſis ſuſpectum facere,ac diffamare,nec eam ſuſpitionem in Iure proſequi uellet,is,ut iam dictum eſt,diffamatus,aut in ſuſpitionem acceptus,poteſtatem habeat,eum,qui ſuſpectum ipſum facere conatus eſt, coram noſtro Imperiali Iudicio Cameræ, aut ſuo ordinario Iudicio impetendi, in quo & ius ipſi iuſtitiaq; miniſtretur. Ac uolumus hiſce mediãtibus nulli Magiſtratui,

quorum

quorum ea poteſtas eſt, derogatum cõtra maleficij ſuſpectos licere agere, prout quolibet in loco Iuris eſt, & conſuetudinis.

DE PVRGATIONE EORVM, *qui bona ſua fraudulenter ac doloſè alienant, aut qui ea hoc modo ab alijs acceptant. Caput XVI.*

De alienatione bonorum in fraudem.

SIMILITER declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac uolumus pro conſeruanda & exequenda noſtra pacificatione, ſi quis quacunq; dignitate, ſtatu, aut conditione emineat, ex legitimis præſumptionibus uel indicijs hac ſuſpitione laborauerit, quòd arcem, oppidum, caſtrum, munitionem, aut bona ſua doloſè commodo ſuo uendat, alienet, permutet, aut cuiquam tuitionis nomine, aliaue de cauſa donet, tradatue, quocunque colore ſeu prætextu id fecerit, ac inde pacificationis conſtitutionem tranſgreſſus fuerit, pacemq; fregerit: Tunc quidem poteſtas erit, licebitq; nobis, & nobis fortè abſentibus extraq; ſacrum Imperium conſtitutis, fratri nobis dilecto, Romanorum Regi, aut Iudicio Cameræ ex officio, uel ad implorationem offenſæ ac læſæ partis, aut noſtro Imperiali fiſco uenditorem & emptorem, alienantem, tradentem, & accipientem, aut protectorem, memoratæ fraudis ac doli ſuſpectos coram ſe omni modo, ut proximo articulo conſtitutum eſt, citare, ac ſcripto uocare, ad eiuſmodi memoratam fraudem, & dolum expurgandum. Quòd ſi ille aut illi tali modo uocati ac citati perſonaliter non comparuerint, neq; eiuſmodi expurgationem fecerint: Tunc quidem ob talem eorum contumaciam uigore prædicti articuli contra ipſos agi ac procedi debebit.

Expurgandâ fraus & dolus.

PACIS FRACTORES, ET *eiuſmodi patratores domi non eſſe recipiendos: Ac de corundem ſaluo conductu. Caput XVII.*

TALES quoq; facinoroſos, patratores, & uiolatores pacis, nemo hoſpitio domiq; ſuæ recipiat, uel commeatum, cibum, potúmue aut aliquod adiumentum ſeu ſubſidium præſtet, in ſuis municipijs, ditione, dominio, proprietate, aut territorio, quinimò eoſdem comprehendere, & aduerſus eos acriter tendere ex officio, & ad quorumlibet accuſationem contra illos iuſtitiam miniſtrare; nec hiſce aduerſum tueri, defendere, aut ullas ſuppetias

Parte aduerſa non conſentiente.

petias opem ue ferre, nec ulla indulta, ſecuritates, præſidia, libertates, aut ſaluum conductum dare ſeu concedere, quando horum omnium parte aduerſa non permittente aut conſentiente incapaces ſunt, neq; talibus prædictis omnibus ullo modo frui debebunt. Quandoquidem in omnibus datis indultis, ſecuritatibus, conditionibus, pactionibus & conductis, à quoquam conferendis, ſeu præſtandis talem pacis uiolationem uolumus exceptam, nec in ea comprehenſa eſſe: nec teneatur accuſator in huiuſmodi caſibus & lite, paria uincula

Talionis pœna.
Cautio ſiſtendi Iuris.

ſeu pœnam talionis ſubire, ſed cautionem tantùm ſiſtendi Iuris, ut æquum eſt, præſtare.

Cuſtodia qualis eſſe debeat eius perſonæ, quæ cautionem ſiſtendi Iuris præſtare non poſſit.

Verùm ſi quis hanc ipſam præſtare nequiret, aut alioqui diffamata, peregrina, extraneaue eſſet perſona, tum ea in finem litis iuxta eiuſdem perſonæ qualitatem honeſtè ac integrè cuſtodiatur: niſi ipſe patrator aut facinoroſus cum ipſa rapina prædaue deprehenſus ſit, aut facinus alioqui manifeſtè ita conſtaret, ut nulla probatione opus eſſet, aut ea incontinenti fieri poſſet: tunc quidem accuſator ille opulentus à cautione: & alter ignotus aut diffamatus à cuſtodia ſeu uinculis liber erit.

Volumus quoq;, ut omnes Electores, Principes ac alij ſtatus Imperij, in omnibus ac ſingulis eorum datis indultis, fauoribus, ſecuritatibus, conceſsionibus, ac conductis, in Bannum declaratos ac denunciatos, publicatosq; pacis uiolatores, fractoresq; nominatim & expreſsè excipiant & excludant: excepto eo, ſi ad excuſandum, ut ſuprà dictum eſt, aut ad tranſigendum ſeu amicabiliter componendum eiuſdem rei cauſa

Conſenſus partis aduerſæ.

cum conſenſu partis aduerſæ conſcripti, uocatiq; fuerint, tunc quidem ipſis, per eos, à quibus ad eiuſmodi tractationem uocantur, licebit neceſſario conductu aut ſecuritate impartiri,

Saluus conductus et ſecuritas dari debet Bannito tranſigere uolenti.

cuius ipſi quoq; in tali cauſa capaces eſſe debeant, atq; participes fieri, omni modo, perinde ac ſi in Bannum declarati denunciatiue non fuiſſent. Et ſi pacifrago plures eſſent aduerſarij, ijdem quoq; pro conſenſu ſimilis cõductus requirantur, quam & ſcripto præſtare illi teneantur. His uerò non conſentientibus aut denegantibus, nihilominus pacifrago ad dictam diem ac inde diſcedendi ſaluus detur conductus.

De bellum minantibus & aufugientibus.
Facit quoq; articulus criminalis conſt. 128. 129.

Cumq; in Imperio multifariam accidat, ut quidam è uulgo ac leues ſubditi, aut municipes, ob facinora ac delicta à Magiſtratu ſuo recedant atq; profugiant, Ius iuſtitiamq; auerſantes ac declinãtes, aut alijs iniquis de cauſis magiſtratui ſuo ac uicinis inſurgentes, negociumq; faceſſentes, eiſdemq; minantes, ac pro prætenſa ipſorum actione ſeu iure ordinariam

æquamq;

æquamq; iuriſdictionem et iuſtitiam recuſantes:Quibus ob-uiando ordinauimus & ſtatuimus, ut nemo tales ſciens, pru-densq; deinceps ſuſtineat,ferat,domi ſuæ,hoſpitióue recipiat, foueat aut cōducat:Sed imò poteſtas ſeu magiſtratus,ſub quo tales profugi deliteſcunt, ubi minas eorum ſenſerint,aut per-ceperint,eò adigere ipſos debent,ut fideiubeant,caueantq;,ſe ordinario Iuri coram magiſtratu ſuo parituros eſſe,ac factū, facinusq; nullum deſignaturos,quin euitaturos potius. Quos item profugos minantes nullum Priuilegium ſeu libertas tue-ri,defendereue debebit. Poteſtas attamen ſeu Magiſtratus ne-ceſſarium conductum illis contra uim uiolentiamq; præbe-bit,& eum quidem etiam breui uia modóq; ſeu ſummariè illis miniſtrabit. Cautio iuris ſiſtendi.

Quæcunq; autem Poteſtas ſeu Magiſtratus aduerſùs hæc quenq; reciperet, foueret, conduceret,aut caueri ſibi,ut præ-fatur,negligeret,omitteretq;,aduerſus eum quidem, ubi ad-monitus fuerit,unà cum recepto ac conducto ueluti contra uiolatorem pacis ad meritas pœnas procedatur.

DE PACIS FRACTORVM *Receptoribus. Caput XVIII.*

De Receptoribus.

QVOD ſi facinoroſi ac tranſgreſſores huius pacis talia latibula, munitiones aut præſidia ſeu fauto-res haberent,ita,ut maiori ui, militaribusq; copijs neceſſe fuerit, tunc quidem aduerſus facinoro-ſum,eiusq; receptores, poſteaquam in noſtrum atq; Imperij Bannum ordinaria uia declarati fuerint, acri executione ob-tentæ ſententiæ Banni,& pœnarum procedatūr,quemadmo-dum de executione,ex conſenſu cōmuniū Statuum, ceu præ-fatur,iam hoc loco à nobis clarè prouiſum atq; ordinatū eſt.

Si quis autem iſta pacificatione comprehenſus, cuiuſcunq; Status, dignitatis ſeu conditionis fuerit, Eccleſiaſticus uel ſe-cularis, à quopiam hac pacificatione non complexo, impete-retur,accuſaretur,aliaſue læderetur,aut idem facinoroſos ac læſores domi ſuæ foueret, reciperet, aut ſuppetias,opemue ferret: tale quidem ab ipſis læſis, aut à noſtro Iudicio Came-ræ nobis, aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro Roma-norum Regi,ſignificetur,iuſtam in ea re debitamq; prouiſio-nem facturis.

DE POTESTATE IVDICII CA-*meræ contra pacis uiolatores. Caput XIX.*

QVOD ſi cauſæ executionum contra declaratos paci-fragos,aut ipſorū Receptores & auxiliatores tam gra-

uiter ac periculoſæ contingerent, ut propterea congregationem communium Statuum fieri oporteret, id etiam nobis Iudex Cameræ & Aſſeſſores, ſicubi in Imperio Teutonicæ nationis fuerimus, aut nobis abſentibus, fratri noſtro dilecto, Romanorum Regi protinus ſignificabunt, ad hoc, quid facto opus ſit, deliberandum, ſtatuendumq́;

Atqui tamen nihilominus Cameræ Iudex noſter, Iudiciúmque, ad implorationem læſorum, belloq́; pulſatorum, uel etiam ex officio aduerſus tranſgreſſores & fractores pacis ſeduló, ut æquum eſt, procedere debebunt.

QVOMODO ACCVSATORI *contra Banniti arces, munitionesq́; auxilium præſtetur.* Caput XX.

ET ſi quam Bannitus arcem uel munitionem habeat, quam Elector, Princeps, uel ſtatus, ſub quo Bannitus commoratur, accuſatori, ut ſuprà dictum eſt, tradere non poſſet, tali in caſu ipſi accuſatori auxilium feretur, cum in modum, uelut de executione Banni & ſententiæ, in noſtra Iudicij Cameræ ordinatione hiſce Comitijs hoc in loco conſtitutum, ordinatum atq; prouiſum eſt.

De executione Banni, in ordinatione Imperialis Iudicij.

CONTRA PLVRIVM ATQVE *communium uaſallorum arces.* Caput XXI.

CVM & iam pridem nobis & hodie grauiter conqueſtum ſit, quomodo è communibus quorūdam nobilium ſeu uaſallorum caſtris uel arcibus, ac in eiſdem quoq; multa ac uaria læſio captiuorum hominum, rapinarum, prædationum & incendiorum aduerſus publicam noſtram pacificationem crebrò contingant, ac frequenter uſitatoq; moliantur: idcircò communium ſtatuum deliberatione, conſilio, atq; conſenſu ſtatuimus et ordinamus, idq; præſentium tenore facimus, ut ſi quam declarati Banniti uel fractores pacis in eiuſmodi communibus caſtris uel arcibus partem, commune domicilium, aut Ius aliquod habeant eò penitus excidant, nec ante ad id admittantur uel recipiantur, quàm nobiſcum, cum Imperio, ac parte aduerſa de re ſuá negocioq́, tranſegerint. Quæ declaratio noſtra atq; conſtitutio omnibus communibus uaſallis & arcibus per hanc noſtram Imperialem pacificationem publicata iam denunciataq́; ſit, ac notificata. Sin autem tales communium caſtrorum ſeu arciū uaſalli ſpreta hac denunciatione Bannitos, uel pacifra-

gos ſua parte, communi habitatione, aut iure abuti permiſerint, atq; in his cõtumaces extiterint, declaramus, ordinamus, ſtatuimus ac uolumus ipſos ob eandem contumaciam in pœnas hac pacificatione, manutentione ac declaratione contentas incidiſſe, eisq́; Bannum denunciari debere.

DE BANNITIS BONA SVA doloſè alienantibus, & in tuitionem aliorum conferentibus. Caput XXII.

SIMILITER ſtatuimus, ordinamus, ac uolumus, hiſce acriter præcipientes, ſi quis declaratus Bannitus aut pacifragus res ſuas ſeu bona cuiq; Principi, poteſtati, Magiſtratui, communitati, aut alijs tuitionis, alteriúſue rei cauſa dederit ſeu tradiderit, hæ res quidem ac bona ab ijs Principibus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, communitatibus aut alijs non recipiantur, neq; ipſi ultrò ea ad utilitatem Bannitorũ ac pacifragorum acceptent. Quod autem ſi fieret, declaramus, pronunciamus, ordinamus ac uolumus, eiuſmodi traditionem, dationem aut acceptationem declaratis Bannitis aut pacifragis nequaquam prodeſſe, aut quicquam ipſis uſui utilitatiue fore. Ac eoſdem etiam Principes, poteſtates, Magiſtratus aut communitates ob id de facto in Bannum aliasq; pœnas in pacifragos conſtitutas incidiſſe, & ita denunciari ac publicari.

SI ECCLESIASTICAE PERſonæ aduerſus hanc pacificationem deliquerint. Caput XXIII.

QVOD ſi Eccleſiaſticę perſonæ, quod minimè arbitramur fore, aduerſus hanc pacem noſtram & mandatũ facturi ſint, utiq; Prælati, quibus eſt immediatè contra illos iuriſdictio ordinaria, ad interpellationem læſorum, eos abſque mora ad reſarcienda rependendaq́; damna, in quantum facere poſſunt, adigere, cogereq; debebunt, grauiterq́; ob tranſgreſsionem punire: Sin uerò ipſi ceſſarent, nec facinoroſi corriperentur: ipſos quidem ſimiliter ut facinoroſos harum uigore noſtra & Imperij gratia ac tuitione omni deſtituimus atq; priuamus, eisq́; ut pacem impedientibus in ipſorum aduerſitatibus neq; præſidium neque patrocinium aut defenſionem ullam præſtabimus: nihilominus tamen ad excuſandum ſe, ſi ſuſpecti eſſent, uelut ſuprà de ſecularibus poſitum eſt, admittentes. Neque contra

Excuſatio ſuſpitionis conceditur.

hanc pacis ſanctionem quiſquã ſcripto,iureiurando, aut alio quouis pacto obligetur uel ipſe,uel alterum obſtringat, quòd hæc omnia uirtute Imperialis poteſtatis noſtræ uana,inutilia, & nequaquã fore obligatoria pronunciamus & declaramus: In alijs tamen particulis,punctis & articulis,ijſdem literarũ obligationibus,iuramentis aut confœderationibus ex tenore ſuo ſaluis: neq; hæc publica pax ulli de ſuis legitimis debitis ſeu creditis ſeu literarum obligationibus quicquam uel adimere uel etiam adferre debebit.

DE PRIVATIS EQVITIBUS graſſatoribus. Caput XXIIII.

CVMQVE plures equitum ac peditum ſint,partim neq; dominos habentium, partim quidem habentium,ſed alibi agentium: aut quos ſibi arrogant uendicantue dominos,ij tamen in illos nihil poteſtatis ſeu iuriſdictionis habent, quin hinc inde in ditionibus ac municipijs ſuæ libidinis ac prædationis cauſa uagantium: Ordinamus,ſtatuimus ac uolumus,ut deinceps eiuſmodi equites ac pedites in ſacro Imperio nequaquã ferãtur aut ſuſtineantur,ſed undiquaq; conquirantur ac uenentur,comprehendantur, & ſeuerè interrogentur, propterq; ſua delicta & facinora grauiter puniantur. Et ad minus ipſorum res,facultates,& bona eis auferantur,deprædentur, ac iuramentis, fideiuſſoribus, cautionibusq; neceſſarijs deuinciantur ac obſtringantur.

DE PEDITVM DOMINIS CArentium conuenticulis, factione, & eorum in agricolas graſſatura. Caput XXV.

SI quoq; in futurum accidat, ut in cuiuſquam noſtrum Electorum, Principum,aut aliorum Statuũ, Eccleſiaſticorum aut ſecularium Principatu,ditione,ciuitate, aut municipio extranei milites,ſiue ſint equites ſeu pedites,ſiue ſinguli ſiue per cohortes, aliaſue magno aliquo numero præter Electoris,Principis,aut Domini cuiuslibet loci uoluntatem permiſsionemue delitere ac uagari præſumant: Elector quidem,Princeps aut Status, in cuius principatu,ditione, municipio ſeu dominio concurſum faciũt,congregenturq;, ab ipſis requirat,cui domino militent. Et ſiquidem reſponderint, ſe nobis, aut dilecto fratri noſtro,Romanorum Regi, militare aut conſcribi, eiusq; rei certum aliquod documentum exhibuerint,ſuo ipſorum commeatu,atq; impenſis abire patiantur; Si quem uerò dominum indicare

indicare non poſſent,aut certo quem etiam nuncuparent ſeu indicarent,is tamen, ſicquicunq; uelit, citra noſtrum mandatum atq; indultum, & abſq; manifeſta nota,neceſſaria, legitima cauſa conſcribendorum, ducendorumq; militum ius non habeat,neque id ita oſtendere poſſet: Tunc quidem Elector, Princeps,aut Status, in cuius Principatu, ditione, municipio, uel territorio exiſtunt,omni diligentia ac ſedulitate adhibita, eiuſmodi factionem, congregationem, atq; concurſum ſiue ſingulatim ſiue gregatim,ut amoueat, auertat, uel etiam præuertat, præueniatq; operam dabit. At ſi uni id Principum præſtare impoſsibile fuerit,uicinos Electores, Principes, aut Status ilicò requirat, ſibi iuxta modum ac uim eius factionis concurrentis,aliorumq; militum & equitum & peditum, aut ſi quibus opus etiam fuerit, machinis ſeu tormentis bellicis o. cyus adſint,aſsiſtantq;,& eiuſmodi errones,dubiosq; milites, ut ſuprà dictum eſt, oratione perſuaſioneq;, aut facto diſsipent, & citra cuiuſquam incommodum aut damnum,quantum fieri poſsit,ditione ac municipijs eliminent: Duces & Capitaneos,ſi præſentes,aut alibi deprehenſi fuerint, cogant, ut non ſolùm data,factaq; miſeris ſubditis damna reſarciant, uerum etiam eiuſmodi factionis duces & autores ad pœnam debitè infligendam mancipent. Et ad id quidem fidelem operam atq; ſuppetias ferant. Quod ita etiam Elector,Princeps, aut Status requiſiti,ut prædictum eſt,ſuo ipſius ſumptu facere tenebuntur,ſub graui noſtra atq; Imperij indignatione,atq; etiam mulcta quadraginta Marcarum auri puri nobis irremiſsibiliter exoluenda. Quam pœnam quoq; Imperialis noſter fiſcus à contumacibus, ut decet, emulgendi hiſce mediantibus poteſtatem,mandatumq; habeat. Ac nihilominus Elector,Princeps,aut Status,qui tali modo proferendo auxilio ac tuitione facienda requiſitus ſit, ius ac poteſtatem habeat, contumacem ſuæ ac ſubditorum ſuorum læſionis, damniq; acceptiq; ergò coram Iudicio Cameræ noſtro in Ius uocare, ubi & reſpondere, & damnum datum ex moderatione dicti Iudicij noſtri Cameræ refundere tenebitur. *Mulcta 40. Marcarum auri puri.*

Ac ſicubi milites iſti enumeratis iam conceſsisq; rationibus etiam tolerantur, nihilominus Duces ipſorum & Capitanei tamen de ſolutione ac commeatu fideiubeant, ad quod medijs quoq; ipſorum iuramentis adigantur ac compellantur. *Cautio Capitaneorum de commeatu ſoluendo.*

DE IIS QVI VLTRA DIEM & annum in Banno perſeuerant. Caput XXVI.

PORRO ordinamus, ſtatuimus, arbitramur, ac uolumus,ut quilibet cuiuſcunq; dignitatis,conditionis,aut Sta-

tus ſit, qui ultra anni ſpacium tempusq́; temerè in Banno perſeuerauerit, manſeritq́;, per Archiepiſcopum, aut Epiſcopum, eiuſue Vicariũ aút Officialem eius Epiſcopatus, in quo commoratur, cuiue ſubiectus eſt, literis compaſſus, alijsq́; Proceſsibus mediantibus, ut decet, in Bannum declaretur & aggrauetur.

QVI OB FRACTAM PAcem banniuntur. Caput. XXVII.

Abſolutio contra leſi uoluntatem nullam.

QVICVNQVE iſto modo ob facinus, ut antè poſitum eſt, & infrà ponetur, in Bannũ ueniunt, incidũntue, à nobis quidem, aut nobis extra Imperium abſentibus, à dilecto fratre noſtro, Romanorum Rege, non abſoluentur præter læſi uoluntatem, ſi non inde iure ſe exemerint aut extricarint.

ABROGATIO OMNIVM PRIuilegiorum, ſeu libertatum huic pacificationi aduerſantium. Caput XXVIII.

SEPONIMVS quoq; & abrogamus omnes & ſingulas gratias, indulta, Priuilegia, libertates, cõſuetudines, fœdera et obligationes, per nos, aut noſtros in Imperio anteceſſores, aliôſue antè emiſſas & conceptas, quouis modo huic pacificationi noſtræ aduerſantes, contraue facientes ſeu facturos in poſterũ, quibuſcunq; uerbis, clauſulis, ſenſu poſitæ pactæq́; eſſent. Quas & quæ omnia nos ex Romanæ Cæſareæ poteſtatis plenitudine hiſce mediantibus, præſentiúmque tenore ſeponimus, uolentes, neminem, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſit, huic pacificationi & mandato aduerſum, per eiuſmodi gratias, indulta, libertates, conſuetudines aut fœdera ſe tueri, defendere, aut excuſare debere, aut poſſe, nullo pacto, modóue.

PAX HAEC PVBLICA alijs Iuribus nihil deroget. Caput XXIX.

AC iſta mandata quidem publicam pacem, & eiuſdem pœnas complectentia, & concernentia, communibus noſtris et Imperij iuribus, reliquiſque ordinationibus & iuſsionibus ſeu præceptis ob id ipſum antea emiſsis in tantũ, non quod per illos articulos non eſt abrogatum, imminuta, quinimò aucta eſſe uolumus, ita, ut immediatè ac incontinenti unuſquiſque

quiſque poſt harum publicationem, eandem pacem ſeruare teneatur.

CONSERVATIO AC DEFENſio pacificationis iuris, & ordinationis huius. Caput XXX.

QVONIAM autem omnes ordinationes, mandata, & Iuris adminiſtrationes ſeu executiones inefficaces ſunt, niſi digna rectaq; conſeruatione ac defenſione muniantur, & confirmentur, efficianturq; : Idcircò, & quò ſacrum Imperium, Statusq; ſui, & ſubditi eam pacem, iusq;, & eius conſeruationem alacrius ſibi uſurpare, congratulariq; poſsint, nos quidem, cum Electoribus, Principibus, ac Statibus Imperij iã hic congregatis, ipſiq; uiciſsim nobiſcum concordauimus, uniuimus, conſenſimus, ac obligauimus, mutuoq; obſtrinximus, dictam pacem, iusq; acriter & ſeuerè ante omnia conſeruare, manutenere, idq; efficere ac præſtare. Tum & in noſtris terris, ditionibus, municipijs ac dominijs, omnibus noſtris officiatis & ſubditis, mediantibus ipſorum iuramentis mandabimus, inq; patentibus literis ſeu diplomatibus noſtris præcipiemus, eam manutentionem fieri, quotienſcunque neceſſarium fuerit. *Promiſsio Imperatoris ad pacem publicam ſeruandam.*

Ac quidem ſi contingat, ut contemptores & tranſgreſſores publicatæ pacis noſtræ, aut ij qui latis ſententijs ac mandatis noſtri Iudicij Cameræ, arbitrarijs tranſactionibus temerè & contumaciter obſiſtant, arcibus, munitionibus, caſtris, præſidijs, auxilijſue ad ſua temeraria facinora uterentur: Tum & ſi quiſpiam hac pacificatione complexus, cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis eſſet, Eccleſiaſticus uel ſecularis ab aliquo hac pace non cõprehenſo, bello infeſtaret aut læderet, ſeu læſores fraudulenter receptaret, ſuppetias, opemue præſtaret, adeò ut contra eiuſmodi facinoroſos ſeu patratores, ac eorũ receptores & auxiliatores ab Electoribus, Principibus, ac Statibus ſeu ordinatis Circulis effectualis ac euidens executio, quemadmodum in memorata noſtri Iudicij Cameræ ordinatione his Comitijs, hocq; loco cautum atq; conſtitutum eſt, grauibus ac ſufficientibus de cauſis fieri non poſſet, noſter id quidem Cameræ Iudex & Aſſeſſores, aut læſus ipſe nobis, ſicubi in Imperio erimus, aut nobis abſentibus, dilecto fratri noſtro Romanorum Regi iſtud ſignificent, & ſi tunc neceſſe fuerit, debemus ac uolumus ipſi, aut iã dictus dilectus frater noſter, Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, ac Status Imperij protinus conuocare, ad perſonaliter, aut iuſtis de cauſis per ſuos conſtitutos ſeu mandatarios comparendum, nobi-

ſcum deliberaturos, conſultaturos, acturos, ac finaliter determinaturos, rationemq; inituros, qua læſus primùm reſtituatur, deinde pacifragi ad pœnam & reparationem datorũ damnorum adigantur, ac rei iudicatę, ſi quis executioni eius temerè obſtitiſſet, ſatisfaciat.

Et ſi quæ aliàs Chriſtianitatem, ſacrum Imperium, communem Rempublicam, cõſeruationem huius noſtræ pacificationis, aliaq; concernerent, ac proponerentur, in melius ſuſcipienda, ſtatuendaq; forent.

Debemus quoq; ac uolumus huiuſmodi noſtram, & ſacri Romani Imperij conſtitutam ac publicatam pacem, atq; eiuſdem ordinationem & conſtitutionem, Iuris conſeruationem, & executionem eorundem mutuò ac inuicem fideliter continere & obſeruare.

Ac ſi qui forent (nemine excepto) qui aduerſus iſta ierint, fecerintq;, aut facere præ ſe tulerint, quouis modo, contra eos quidem mutuum auxilium, conſilium, præſidiumq; præſtabimus, nequaquam alter alterum deſerentes.

Quocirca mandamus omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, equitibus ac militibus, Magiſtris ciuium, Iudicibus, conſiliarijs, ciuibus, communitatibus, ac alijs omnibus noſtris & ſacri Imperij ſubditis ac fidelibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſint, acriter ac firmiter uobis ex Romana Imperatoria poteſtate mediantibus iuramentis, quibus nobis pręcipuè ac ſingulariter Imperij nomine deuincti atq; obſtricti eſtis, adeoq; per obedientiam, quam nobis ut Romano Imperatori debetis, Etiam ſub amiſsione priuationeq; omnium gratiarum, Priuilegiorum, ac Iurium, quæ à nobis & ſacro Imperio, aut ab alijs etiam tenetis, hiſce mediantibus, mandantes, ut hanc præſcriptam pacificationem, mandatumq; noſtrum in omnibus punctis, articulis, & tenore ſuo, firmiter ac fortiter omni diligentia conſeruetis ? perq; ditiones, principatus, Comitatus, dominia, municipia, quæ quiſq; gubernat, inq; mandatis habet, per ueſtros præſides, officiatos, uicem gerentes, Vicarios, Præfectos, Adminiſtratores, quocunque nomine uocentur, etiam ſubditis ac municipibus ueſtris conſeruanda & exequenda acriter mandetis, efficiatis, ac pręparetis, nihil in his negligentes, nec in aduerſum cogitantes, facienteſue clàm aut palàm, nulla ratione, ſub omnium prædictarum ſimulq; aliarum pœnarum, communium Imperij Iurium, Regiæ reformationis, noſtræq; grauiſsimæ indignationis cautela ſeu euitatione. Ac pax iſta, manda-

mandatumq; communibus noſtris & Imperij Iuribus, & alijs ordinationibus ac mandatis publicatis nihil obeſſe, nihilq; detrahere, ſed ea augere, ac immediatè poſt hanc publicationem quiſq; eam ſeruare teneatur.

Perpetuò, non ad tempus hæc pax conſtituitur ſeruanda.

His interfuerunt deuoti nobis dilecti amici, cognati & affines Electores, Principes, ac Status in maximo numero, & abſentium legati ac mandatarij, ciuitatumq; nuncij, quemadmodum omnes illi his Comitijs hic Auguſtæ habitis comparuere, ac in receſſu eiuſdem nominatim exprimuntur.

Teſtimonio harum literarum noſtri Cæſarei Sigilli appenſione obſignatarum.

Appenſione ſigilli ſui pacem Imperator corroborat.

Ac nos Electores, Principes, Prælati, Comites, & Barones, atq; abſentium Principum, Prælatorum, Comitum, & Baronum, item liberarum Imperijq; ciuitatum, Legati, Mandatarij & nuncij, qualiter omnes in his Comitijs hic Auguſtæ habitis comparuimus, atq; in Receſſu eorundem Comitiorum circa finem nuncupati ſumus, fatemur noſtro noſtrorumq; ſucceſſorum ac hæredum nomine: Atq; etiam dominorum & Magiſtratuum noſtrorum nomine, à quibus mandata accepimus, uel ad hæc Comitia miſsi ſumus, eorumq; ſucceſſorum & hæredum, quicquid præſcripta omnia, nempe gratioſiſsimi Domini noſtri Romani Imperatoris obligationem, ordinationem Maieſtatis ſuæ & ſacri Imperij publicam pacem, eiuſq; conſeruationem concernit, ideoq; noſtro conſilio, facto, & conſenſu ſuſceptum, renouatum, declaratum, ſancitum atq; conſtitutum eſſe: quæ & pro communi Reipublicæ utilitate promouenda, prouehendaq;, ac firma pacis iuſtitiæq; conſeruatione in ſacro Imperio humiliter ſuſcepimus, & cum ſua imperatoria Maieſtate, adeoq; inuicem nos ac mutuò obſtrinximus & obligauimus. Tum & mediante principali fide noſtra addiximus, promiſimus, ac ſtipulati ſumus, facientes id quidem ſcienter, hiſce & uirtute harum literarum noſtro ſimul & ſucceſſorum, hæredumq; noſtrorum nomine: adeoq; dominorum & Magiſtratuum, qui nos miſerunt, atq; hæredum & ſucceſſorum ipſorum: uidelicet dictam ordinationem ac pacificationem obedienter obſeruaturos, eamq; fideliter cuſtodituros ac defenſuros eſſe. Idem quoq; officiatis & ſubditis noſtris ſecundum huius Imperialis pacificationis tenorem noſtris literis, mediantibus ipſorum iuramentis abſq; mora mandabimus fieri. Omniaq; alia & ſingula puncta, & articulos iſta ordinatione & Imperiali pacificatione contentos, in quantum nos concernant fideliter præſtaturos, executuros, & eiſdem parituros eſſe, abſq; omni fraude. Teſti-

Teſtimonio horum nos Dei gratia Sebaſtianus Archiepi-
ſcopus Moguntinus &c. & Fridericus Palatinus Rheni &c.
ambo Principes Electores, noſtromet ac aliorum noſtrorum
coëlectorum Principum nomine. Nos Erneſtus confirma-
tus Salisburgenſis, ac Vuilhelmus Palatinus Rheni, Dux ſupe-
rioris ac inferioris Bauariæ, noſtro, ac ſpiritualium ſeculari-
umq; Principum nomine. Geruuicus Abbas in Vuecingarten
& Ochſenhauſen, noſtrorum, & Prælatorum. Fridericus Co-
mes à Furſtenberg, Heilgenberg & Vuerdenbach &c. noſtro,
ac Comitum Baronumq; nomine. Ac nos ciuium Magiſtri
& conſulares Auguſtani noſtro & liberarum, Imperijq; ciui-
tatum nomine, noſtra ſigilla huic publicæ pacificationi appo-
ni, appendiq; fecimus. Datum in noſtra Imperatoris Caro-
li, & ſacri Imperij ciuitate Auguſtana, ultima die Menſis Iu-
nij, poſt Chriſti Domini noſtri natiuitatem, Anno milleſimo,
quingenteſimo, quadrageſimo octauo, Imperij noſtri uigeſi-
mo octauo, & noſtrorum Regnorum triceſimo tertio.

IN CONSTITVTIO-
NEM IMPERIALEM, DE PACE PV-
blica ſeruanda, Auguſtæ, Anno 1548. *publicatam. D. Iu-*
ſtini Gobleri, Goarini, Iureconſ. περιοχή, *ſeu complexio.*

OCCASIO huius auguſtiſsimæ atq; ampliſ-
ſimæ cõſtitutionis de pace publica ſeruanda, eſt
uis uiolentiaq; quorundam in Regno Germa-
nico pro ſua libidine contra ius fasq; graſſan-
tium, aliosq; publicè & priuatim offendentium
ac lędentium, qui ut retundantur ac compeſcantur, neceſsita-
tem Carolo Imperatori, cæterisq; Principibus & Statibus im-
poſuerunt, ut hæc decreta, hæ paginę conſcriberentur ac ſan-
cirentur. Quemadmodum enim morboſis corporibus phar-
maca aiunt adhibenda eſſe, acriora nonnunquam & duriora,
pro morbi magnitudine & grauitate: ſic malignæ uitæ eti-
am ac prauis moribus cohertiones ceu remedia fuerint deſti-
nanda, ut publica honeſtas cuſtodiatur, & tranquillitas con-
ſeruetur. Etenim eſt à ueteribus non ſine cauſa dictum, leges
bonas ex malis moribus procreari: niſi enim perperam uiue-
rent homines, nihil opus eſſet ferundis legibus, pœnisq; con-
ſtituendis in delinquentes.

Editæ ſunt & ab alijs Germanis Imperatoribus iam antea
ſimiles paginæ pacis publicæ retinendæ, & quidem proximè
ante

ante hunc Carolum, à Friderico & Maximiliano fortiſsimis ac laudatiſsimis Imperatoribus: ſed inuenit ſemper malitia atq; inſolentia hominum, quomodo turbata pace negocium faceſſat tranquillis & bonis Rebuſpublicis. Eſtq; ea rerum humanarum miſera conditio, ut ſubinde nouæ lites, noua diſſidia, bella, tumultus, confuſiones omnibus ætatibus oriantur, adeò ut non fruſtrà dixerit Homerus, omnium rerum ſocietatem eſſe, belli non eſſe. Ac res mortalium ferè ſe ita habent, ut hydræ caput, quo uno reſecato ablatoq;, tria alia ſuccreſcant, nec in perpetuum quod bene conſtitutum eſt, durare poſsit. Decet igitur & æquum eſt, ab inquietis, & improbis pœnas ſumere ex præſcripto huius ſanctionis, quam nos obiter in Latinũ tranſponere, & ſcholijs quibuſdam illuſtrare conati ſumus, ad communem Reipublicæ Germaniæ, patriæ noſtræ, utilitatem alijs doctioribus ac peritioribus ita occaſionem præbentes ad rem omnium pulcherrimam & utiliſsimam, publicam uidelicet pacem ſuis ſcriptis illuſtrandam & excolendam.

Eſt igitur hæc conſtitutio ſeu decretum grauis admonitio ad ſtudium tuendæ concordiæ inter Principes ac populum Germaniæ, ex eo dicto ceu fundamento ſumpta, quod Diuus Auguſtus, alijq; boni gubernatores ſæpe dicere, ſuisq; Magiſtratibus in prouincias mittere ſolebant, nimirum, Concordia paruas res creſcere, diſcordia maximas etiam dilabi.

Cum autem Regnum Germaniæ ceu unum corpus ſit, & eſſe debeat, qui fit quæſo, ut tam diſcordantia habeat membra? neq; ea ſuo cohereant capiti? quin ſubinde nouæ diſcordiæ, noua bella, noui tumultus, nouæ factiones & confuſiones excitentur? Verè igitur quis dixerit cum Platone, Germaniam ſuosq; Principes ac populum intuendo, pacem inane nomen eſſe, & comminationem Diui Pauli diram aliquando ſecuturam eſſe, dicentis: Cùm inuicem mordetis, uidete ne inuicem conſumamini: uel ut Baſilius ait, Nos uerò uiciſsim alijs in alios irruentibus, mutuò inter nos ſubuertimur.

Quanquam autem hi probè norunt, qui ad gubernacula ſedent, quàm rerum mundanarum nihil firmum ſit ac ſtabile, quàm & in mundo ocij parum ſit & quietis, eò, quòd ſemper manent, gliſcentq; inter Principes & in populo odia, iniuriæ, & diſsidia; Tamen conferet eximiè publicæ tranquillitati, ſi hæc decreta à gubernatoribus firmiter retineantur, & à ui publica & priuata homines coherceantur. Vt enim felix ſit & tranquillus Reipublicæ ſtatus, maximè in gubernatoribus ſitum eſt. Quare in hac conſtitutione toties adhortantur, ut

has pa-

has pagellas ſeu decreta in ſuis quiſque municipijs denunciet atq; præcipiat.

Cùm igitur pax ſit utilitas publica, omnes homines, præcipuè uerò gubernatores & Magiſtratus fauere debent paci tan quam publicò bono: & contrà abhorrere ab ijs occaſionibus & uitijs, quæ illam offendunt atq; perturbant. Vt & locum hic habeat uulgare illud Iureconſultorum, fauores ampliandos quidem, & odia reſtinguenda eſſe.

Nec aliud pulchrius eſt ſpectaculum in ciuitate & Republica, quàm communis pax & tranquillitas. Rectè igitur facit poteſtas, quòd omnes homines ad hanc neceſsitatem conſeruandæ publicæ pacis obligat hac conſtitutione, cui obtemperare etiam atq; parere neceſſe ſit, contra autem non obtemperantes, iuſtè puniantur. Ergo quod pacis eulogion Baldus alibi ponit, nos hic obiter etiam repetemus, cùm inquit, Pax multa bona inducit, diſcordias remouet, quietem importat, ſtatum perſonarum ac ciuitatum augmentat, honeſtatem adfert, diuitias præparat, Deo ſeruiendum animum cuiuſq; incitat, fructum affectat, rem expetitam facit acquirere ſeu nanciſci &c.

PVNCTVM DE CAMERAE IVDICIO, EX RECESSV

1551. *proximi Imperialis Comitij Auguſtani, Anno 1551. è uulgari in latinum conuerſum per Doctorem Iuſtinum Gob lerum Goarinum, Iureconſultum.*

De decem Extraordinarijs Aſſeſſoribus.

IAM & illa, quæ proximis Comitijs de Cameræ Iudicio, pro retinenda conſeruandaq; pace, tranquillitate, & concordia ſacri Imperij ordinata, cõſtitutaq; fuerant, in memoriam reuocabimus, atq; inter cætera intelligebamus, communes ſtatus hic quoq; nobis conſentire, ut ad iuſtitiam uulgandam propagandamq;, & antiquarum litium cauſarumq; expeditionem, præter conſuetum Aſſeſſorum nũmerum, decem inſuper extraordinarij Aſſeſſores ad biennium tãtùm, uel ad ſummũ, ſi quæ ueteratæ cauſæ litesq; eo ipſo temporis ſpacio, conſideratione ac deliberatione habita, definiri non poſſent, in tertium quoq; annum unà cum reliquis ordinarijs Aſſeſſoribus ſuſtinerentur, ueluti prædicto receſſu prolixè eſt comprehenſum.

Exacto autem nunc eo biennio, ad quod illi extraordinarij

accerſiti

accerſiti erant,circumſpicere nos ac prouidere oportuit,reti-nendi ne illi in Iudicio an dimittendi eſſent. Commiſſariorum uerò noſtrorum ac ſtatuum uiſitatorum ſeu inſpectorũ pro-ximè facta relatione edocti comperimus, pluribus de cauſis, præſertim autem cùm uetuſtæ lites necdum explicatæ eſſent, ac nouæ interea multifariam accreuiſſent,non ex publica uti-litate fore,ſi mox finito biennio extraordinarij à noſtro Ca-meræ Iudicio dimitterentur. *Relatio inſpectionis Iudicij Cameræ.*

Quocirca ad prouehendam iuſtitiam (cuius precium iu-re omnibus maximum uideri debet) & quo ius quiſq; ſuum maturius conſequatur, liteſq; tandem finiantur,cum Electo-ribus,Principibus,ac ſtatibus,abſentiumq; conſiliarijs & Le-gatis nos uniuimus, ut extraordinarij prædicti tertium an-num,& ſicubi futuræ uiſitationi ſeu inſpectioni præfectis,ui-ſitatoribus & Commiſſarijs ob pendentium cauſarum & liti-um conditionem neceſſarium uiſum fuerit, adeoq; è Republ. fore exiſtimarint,etiam quartum annum in noſtro Imperiali Iudicio Cameræ ijdem illi perſeuerent ac retineantur, ita ta-men, ut ſi qui extraordinariorum fortè unus ſeu plures nunc in Iudicio exiſtentes in ordinariorum numerum cooptati fu-erint,aut ultrò etiam muneri ceſſerint,nemo deinceps in ipſo-rum locum ſurrogetur aut ſubſtituatur. *Iuſtitia Reſpublicam quietam conſeruat.*

Et in hunc caſum quidem,quo Commiſſarij & uiſitatores ſeu inſpectores arbitrati fuerint, Extraordinarios quartum quoque annum in Cameræ Iudicio perſeueraturos, atq; ipſis ſtipendia ut ordinarijs quarti anni à Statibus ex ſupputatione prioris Comitij præſtanda atque exoluenda eſſe. Concorda-uimus deſuper nos cum Electoribus, Principibus,& Stati-bus,abſentiumq; conſiliarijs & Legatis, uolentes ac præcipi-entes ſimul,ut quiſque pro conſeruando Imperiali noſtro Iu-dicio Cameræ, iniunctam ſibi partem ſeu quotam, quantò pluris etiam, ſub uigore ac pœna iam pridem emiſſorum ac inſinuatorum Monitoriorum, abſque ulla alia noua requiſi-tione,eodem quarto anno,ſtatuto tempore præſtet atque ex-oluat.

Porrò Commiſſariorum ac inſpicientium proximè uiſita-ti Imperialis noſtri Iudicij Cameræ tranſmiſſam relationem & Receſſum Electorum, Principum, ac Statuum,abſentium-que conſiliariorum & Legatorum nobis gratioſè proponi curauimus, opinionem eorum atque ſententiam audientes,ac nos ita cum ipſis deſuper concordantes, uidelicet.

Cùm inter alia id quoque comperierimus, litigatores ſeu partes contendentes,quibus neceſſe eſt,cauſas ſuo Iudicio Ca *Supplicantibus decernuntur Proceſſus.*

meræ proponi inſinuarið;, multoticns pro proceſsibus ſupplicarc, factum autem ipſum quandoq; aut originem controuerſiæ ita in narrationibus eorum ſupplicationum ex forma atq; ordine proponatur, ut Iudex Cameræ & Aſſeſſores ex huiuſmodi narratione facti, quemadmodum id ingeritur ſiue adducitur, exiſtiment Proceſſus deſuper decernendos fore, ſi qui ſpeciatim peterentur. Verùm eo omiſſo atq; poſthabito, atq; etiam in petitione prætergreſſo, nec apta idoneaq;, ad narrata concluſione facta, Iudex Cameræ & Aſſeſſores hactenus, ſi quid decernendum fuiſſet, non ſibi propria autoritate ſumendum putarunt. Ex quo contigit eiuſmodi Proceſſus in genere petitos recuſari, aut ſupplicationes ſub his aut ſimilibus uerbis, ſi petitionem ſuam partes formaliter propoſuerint, ad id quod æquum fuerit decerni ſeu decretari, atque ita factum ſit, ut & tempus & opera impenſaq; ſimul perierit, neque his remorati contendentes ſolùm fuerint, ſed & poſtea ius actionemq; ſuam prorſus poſthabuerint atq; neglexerint.

Occaſio decernendarum ſupplicationū pro Proceſſibus.

Idcircò ordinamus, ſtatuimus ac uolumus, ut Procuratores aut partes pro Proceſsibus ſupplicantes, diligenter ac ordine ex forma Iuris, & iuxta ſacri Imperij conſtitutiones & receſſus, ſupplicationes, petitionesq; ſuas cum differentia, & in ſpecie forment atque componant. Quod ſi qua uerò ſupplicatio deinceps oblata fuerit, in qua ex propoſitis facti narratis petitio diuiſim ac differenter non ſequeretur, annexa tamen eidem ſupplicationi eſſet clauſula huiuſmodi, aut ſimilibus uerbis, (deſuper peto mihi ius & iuſtitiam, non ſolùm uti petitum eſt, uerumetiam alia quauis legitima forma ac modo, prout de Iure efficaciſsimè poſsit ac debeat, impartiri miniſtrariq;) Iudex Cameræ quidem & Aſſeſſores non attento eo, quòd petitio ſpeciatim neq; formalis neq; concluſiua ſit, ſuper propoſita narrata tamen prout de Iure, & quod ſupplicantes in ſpecie petere debuiſſent aut potuiſſent, promulgeant atque decernant.

Petitio ex propoſita facti narratione ſpeciatim fiat.

TRANS.

TRANSACTIO PA- TAVIENSIS PER INCLYTVM RO- manorum Regem, D. Ferdinandum &c. ac quoſdam Germaniæ Status, altera die Menſis Auguſti, Anno 1552. facta, & à Doctore Iuſtino Goblero Goarino, Iureconſulto, Latinè reddita.

1552.

NOS Ferdinandus &c. fatemur, Cùm aliquoties iam antea nobis innotuiſſet in Germaniæ ſacri Imperij natione hinc inde multifariam commoueri ad bellum arma, palamq; tumultuari, ac id quidem præcipua Generoſi Philippi Heſſorum Landtgrauij &c. Cuſtodiæ detentionisq; cauſa: ingenita nobis cupiditate, deſiderio, fide, amore, atque promptitudine erga ſacrum Imperiũ, omnesq; & ſingulos eius Status ac membra, cumprimis uerò ad communis Reipubl. ſalutem, pacem, tranquillitatem et concordiam conſeruandam prouehendámque, & Chriſtiani ſanguinis effuſiones, inſontium excidia, Patriæ deuaſtationes euitandas ac prohibendas, promptè ac meritò uolentesq; adducti, Romanam Imperatoriã Maieſtatem, dilectum fratrem & Dominum noſtrum amanter iuxta atq; ſuppliciter requiſiuimus ac interpellauimus, ut nobis ad dicti Lantgrauij liberationem, aliarumq; appendentium controuerſiarum, ad bella tumultusq; occaſionem præbentium, deriuationem, amicam tractationẽ indulgere, concedereq; dignaretur: quod ita nos quidem & amicè ab ipſa Cæſarea Maieſtate & fraternè impetrauimus & conſecuti ſumus.

Quo factum eſt, ut unà cum illuſtriſsimo Principe Domino Maximiliano Rege Bohemiæ &c. dilecto noſtro filio, & Illuſtriſſ. Mauricio Duce Saxoniæ &c. cognato, & Alberto Duce Bauariæ, genero, Electoribus, Principibus, ad proximũ Paſcha, in ciuitate noſtra Linſenſi conueniremus, de rebus hiſce benignè atq; confidenter colloquentes, uarijs deliberationibus & tractatibus inter nos habitis, ac diligenter omnibus perpenſis neceſſarium, operæq; precium fore exiſtimauimus, aliam conuocationem huc Pataujam (ghen Paſſaw) ad 26. Marij proximam indicere ac præſtituere.

Similiter & hos Electores & Principes ceu nobiſcum interceſſores & compoſitores harum amicè tranſigendarum rerũ cauſa literis noſtris euocauimus & accerſiuimus, talibus diuina clementia grauaminibus, litibus atq; diſcordijs, quibus fieri poteſt, uijs, modisq́ obuiaturi, ac deniq́ finem impoſituri.

Proinde nos, & infrà memorati Principes, Elector Saxo-

niæ &c. huc ad dictam diem cum cæterorum Electorum & Principum Legatis peruenimus, uidelicet, Archiepiſcopi Moguntinenſis nomine Daniel Brendel ab Honburck, maioris ædis Canonicus Moguntię, Chriſtophorus Matthias Iurium Licentiatus Cancellarius, & Petrus Echterus. Archiepiſcopi autem Colonienſis nomine Henricus Saliſpurgenſis, & Franciſcus Burghardus, ambo doctores. Archiepiſcopi Treuirenſis nomine, Ioannes de Petra, Primas inter Archidiaconos Treuericos: Philippus Baro in Vuinnenberg & Beylſtein, ditionis Treuericæ, aulæq; Magiſter, & Felix Hornung Doctor, Cancellarius. Palatini uerò Friderichi nomine, Ludouicus comes à Stolberg, Konigſtein, & Ruthſchefort. Ioannes à Dinheim, prę fectus in Creucenach, Melchior Drechſel Doctor, & Ioan. Koting Ioachimi Marchionis nomine, Adam Trotte Mariſchalcus, Chriſtophorus Stratius, Timotheus Iung, & Lampertus Diſtelmeyer, Doctores. Item reuerendi & generoſi, Erneſtus Archiepiſcopus Saliſpurgenſis &c. Mauritius Echſtetenſis, & Vuolffgangus Pataulenſis Epiſcopi, Albertus quoq; Palatinus Rheni, Dux ſuperioris & inferioris Bauariæ, in perſona. Item Epiſcopi Herbipolenſis nomine Henricus Comes à Caſtel Canonicus, & Hans Zobel. Ioannis Marchionis Brandenburgenſis nomine Adrianus Albinus Doctor, Cācellarius, Andreas Zoch Doctor, et Bartholus à Mandelslo. Henrici iunioris Ducis Braunſuigenſis nomine, Vitus Grummer. Vuilhelmi ducis Iuliacenſis nomine, Vuilhelmus Kettler. Vuilhelmus à Heuuenhof, appellatus Ley. Magiſter curiæ Theodoricus à Schepſted, & Carolus Horſtus, Doctores. Philippi Pomeraniæ nomine, Iacobus Zitzeuuitz, Doctor & Cancellarius. Et Chriſtophori Ducis Vuirtembergenſis nomine Iohannes Theodoricus à Plenningen, ſuperior Aduocatus in Stutgarten, Ludouicus à Frauuenberg, Aduocatus ſuperior in Lauffen. Ioannes Henricus Hecklin, & Caſpar Behem, ambo Doctores hic coram nobis comparentes. Quibus cum uocatis tranſactoribus rem cœpimus tractandam, ac initio dicti Electoris Saxonici, ſuorumq; coniunctorū poſtulata & grauamina duobus ſpecialibus ſcriptis complexa accepimus, eaq; ſumma diligentia, fideq; perpendentes, quo ad amicè componi, & ingruentis belli diſcrimina, pace, tranquillitate, & concordia firmata, in ſacro Teutonicæ nationis Imperio auerti poſſent. Atque ſic tandem poſt multam longamq; tum ſcripto tum uerbo rerum tractationem agitatam, ſequentia media, punctaq; ad Cæſareæ Maieſtatis beneplacitum, ac Electoris Saxonici, ſuorumq; confœderatorum aſ-

ſenſum

ſenſum ac ratificationem relata ſunt, deq́ꝫ iiſdem unanimiter tandem in hunc qui ſequitur modum conuentū eſt atq́ꝫ conclusum.

Ceſsio armatæ militiæ, & Philippi Heſſorum Lantgrauij λύτρωσις ſeu liberatio.

1 PRIMVM Elector Saxonicus, ſuiq́ꝫ belli conſortes Principes ac Status hanc compoſitionem amplectentes à cœptis ſumptisq́ꝫ armis prorſus deſiſtent: ſuosq́ꝫ paratos & conſcriptos milites ad undecimum duodecimūmue diem Auguſti menſis proximum undiquaq́ꝫ dimittant, diſsipent, atq́ꝫ diſcurrere, uel nobis Regi Ferdinando ad petitionem ſtipemq́ꝫ noſtram adiungi uel admoueri ſinant: denq́ꝫ omnibus modis operam, in quantum fieri poteſt, ne quid iniuriæ damniue dolo malo Cæſareæ Maieſtati, nobis, aut cæteris ſacri Imperij Electoribus, Principibus, Statibus, & ciuitatibus illorum diſcurſu, fuſioneq́ꝫ inferatur, quin ita potius diſperſi Cæſareæ Maieſtati, ſacroq́ꝫ Imperio obſequentes ſe gerant permaneantq́ꝫ, remiſsis illorum Statuum, ciuitatum, aliorumq́ꝫ iuramentis, quos hactenus oppugnarunt & obſiderunt, aut ſibi aliqua adhæſione & confœderatione ſubdiderunt, idq́ꝫ uigore transſcripti iam hoc in loco patentium literarum exemplaris remiſsionem illam conteſtantium, quemadmodum & earundem, & huius edicti uirtute à ſuis iuramentis protinus liberantur & abſoluuntur.

2 Interea quoq́ꝫ temporis Philippus Heſſorum Lantgrauius ſancitam Halæ in Saxonia capitulationem (exceptis iam antea reſolutis articulis, puncto de Caſſella loquente) ratam de nouo habere, ac irrefragabiliter obſeruare debet, adeoq́ꝫ detentionem ſuam et cuſtodiam haudquaquam uindicare, quin imò Cæſareæ Maieſtati, ſacroq́ꝫ Imperio ſeſe Principem per dies uitæ ſuæ obſequentem exhibere, & ad omnia iſta Cæſareæ Maieſtati formula decenti hoc loci præſcripta ſufficienter aſtringere, efficereq́ꝫ tandem, ut idem à filiis, ditioneq́ꝫ ſua noua literarum obligatione præſtituta ſeruetur ac teneatur. *Capitulatio Domini Lantgrauij.*

3 Simili modo uterq́ꝫ Electorum Saxonicus & Brandenburgenſis, Dux item Vuolffgangus Palatinus &c. obligationes quiſq́ꝫ ſuas iam pridem factas modò renouent, easq́ꝫ ſcriptas cautiones ad ſextum Auguſti diem Illuſtriſsimæ Principi Dominæ Mariæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, uiduæ, dilectæ ſorori noſtræ, eiúſue præſidenti apud Mechliniam tradantur.

4 Econtrà memoratus Lantgrauius cuſtodia ſua penitus liberetur, & ad dictum Auguſti diem undecimum uel duodeci- *Rheinfelſium arx ſancti Goarini.*

mum Rheinfelſium tutò certoq́; extra periculum ſiſtetur li-
ber. Iam & ipſa copias ſuas Cæſarea Maieſtas diuerſis in lo-
cis in hos Status conſcriptas, hanc compoſitionem acceptan-
tes haudquaquam producat, aut etiam fundendi ſeu dimitten-
di mora moleue ulla grauetur.

Cœptam quoq; Caſſellæ munitionem Imperatoria Maie- 5
ſtas Lantgrauio clementer perficere concedet.

Comitum Naſſouienſium executio ſuſpenditur, ad concordiam.

Similiter Naſſouienſium durante cuſtodia promulgata- 6
rum ſententiarum executio differatur ac ſuſpendatur, donec
liberato Lantgrauio amica inter partes tractatio inſtitui agiq́;
poſſit. Caſu autem quò minus ea amicabilis progrederetur
tractatio, Lantgrauio tamen quo ad æquum eſt, teſtimonia,
literarum documenta, aliaq; neceſſaria, quæ Aduocatorum
hucuſq; defectu, duranteue cuſtodia proferri nequibant de
cætero exhibeantur ac producantur. Et ita tunc quidem Ele-
ctores hi, quos cauſa hæc non contingit, ipſimet, ſeu conſilia-
rij eorum, atque adhuc alij ſex minimè partiales Imperij Prin-
cipes, ex quibus ambæ partes quindenos Cæſareæ Maieſtati
intra menſem, poſteaquam Lantgrauius fuerit liberatus, no-
minatim indicent atque proponant. Ex quibus ambarum

Reuiſio actorum.

partium nuncupatis Maieſtas Cæſarea tres Principes deligat,
(inter autem ſex illos ad minus tres ſint ſeculares) in perſo-
na propria, aut etiam ad idem deputati conſiliarij, tanquam
Cæſareani Commiſſarij, grauamina illa & exceptiones, con-
tra prædictas latas ſententias & executionem debito modo,
ac ut decet, recognoſcant atque reuideant, ecquid acta tem-
pore cuſtodiæ Lantgrauij exhibita rurſus aſſumenda, Sen-
tentiæ quoque latæ ac Proceſſus ſuper eiuſmodi propoſitis &
adhuc dum proponendis grauaminibus, exceptionibusq́; dif-
ferendi ac ſuſpendendi ſint nec ne, cognoſcant, & quid Iuris
ſit, promulgeant. Atque hæc quidem amica tractatio & de-
ciſio ad ſummum intra biennium poſt concluſionem & da-
tum compoſitionis ſeu tranſactionis huius certò expediatur
ac exequatur.

Cæteris uerò punctis & articulis omnibus inter memora- 7
tos Electorem Principem Saxoniæ, & Vuilhelmum Lantgra-
uium Heſſiæ propoſitis tamdiu, quouſq; reliqua communiter
propoſita grauamina expediantur, dilatis atq; ſuſpenſis.

Teutonicus Adminiſtrator, item Dux Henricus.

Adminiſtrator item ordinis Teutonici, atque Dux Hen- 8
ricus Brunſuigenſis, aliiq; Lantgrauium præteriti Schmalkal-
denſis belli cauſa impetêtes, aut porrò impetituri, ceſſent quo-
que & quieſcant, donec prædicta grauamina reſoluantur.

Etiam noua ſuperius memorata grauamina, quæ durante 9

Lant-

Lantgrauij cuſtodia, in Iudicio Imperiali, aliaſue aduerſus eū præſumpta fuere, ſimul cum eorum exceptionibus, ab Electoribus & Principibus harum controuerſiarum interceſſoribus proximo Comitio, uti decet, recognoſcantur reuideanturq́;, ac idem Lantgrauius prout neceſſe eſt, audiatur: In ijſdem quoq; quod æquum & iuſtum eſt decernatur, neq; interea tamen in Cameræ Imperialis Iudicio procedatur. *Reuiſio.* *Suſpenſio proceſſus.*

Religionem, pacem, & iuſtitiam concernentia.

10 VERVM atqui alios ſequentes articulos quod concernit, ab Electore Saxoniæ, ſuiſq; coniunctis in hac pacificatione propoſitis, & quidem primò de Religione, de pace, & iuſtitia, Maieſtas Cæſarea ſponſionem gratioſam nuper ad oppidum Linſium factam, extunc dato reſponſo fideliter præſtabit, & ut intra dimidij anni ſpacium Comitia habeantur, in quibus dein qua uia, quibuſque modis, nimirum ſeu Generali ſeu Nationali Concilio, aut Colloquio, uel communi etiam Imperij conuentu Religionis diſcordiæ commodè atque compendio ſopiantur, hæq; ad unionem Chriſtianam redigantur, atque eiuſmodi conciliatio Religionis ab omnibus ſacri Imperij Statibus, mediante Maieſtatis ſuæ ordinaria opē præſidioq; pertractetur. *Comitia.* *Colloquia.*

11 Initio autem Comitiorum ad præparationem concordiæ delectus placidarum prudentumq; perſonarum conſtituatur, utriuſq; Religionis æquali numero cum Mandato deliberandi, quibus modis eiuſmodi conciliatio atq; concordia inſtitui commodè poſſet, abſq; Electorum Principum præiudicio tamen huius delectus ergò.

12 Et quidem interea temporis nec Cæſarea Maieſtas, neque nos, ac Electores, Principes, & ſacri imperij Status quempiam ex Auguſtanæ confeſsionis Statibus, propter religionem, ui factóue, aut aliàs contra eius conſcientiam ac uoluntatem cogere, aut ea de cauſa ui bellóue petere, uel inuadere, uel oppugnare aliquem, eiue damnum aliquod inferre ſiue per mandata, ſiue alio quouis modo ipſum grauare uel etiam contemnere, feremus, ſed ſuæ Religioni fideiq; quietè & pacificè ſtare, cadereq; ſinentes. *Induciæ fanciuntur.* *Religionis ergò tranquillitas eſto.*

13 Ob hoc quoq; bellum Status omnes Auguſtanæ confeſsionis cæteros ſacri Imperij Status antiquæ religionis Eccleſiaſticos & ſeculares ſimiliter Religionis ſuæ, Ceremoniarum, conſtitutionum, rerum immobilium et mobilium, ditionum, ſubditorum, redituum, cenſuum, ſuperioritatum, & iuriſdictionum cauſa non grauent, ſed pacificè tranquilleq́; illis uti frui

que ſinant,nec ui factóue,ſeu aliâs malignè contra eos quicq́ præſumant: Verùm enimuero iuxta noſtras & ſacri Imperij ordinationes,conſtitutiones,edicta,decreta, Receſſus factæ pacis,ſinguli erga ſingulos ordinario iure iuſtitiaq́; contenti ſint,ſub proximè renouatæ pacificationis pœna.

Pacificatio publica renouata.

14 Quicquid uerò in Comitijs illis à cõmunibus ſtatibus unà cum Cæſareæ Maieſtatis ordinario præſidio concludetur ac ſtatuetur, in poſterum quidem & rectè & firmiter ſeruetur, necq́ in contrarium,aliaue uia diuerſum agatur.

Induciæ ſancitæ cuſtodiantur & ſeruentur.

15 Omne autem quod dictis inducijs aduerſatur, aduerſariue cenſetur,in nihilo deroget illis, aut quicquam imminuet, idq́; à Cæſarea Maieſtate,nobis item,& Electoribus Principibus, ac Statibus reſpectiuè,ſufficienter, in quantum fuerit neceſſe, uigore huius compoſitionis ſeu tranſactionis cautum,confirmatumq́; ſit: Prætor quoq; Cameræ Iudicij & Conſeſſores de ijſdem inducijs certificentur, medijsq́; eorum iuramentis, eiſdem pareant & obſequantur: Implorantibus etiam partibus non attento eo,cujuſnam ſint religionis, neceſſarias & legitimas ferant ſuppetias: formulam quoque cumprimis iuriſiurandi Deum & ſanctos, aut Deum & ſancta Euangelia, conſeſſoribus,alijsq́; perſonis & Partibus deinceps liberam permittendo.

Formula iuriſiurandi Deum & ſancta Euangelia.

16 In ſuffragijs quoq; dandis rogandiſq́; æqualitas ſeruetur, æquum ius partibus,nec iniquum reddendo et conſeruando: Similiter & in præſentandis Aſſeſſoribus,alijsq́; pacis & iuſtitiæ articulis hac tractatione placuit, ſi quod operæprecium ac deliberatione dignum in dicaſterij Cameræ conſtitutione apparuerit,quandoquidem eadem conſtitutio communi ſtatuum aſſenſu.Comitioq́; Imperij ſancita eſt,non etiam niſi per Cæſaream Maieſtatem,Statusq́; communes rebus ita ferentibus ordinaria uia,utpote uiſitationibus,alijsq́ medijs mutari tolliq́; poſſe. In qua re nos,Electorum Legati,comparentes Principes,& abſentium nuncij recipimus nos,ac conſentimus omnem diligentiam,operamq́; præſtituros, ne qua partium, in Religionis negocio ſuffragiorum imparitate ſibi præ cæteris metuat, partialitate remota: Auguſtanæ quoq; Confeſſionis conſortes à Cæſareo Cameræ Iudicio non excludantur,aliaq́ grauamina, ſi quæ comperiantur,ex æquitate remoueantur: & hæc quidem omnia proximis Comitijs explicentur.

17 Cæterùm & hoc nos unà Electorum Legatis, comparentibus Principibus & abſentium nuncijs apud Cæſaream Maieſtatem, amanter, reuerenterq́; cum reuerentia petiuimus,uti

eius

eius Maieſtas puncta illa plus neceſſaria, inter quæ & articuli præſentationis, et ne Auguſtanæ confeſsionis coniuncti à Iudicio Cameræ, ut ſuprà dictum eſt, excludantur, continentur: ex plenitudine Maieſtatis ſuæ Cæſareæ ad prouehendam, retinendamq́ pacem & concordiam in Imperio, quantocyus fieri poſſet, reſoluere dignaretur.

Germanicæ nationis libertatem contingentia.

18 QVod ad grauamina, quæ Germanicæ nationis libertati contraria irrepſiſſe, ne dicam irruiſſe, uidentur, inter Electoris Saxonici articulos alio quoq; ſcripto comprehenſa attinet: Volebamus quidem unà cum Electoribus, Legatis, Principibus præſentibus, & abſentium nuncijs prompti paratiq; ac minimè grauati, illos ipſos, appendicesq́; ſuos ſingulatim protinus & ſpecificè pro amicabili compoſitione tractanda ſuſcepiſſe, niſi intellexiſſemus à Cæſareæ Maieſtatis ad hanc tractationem lectis deſtinatisq; conſiliarijs, ipſius Maieſtatem talium grauaminum hactenus bona ex parte inſcium eſſe atq; ignarum, quamobrem de ijs mandata dare conſiliarijs nequiuiſſe: Adhæc, ea ipſa grauamina tanta, tamq́; uaria eſſe & prolixa, econtrà uerò tempus hoc perexiguum indictæ diei, ut ipſi Electori quoq; Saxonico, ſuisq́; coniunctis, donec hæ res omnes, quemadmodum neceſsitas poſtulat, expliceatur, copias ſuas alendo, immodicos ſumptus atque impendia non ſolùm pariet, uerumetiam ſuperioritatibus hinc inde, miſerisq́; ſubditis grauiſsimo maximoq́ damno ſit futura. *Imperij grauamina Cæſarem latent.*

19 Proinde huiuſcemodi grauaminum reſolutionem ad proxima Comitia, aliúmue Imperij conuentum hac uice rejcientes, ſpe bona ex Linſica conſenſione per Cæſareæ Maieſtatis conſiliarios præbita ſuffulti, conſilium inituram eſſe, quo ſacri Imperij & Statuum publicis & priuatis cauſis conſuletur, cùm iam in eo tota Maieſtas ſua elaboret, ut & apud ſuam Maieſtatem Germanicus Senatus conſtituatur, & Germanicæ res cauſæq́; per Germanos tractentur ac diſponantur, ita, ut omnibus placeat, omnibusq́; fiat ſatis. Quandoquidem Germanicæ nationi ceu dilectæ ſuæ patriæ tam benè uelit, ut haud quidem diminutam eam aut debilitatam, uerùm multò magis quantum fieri poteſt auctam, amplificatam atq; conſeruatam cupiat, quæ quidem hoc tempore pollicitatio undiquaq; cum gratiarum actione accepta eſt. *Ampliſsima pollicitatio.*

20 Ne autem Elector Saxonicus, ſuiq; adiuncti metuant hanc tractationem ſponſam neglectum iri, aut poſthaberi, fine debito

bito non deciſam, debemus nos filiusq; noſter dilectus, Maximilianus Rex, Electores quoq; Principes, & Status ſacri Imperij in manus ſumere propoſita grauamina, atque Cæſareæ Maieſtati ea offerre, eoq; eniti atq; conari promouendo, ut quo ad æquitatis fundamento inſiſtant, uiſa quoq; ut decet, Aurea Bulla, ac alijs ſacri Imperij ordinationibus, conſtitutionibus, ueteribusq; laudatis Germanicæ nationis conſuetudinibus omnia probè reſoluantur ac perficiantur. Reliqua uerò ad Cæſaream Maieſtatem non propriè ſpectantia grauamina, ſed à quibuſdam ſacri Imperij Statibus & membris priuatim allata ſunt, aut quæ ipſi inter ſeſe ſtatus diſceptant, de forma forte ac modo communis conſultationis tractationiſue, aut aliam ob rem quampiam controuerſam, æqua & illa ut ſuprà ponitur, Cæſareæ Maieſtatis tanquam Capitis eorum conſilio præſidioq; proximi Comitij initio proponi uult atq; abſolui, gratioſa nimirum hac piaq; Maieſtatis ſuæ pollicitatione, ut quæ ad ipſius Maieſtatem in ſpecie proprieq; faciunt in ijs ſic ſe tam gratioſo bonoq; animo ac uoluntate geſturum eſſe, ut communes perſpiciant ſtatus, ſumma eius Maieſtatem cupiditate cõtrouerſias omnes ut decet, uelle atq; expetere compoſitas, & Rempub. priuato emolumento longè prælatam fore, cæteraq; omnia ita ſuſcipi, inſtituiq;, ut omnibus Statibus ex æquo & bono quàm pleniſsimè fiat ſatis.

Aurea Bulla.

Porrò ad articulum Regis Franciæ Oratorum ueniendo, 21
media quædam ac puncta pacis publicę conſtituendæ, aliorumq; negociorum quorundam prætendentium: ita ſe habet, ut cùm, quæ publicæ ſunt pacis in Germanica natione, ſolummodò Imperatoriam Maieſtatem nos, & Electores, Principes ac ſtatus ſacri Imperij, neminemq; præterea concernant, & iam iſti contentus harummet rerũ, utpote publicæ pacis ſanciendæ, aliorũq; grauaminũ amouendorũ cauſa ſit inſtitutus, idcircò nulla iã alia tractatione fore opus exiſtimatur.

Linſenſe decretum ſeu Receſſus.

Atqui uerò priuata Regis Franciæ negocia quod ſpectat, Elector Saxonicus uigore Linſenſis decreti ſeu receſſus cum 22
dicto Rege aut ſuis Oratoribus, ſi id needum factum eſt, dein tractare poterit: Si quid idem Rex fortè priuatarum cauſarũ aduerſus Cæſar. Maieſt. prætendit, poterit & ijſdem actiones ſeu poſtulationes nobis exhibere, Cæſar. Maieſtati porrò per nos tranſmittendas, ſe ſuamq; uolũtatem deſuper declaraturi.

Securitatem eorum, qui huic bello coniuncti, & à Cæſarea Maieſtate Banniti ſunt, concernentia.

QVANTVM attinet eos, qui belli præteriti cauſa, ban- 23
no & indignatione Cæſareæ Maieſtatis nexi ſunt ac proſcri-

proſcripti, huic militiæ iuncti, nihil equidē intermiſimus ipſi, ſimul cum Electoribus, Legatis, præſentibus principibus, & abſentium nuncijs, quò minus fideliſsimè amantiſsimeq́; & humiliter rem hāc promoueremus, tandemq́; impetraremus, ut Albertus Comes à Mansfeldt pariter cum filijs ſuis, Comes item Rheni, Chriſtophorus Comes ab Aldenburg, Iohannes Dominus ab Heideck, Fridenchus à Reyſenberg, Georgius à Reckenrod, Sebaſtianus à Scherde &c. alijq́; eius belli cauſa indignatione incidentes à terris & Comitatibus ſuis bonisq́; abacti, nempe dux Otto Henricus Palatinus, Vuolfigangus Princeps ab Anhalt, item Braunſuigēſes Principes ac nobiles, cæteriq́; omnes & ſinguli ſuperioris & inferioris ſtatus, nominati & innominati, ob bellum præteritum inſimulati, ac eidem dum adhærent, metu ſolicitudineq́; liberati, rurſus in Cæſareæ Maieſtatis gratiam fidemq́; admitterentur & reciperentur, nunc huius quidem compoſitionis uigore reconciliati aſſumuntur: hoc pacto tamen conditioneq́;, ut decætero Cæſareæ Maieſtati, ſacroq́ Imperio iuſtam debitamq́; præſtent ac ſeruent obedientiam, neq; aduerſus eius Maieſtatem, nos, aut Imperium militent, priuſquàm hic articulus communibus grauaminibus inferendus reſoluatur, cui deinceps tranſactioni reſolutioniq́; ſtabitur.

24 Iam & reconciliati, inq́; gratiam recepti, ut ſuprà dictum eſt, ac iſto iam tempore extra Germanicæ nationis Imperium in Gallia, alijſue locis agentes, & contra Cæſaream Maieſtatem militantes intra ſex ſeptimanas proximas poſt Datum huius compoſitionis ſe declarent, moxq́; ab eo tempore aduerſus Imperatoriam Maieſtatem, Imperijq́; ſtatus non militent, neque ſe eiuſmodi militiæ mancipent, utendóue præbeant, tum & ad ſummum bimeſtri proximo in Germaniam reuertantur, aut hac ipſa reconciliatione & gratia omnino deſtituantur oportet.

Abrogatio actionum omnium illorum, quibus hoc bello damnum datum eſt.

25 CVmq́; durante bello pleræq; nouationes ſint obortæ, quidam etiam Electores, Principes, Status & ciuitates bonis rebusq́; ſuis priuati damnumq́ paſsi ſint, omnia Principes huius militiæ occupata uel dominia, uel territoria, uel oppida, uillaſue, homineſue, hæc quidem cuncta ſtatibus ijs, quibus antea fuerant, reſtituant, iuramentaq; ipſis ut ſuprà dictū eſt, adhæſionesq́ remittant, atq; de illis abſoluant ac liberent, Saluis quoq; liberarum ciuitatū Priuilegijs & libertatibus, quas deinceps retinebunt.

Vicifſ

Viciſsim Cæſarea Maieſtas publicæ pacis,aliorumq́; dam 26
norum euitandorum reſpectu, omnes & ſingulas actiones, impetitionesq́;,quas ſtatus hi & ciuitates, ſiue etiam priuatæ perſonæ in belli huius Principes,eorumq́; hinc inde coniunctos & adhærentes datorum occaſione prætendere poſſent, abrogat de plenaria Cæſareæ Maieſtatis ſuæ poteſtate, operam nobiſcum et cum cæteris Imperij ſtatibus datura,omniq́; ſtudio & gratia eò enitura, ut æquis medijs uijsq́; ratio ineatur,quò damna illa perquam grauiter accepta, ſtatibus læſis, ciuitatibus item & ſubditis abſq; huius militiæ coniunctorum ſtatuum ope impendioq́;, ne qua porrò ſuccedentibus motibus occaſio detur,& firma pax tranquillitasq́; retineatur.

Ad Palatinum Otthenricum pertinentia.

QVodq́; Ducis Ottohenrici Palatini nomine, perq́; ſuos 27
Legatos ſupplicatum rogatumq́; eſt, nempe ut Romanæ Imperatoriæ Maieſtati commendaretur, fida nos pariter cum Electoribus,Legatis,comparentibus Principibus & abſentium nuncijs promotione apud prædictam Cæſareā Maieſtatem præſtitimus,atq; effecimus,ut ſua ſibi ditio in Principatu Neuburgi ſuis cum pertinentijs maneat.

Generalis omnium militum huius belli coniunctorum ſecuritas.

ELectores quoque,Principes, ſtatus & oppida huius belli 28
conſortes,ſiue ſint Marſchalci,equitum magiſtri,ſuperiores,officiati,ſiue alij milites,quocunque nomine uocentur, ſimul cum omnibus eorum in hac militia coniunctis,adhærentibus,adiuratiſue ſuperioris & inferioris ſtatus, nominatis & non nominatis metu curaq́; uacent, in gratiam rurſus ſuſcepti : hocq́; bellicum negocium,& quæ ſub eodem interim geſta ſunt,mutuò, alternatimq́; ſublata, ſopitaq́; eſſe debent ſimul ac ſemel,coniunctim & diuiſim,ita ut neutra partium alteram præter ius,iuſtitiamq́;,clàm palamue ſiniſtra mentione carpat,agatue, cumprimis erga Cæſaream Maieſtatem,erga nos,ſacrumq́; Imperium ſeſe, ut decet,obedienter exhibendo.

Reinhardusquoq; à Solms comes iuſta cautione facta,cæteriq́; omnes utrinq; capti ad præſtitutum diem undecimū ſiue 29
duodecimum Auguſti abſq; diſpendio libertate donentur.

Quòd ſi Albertus Marchio Brandenburgenſis bello ceſ- 30
ſerit,ac intra tempus præfixum militem dimiſerit,hanc quoq; tranſactionē ſua parte probauerit, induciasq́; ſeruauerit,nec ipſe cuiq; milesq; ſuus damnū dederit, his etiam cōplectetur.

Quodq́;

31 Quodq; poſtulatam Braunſuigenſium procerum, eorumque poſſeſsionū reſtitutionem, quibus à duce Henrico Braunſuigenſi ornati ſunt, æsq; alienum ſpectat, ad cauenda uitandaq; alia maiora grauamina inde ſecutura, contraq; componendæ pacis cauſa, & ſacri Imperij tranquillitate conſeruanda, interceſſores dabit ſeu Commiſſarios Cæſarea Maieſtas, utrumq; Electorem Saxonicum & Brandenburgenſem, Ioannem quoq; Marchionem Brandenburgenſem, & Philippum ducem Pomeraniæ, plenam eis poteſtatem cum pleno mandato tribuens, Principales ipſos aptum idoneumq; in locū quantocyus fieri poteſt uocandi, ad tranſigendam & reſtitutionis & æris alieni controuerſiam, idq; ſummariè prout neceſsitas poſtulauerit, quàm quoque accuratiſsimè fieri poterit. Ac ſi comperiant pacatores & interceſſores ducem Henricum iuniorem obligatum proceribus, abſq; iuſta exceptione, æquitatis eum commonefaciant. Cæterùm autem ubi res alterius, uel etiam utriuſq; partis difficultate culpaue componi nō poſſet, Cæſareæ Maieſtatis nomine proceres confeſtim ac immediatè ſuis rebus poſſeſsionibusq; reſtituantur, trimeſtri ad ſummū ſpacio proximo poſt concluſam hanc factamq; tranſactionem ſaluis utrique parti ſuis actionibus ac petitionibus mutuis poſt reſtitutionem loco apto idoneoq;, ut decet, proponendis. *Ducis Henrici Braunſuigenſis & nobilium controuerſia.*

32 Cæſarea Maieſtas, noſq;, ac requiſiti Electores, Principes, dictos pacatores ſeu Commiſſarios in ijs quæ ſuo mandato effecerint, & publicæ paci prodeſſe putentur, gratioſè atque amicè tuebimur, defendemus ac manutenebimus.

33 Ad hæc grande ſub Banni, proſcriptionisq; interminatione edictum exiet in ducem Henricum à Cæſarea Maieſtate, ne qua procerum corpori, rebus ac bonis, præſertim autem ſyluis eorum Dux, noceat, dum lis ab interceſſoribus tota audiatur ac componatur, & illi quoq; reſtituantur.

Ciuitates Goslariam & Braunſuigam concernentia.

34 Similiter prædictis quatuor Electoribus & Principibus, tanquam delegatis ſuis ſeu Cōmiſſarijs, præcipiet iniungetq; Cæſarea Maieſtas, & ducis Henrici & ambarum ciuitatum Braunſuigæ et Goslariæ actiones ac petitiones mutuas quantum neceſſe fuerit exaudiri, atq; ex bono & æquo utrinq; litem componi, publico Cęſareæ Maieſtatis edicto propoſito, ut à cœptis armis deſiſtant, uiq; omni inferenda mutuò abſtineant, Cæſareanorum delegatorum tractationi parendo, aut omnino actiones ſuas iure ordinario atq; Imperij conſtitutionum uigore explicando.

Vt ad ſeruandam hanc tranſactionem Cæſarea Maieſtas ſe obliget.

HAEC omnia & ſingula ſuprà ſcripta, & in ſingulis arti- 35
culis nominatim ſpecificata, Cæſarea Maieſtas, quoad
ipſammet concernunt, ui uirtuteq́; ratificationis ſuæ deſuper
factæ, ex Maieſtatis ſuæ dignitate nuncupata lingua pro ſe,
ſuisq́; poſteris firmiter, infractè, citraq́; contradictionem ſer-
uare iuſtè, rectèq́; exequi debet, nec in contrarium uel nūc uel
in futurum, ſiue ex plenitudine poteſtatis, aut ulla alia ſpecie
prætextúue, quocunq́; id nomine uocetur, quicquam moliri,
agere, publicareue, neque cuiq́ ulli alijs ſua cauſa permittere,
nō attentis quibuſcūq́; alijs decretis, factis, edictiſue, huic con-
uentioni in aliquo aduerſantibus: quin potius omnes ſacri Im-
perij Status, ſingulosq́ in hac compoſitione, hisq́; inducijs &
articulis alijs comprehenſos manutenere, defendere atq́; tueri
uolumus.

Si quis quiue Status, unus pluresue, alium aliosue quouis 36
modo, quauiſue ſpecie ſeu prætextu cogere, oppugnare, læ-
dere, aut grauare ſuaue diripere tentaret, (quod tamen nulla
ratione fore ſperatur) eum eosq́ Cæſarea Maieſtas ſimul cū
altera parte, in quam iſta coactio, minæ, & pericula proten-
duntur, Cæſarea ope cónſilioq́; ueluti ex officio ſuæ Maieſta-
tis addecet, æquumq́; eſt, adiuuare, eaq́; ipſa grauamina amo-
uere ſatagat.

Conſenſio Principum belli in hac tranſactione ſeu compoſitione.

NOS quoq́ Elector Saxonicus, Ottohenricus Dux Pa- 37
latinus, Ioannes Albertus Dux Mechelburgenſis, &
Guilhelmus Lantgrauius Heſsiæ &c. fatemur publicè, omnia
& ſingula ſuprà ſcripta puncta & articulos noſtra ſcientia &
uoluntate cœpta, deciſa, & concluſa eſſe, conſentimus ac pol-
licemur quoque communiter & ſingulatim noſtro, noſtro-
rúmque hæredum & poſterorum nomine, omniúmque illo-
rum, qui nobis in hoc militari negocio & expeditione adhæ-
ſerunt, aut etiamnum adhærent, hancq́; compoſitionem ra-
tam habituri ſunt, eos ipſos quidem articulos harum litera-
rum uigore, noſtro principali honore & dignitate mediante,
bona fide, uerbóque ueritatis, quoad ſingulos tangit, uerè, fir-
miter, ualidè, integrè & inuiolabiliter conſeruaturos ac ſecu-
turos eſſe, nec aduerſus ullum Statum in hac pacificatione
comprehenſum, aut de poſt ratificantem ulla ſpecie, prætex-
túue quouis modo, ui factóue, clam palamue, per nos ipſos,
aliosue

aliosue noſtra cauſa gratiaturos,oppugnaturos, coacturos, læſuros,aut turbaturos fore, quin magis eos qui tranſactionem hanc ſeruant,eiq; parent,contra uerò non ſeruantes, aut in aduerſum quid machinantes, noſtroſue in Statushic comprehenſos,quiue eam de cætero amplecturi ſunt,ſimili facta aſſecuratione,ui factoue aut aliàs læſuri, aut bello prouocaturi,laceſſuri, coacturi, turbaturi, ſeu quicq̃ grauaminis allaturi eſſent, fido noſtro præſidio conſilioq́;,uigore communis pacificationis,Imperij conſtitutionum, huiusq́; compoſitionis & induciarum communiter & ſingulatim tuebimur & defendemus,abſq; ulla aliqua remora aut impedimento,quod quouis modo excogitari, nosq́; releuare poſſet. Quandoquidem omnes nos & ſinguli omnibus his qui conuentioni huic & tranſactioni aduerſari, uel nos releuare poſſe uideantur, quocunque titulo ſeu nomine cenſeantur, ſpecialiterue interpretarentur,renunciauimus,omniaq́; alia in effectu huic compoſitioni aduerſum in meliori firmioriq́; forma harum literarum uigore ac robore annullando & abdicando.

Securitas Regiæ Maieſtatis atq; Electorum Principum ut interceſſorum huius compoſitionis.

38 QVO minus multò etiam dubitetur alterutra ex parte, aut aliquis ſenſus diuerſus incidat, uolumus nos Ferdinandus Rex, & Maximilianus Rex, nosq́; inſuper ſpirituales & ſeculares Electores & Principes, qui omni ex parte cauſam hanc prædicto modo compoſuimus atque tranſegimus, hanc declarationem aſſenſumq́; profiteri, nimirum Rex uterque noſtro, noſtrorumq́; hæredum ac poſterorum nomine. Eccleſiaſtici uerò Electores & Principes conſilio atq; aſſenſu ſuorum capitulorum: Seculares autem Electores & Principes iam antea ſuo, ſuorumq́; hæredum & poſterorum nomine irreuocabiliter, quòd nos unà ſimulq́; hanc tractationem non ſolummodo quantum nos ipſos, noſtrosq́; hæredes & ſucceſſores, regnaq́; noſtra, Archiepiſcopatus item & Collegia,terras,diœceſes,territoria,populos,ſubditos,miniſtros & coniunctos concernit ita ſeruare,& aduerſum agere nullo pacto uelimus,ſed etiam ſi qua partium contra hanc deciſionem & conuentionem (quod haud fore ſperatur) iam nunc aut in futurum agat,& alteram partem ui factoue clàm palamue grauaret,offenderet,urgeretue, nec admonita deſiſteret,tum quidem nos, illiq́;, ac noſtri, ſuiq́; ſucceſſores ceu aduerſariæ parti, quæ contra hanc conuentionem & tranſactionem inuaditur,aliaſue læditur,& coram nobis illisq́;, aut

noſtris, illorumq́; ſucceſſoribus, æquas contradictorias rationesq́ in alteram partem talia recuſantem ac uiolenter agentem, pati poſſet, illi equidem non ſolùm conſilio præſidióque nullo adeſſe, uerumetiam eam partem quæ compoſitionem conditionemq́; recipiet, aduerſus alteram uigore publicæ pacificationis antea ſancitæ, Imperijq́ conſtitutionum, huius item tranſactionis & induciarum opem ſuppetiasq́; laturi ſumus.

In omnibus autem prædictis uijs modisq́; ea pars, quæ putet has inducias per alios fractas, aut contra actum eſſe, ui factoue nihil contra eandem præſumat, ſed ad nos primum eam rem, aut Electores & Principes ut intermediatores rejiciat: qui protinus amicam inſtituent tractationem, eamq́; definiant, & quicquid per nos, illoſue concordatum deciſumq́; fuerit, ea ſententia teneat, pareantq́; illi partes utrinq; abſq; recuſatione. Quod ſi non fecerint, præſidia omnibus, ut ſuprà dictum eſt, modis ferantur. 39

Iidem autem interceſſores ac mediatores iureiurando eodem, quo Cæſareæ Maieſtati ſunt aſtricti, liberantur, ne qua minus & tranſigere uelint, & parti parenti aduerſus contumacem, ut æquum eſt, auxilium præbeant, idq́; Cæſareæ Maieſtati nequaquam diſplicebit. 40

Sigillatio.

QVANDOQVIDEM autē Elector Saxonicus, ſuiq́; adiuncti & confœderati hanc capitulationem in omnibus & ſingulis punctis & articulis uoluntariè acceptauerūt, & ſeruare promiſerunt, tum & Cæſarea Maieſtas eoſdem in Imperij Germanicæ nationis dilectæ patriæ ſuæ utilitatem profectumq́ gratioſè approbauit & ratificauit, in quarum rerum teſtimonium tria ſunt ſcripta diplomata eiuſdem ſenſus atq; tenoris, noſtra Regis Ferdinandi, & amborum Electorum Moguntini & Palatini Friderici, ſimiliter & Epiſcopi Saliſburgenſis ac Alberti Ducis Bauariæ, cęterorumq́; Electorum & Principum tanquam interceſſorum ſeu mediatorum ac Electoris Saxoniæ, & Vuilhelmi Lantgrauij Heſsiæ, aliorumq́; coniunctorum nomine proprijs manibus ſubſcripta ac appendentibus ſigillis munita: de quibus unum Cæſareæ Maieſtati, alterum communibus Statibus, tertium dicto Electori Saxoniæ & ſuis coniunctis tradatur. Actum Patauiæ, altera die menſis Auguſti, Anno poſt Chriſti natiuitatem Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum Romani uigeſimo ſecundo, & aliorum uigeſimo ſexto. 41

SE-

SEQVVNTVR ARTICVLI DE RE-ligione, Pace, & iuſtitia, per Regiam Maieſtatem, Electorum Legatos, præſentes Principes, & abſentium nuncios deſignati.

QVÒ ad Religionis, pacis, & iuſtitiæ articulum, Regia *Induciæ pacis & libertatis Germaniæ.*
42 Maieſtas cum Electorum Legatis, præſentibus Principibus, & abſentium nuncijs inter Cæſaream & Regiam Maieſtates, Electores, Principes, & Status Germanicæ nationis, donec controuerſa Religio tandem concordetur, inducias fieri firmas exiſtimant, ſic quidem, ut Cæſarea & Regia Maieſtates, Electores quoq; Principes & Status ſacri Imperij, nullum ex Auguſtana confeſsione Statum, aut qui ſectis publicè per Imperij decreta damnatis non adhæreat, ui factóue, aut alijs contra conſcientiam ac uoluntatem rationibus, modisq; de ſua religione & fide deturbet, deijciat, propellat, aut bello petat, lædatue, grauetue, aut etiam reprehendat, quinimò Religione quemq; ſua fideq; tranquillè pacificeq; uiuere agereq; ſinat, neq; religionis controuerſiam aliter quàm amicis placidisq; medijs modisq; ad Chriſtianum concordem intellectum unionemq; perduci ferat ſuſtineatq;. Coniuncti quoq; huius belli, alijq; Status omnes, cæteros ſacri Imperij Status tum Eccleſiaſticos, tum ſeculares ſua Religione, Eccleſiaſtico uſu, ordine & ceremonijs, atq; facultatibus, bonis, diœceſibus, ſubditis, reditibus, cenſibus, dominijs, & iuriſdictionibus non priuent aut grauent, ſed uti frui illis pacificè ſinant, neq; ui, facto, aliaſue malignè aduerſus eos præſumant: ſed per omnia ſacri Imperij iuri, ordinationibus, decretis, edictis, receſsibus, atq; publicæ pacis conſtitutioni quiſq; ſtet, pareatq; ordine ſuo, ſub interminatione pœnæ in proximè renouata publicæ pacis ſanctione comprehenſæ.

Ac quæcunq; ſæpe dictis inducijs aduerſariui debuntur aut
43 exiſtimentur, nihil tamen derogent, ſed à Cæſarea & Regia Maieſtatibus, Electoribus, item Principibus ac Statibus reſpectiuè ſufficienter, & ut neceſſe eſt, prouideri caueriq; debent mediante huius tranſactionis Cæſareo quoque Iudicio Cameræ, & Aſſeſſoribus induciæ prædictæ intimentur ac innoteſcant, ad earum obſeruationem iureiurando ſuo adactis, omnino illis ſe ut conformes obtemperantesq; gerant, Partibus item implorantibus nulla religionis differentia reſpectuue habito, prout decebit, opusq; fuerit, opem iuris iuſtitiæq; ferant. Aſſeſſorum quoq; aliarumq; perſonarum iuriſiurandi per Deum ſanctosq;, aut Deum, ſanctúmque Euangelium, formula iuraturis liberè conceſſa.

Pro unione autem & pace controuerſæ Religionis con- 44
ſtituenda, Regia Maieſtas & Electorum conſiliarij, tum &
præſentes Principes abſentiumq; nuncij exiſtimant, Cæſare-
am Maieſtatem proximo ſemeſtri poſt concluſionem & da-
ta harum induciarum & compoſitionis, Comitia habituram
eſſe, in quibus cum Electoribus, Principibus, & Statibus Im-
perij rationem ineat, an Generali aut nationali Concilio, aut
Colloquio, aut alio Imperij conuentu & congregatione diſ-
ſectæ Religionis cauſa inſtituenda, concordanda, ac defini-
enda ſit, & quòd per Cæſaream Maieſtatem communeſque
tam Auguſtanæ quàm contrariæ confeſsionis Status pro uſu
ac bono publico ſtatuetur, cum gratia paſsim omnibus con-
cedatur.

Et hoc in mentem uenit, ad præparationem eiuſmodi uni- 45
onis ineundæ, in initio eorundem Comitiorum nonnullo-
rum tranquillitatis amantium ac prudentium perſonarum
utriuſque Religionis pari numero haberi, quibus iniungatur,
quomodo concordia talis melius rectiusq; ſuſcipiatur, abſq;
tamen Electorum Principum propter hunc ipſum delectum
ſuperioritatis ac præeminentiæ præiudicio.

Vbi autem nulla talibus uijs concordia conſequeretur, ni- 46
hilo tamen ſecius prædictæ induciæ ad ſupremum concor-
diæ terminum ſuas habeant uires, perpetuoq; ualeant atque
conſiſtant.

Ad ſuffragiorum autem & iuſtitiæ æqualitatem, tum & 47
præſentationem Aſſeſſorum, aliorumque articulorum pacis
& iuſtitiæ conſeruandæ quod attinet, deliberatum eſt, ſi quid
graue meditatione cogitatuq; dignum in ordinatione Iudicij
Cameræ oboriatur, cùm ea conſtitutio communi Statuum
aſſenſu facta ſit, eam quoque abſque communi Statuum uo-
luntate conditionum reſpectu, non niſi ordinaria uiſitatio-
nis Iudicij uia, aliaſue unà cum prætenſis grauaminibus mu-
tari non poſſe. Cui rei iuuandæ Regia Maieſtas unà cum
Electorum Legatis, comparentibus Principibus, & abſenti
um nuncijs eſt operam datura, ne in religionis cauſa altera
partium uel ſuffragiorum uel partialitatis ergò præ altera ſe-
ſe grauatam queri poſsit, aut etiam Auguſtanæ confeſsionis
adhærentes & coniuncti à Cæſareo Cameræ Iudicio ſecludi
ſe uereantur. Aliaq; grauamina, ſi quæ innotuerint, ex æquita-
te proximis Comitijs deciduntur.

Dabit quoq; hic operam Regia Maieſtas unà cum Electo- 48
rum Legatis, comparentibus Principibus, & abſentium nun-
cijs,

cijs, Cæſaream Maieſtatem amanter iuxtà ac reuerenter interpellando orandoq́;, ut puncta cumprimis neceſſaria, inter quæ & articulus præſentationis atq; Auguſtanę confeſsionis, coniuncti, à Cæſareo Cameræ Iudicio (ut ſuprà dictum eſt) ne excludantur, ex plenitudine Cæſareæ eius Maieſtatis, pro retinenda conſeruandaq́; in Imperio pace & concordia, quantocyus fieri poterit, reſoluantur atq; expediantur.

Finis Patauienſis tranſactionis, interprete Doctore Iuſtino Goblero.

Huius Tranſactionis Patauienſis ratificatio & confirmatio poſtea etiam facta eſt expreſsè, in receſſu Comitiorum Auguſtanorum, Anno Domini 1555 fol. 7. & 32. & fol. 43. facie ſecunda. Item in receſſu Comitiorum Auguſtanorum Anno Domini 1559. fol. 2. facie ſecunda.

ALTERATIONIS ARTICVlus, & appendix Regia.

EX DECRETO SEV RECESSV ROMANORVM REGIS, 1555.

ET COMMVNIVM STATVVM IN COMITIIS AVguſtanis, *Anno Domini* 1555. *Iudicium Cameræ concernenti, folio* 32. *Punctus è uulgari conuerſus latinè, per Doct. Iuſtinum Goblerum Iuriſconſultum.*

CAETERVM facta pacis compoſitione, & inducijs in Religionis ſimul et prophanis cauſis: earumq́; manutentione & executione, ut ſuprà memoratum atq; ſtatutum eſt: cùm nequeant ea abſq; ordinario iure Iudicioq́; conſiſtere: & in Patauienſi tranſactione defectus quidã ordinationis Cameræ Iudicij percenſiti ſint, ſuper quibus tunc menſis Iulij die decimaſexta Anno 1555. non poterat res ea tota tranſigi neq; perfici, ſed prorogata eſt, dũ à Cæſarea Maieſtate ac communibus Statibus (per quos ſancita fuerat) in Imperij conuentu, uel ordinaria uiſitationum Cameræ Iudicij aliaue uia reformarentur. Vbi tunc etiam ageretur id, ne Auguſtanæ confeſsionis partes ſeu perſonæ ab Imperialis Cameræ Iudicio excluderentur. Inerat & hoc dictæ tranſactioni, ut formula iuriſiurandi, per Deum & ſanctos: aut per Deum & ſanctum Euangelium præſtandi, Aſſeſſoribus, ac cæteris perſonis partibusq́; libera facultas eſſet.

Idcircò nos cum Principum Electorum conſiliarijs, Principibus præſentibus, Statibus & nuncijs dictam ordinationem reuidendo nonnulla inibi alterauimus, mutauimus, & emendauimus, quibuſdam adiectis. Nempe inter alia & hoc, ut dein Iudex Cameræ & Aſſeſſores coniunctim & diuiſim, cæteræq́; perſonæ eius Iudicij, utrinq; tum ueteris Religionis, tum Auguſtanæ confeſsionis præſentari ordinariq́; poſsint.

Et quia nunc utriuſq; (ut dictum eſt) Religionis coniuncti in Iudicio Imperiali Cameræ recipiuntur & admittuntur, altera uerò partium conſuetum hactenus & ſolitum iuramen tum in forma hac, uidelicet per Deũ & ſanctos ſubire ac præſtare grauata, iuxta tunc præſcriptam in tranſactione Patauienſi formulam iuriſiurandi præſtandi per Deum & ſanctos: aut per Deum et ſanctum Euangelium, quæ Aſſeſſoribus quidem cæteriſq́; iuraturis libera permiſſa erat, ne qua tamen propter has diſpares formulas diſcordia deinceps in Iudicio Cameræ oboriretur, placuit certum modum formulamq́; iuriſiurandi præſcribere, uidelicet in hæc uerba, Per Deum, & ſanctum Euangelium.

Formula certa iuriſiurandi.

Tum quoq; & hoc uolumus, ut Iudex Cameræ & Aſſeſſores iuxta præſcriptam tranſactionem & pacificationem, inducias item, in religionis & alijs cauſis, atq; manutentione pa cis non minus quàm & ſuper alijs Imperij conſtitutionibus decernant atq; pronuncient.

In concipiendis quoq; ſententijs & earundem executionibus in iſta ipſa Cameræ Iudicij ordinatione per aliquot articulos & puncta, manutentionis, executionis, induciarum ac publicæ pacis ergò, quantum neceſſarium erit, fiet alteratio et mutatio.

Hi quidem alijq́; cumprimis articuli de & ſuper quibus iã hic conuentum eſt in his Comitijs, Iudicij Cameræ ordinationi ſuis quiq; locis inſerentur, quæ etiam de nouo typis excudenda erit ac euulganda.

Cumq́; alij articuli nonnulli in Iudicij Cameræ ordinatione expendendi ſint propoſiti, in quibus tamen abſq; firma certaq́; Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum informatione iam nunc alterationem mutationemue præſumendam eſſe haud uiſum ſit, conſcribi ea omnia ad memoriam curauimus, ſtatuimuſq́; Principum Electorum conſiliariorum, præſentium item Principum & nunciorum habito conſilio, ut ad primam menſis Maij diem futuram Imperiale Iudicium Cameræ ordinario modo uiaq́; per Cæſareæ Maieſtatis commiſſarios, & Statuum uiſitatores, quibus hac uice alij Electores Principes ad iſtã

uiſitationem ex ordine moreq́; non uocatis ipſis,ab Eccleſiaſticis pariter & ſecularibus Principibus, Archiepiſcopus Salisſpurgenſis,& Dux Vuirtembergenſis: à Prælatis uerò Abbas Monaſterij ſancti Cornelij: à Comitibus autem & Dominis, Vuilhelmus Comes Naſſauienſis & Catzenelepogenſis,ac ciuitatum liberarum & Imperialium nomine, Vlma, dictæ uiſitationi interſint,aut ſuos conſiliarios & mandatarios mittant,eam ipſam uiſitationem debito modo expediendam & peragendam, prout coordinatos & ſimul ordinatos uiſitatores decet.

In eadem autem uiſitatione mediantibus alijs expedienda, Commiſſarij,uiſitatores,& adiuncti,ſiue coordinati,de & ſuper punctis in memoriali ſcæda cōprehenſis,à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus inſtrui,eorumq́; deliberationem & conſilium acceptare,audire,atq; deſuper uigore illius ſtatuere debent.

Adhæc Iudex Cameræ & Aſſeſſores commonendi ſunt, ut ſi quos prætereà nouerint defectus, eos omnino in ſcriptis indicent Commiſſarijs, uiſitatoribus deputatis, quo uidelicet eorundem conſilio ac deliberationi proponantur, & in melius reformentur. Commiſſarij quoq; & uiſitatores in ijs prouiſionem faciant, donec & quouſque Cæſarea Maieſtas ipſa, aut communes Imperij ſtatus ordinem ſint daturi. Quòd ſi uerò defectus tantæ forent perplexitatis, tantiue momenti, ut nollent ſeſe intromittere,aut alterationem ſeu mutationem in illis aliquam facere, tunc exhibeantur Romanæ Cæſareæ Maieſtati, ut in proximis Comitijs deinde Statibus Imperij ad deliberationem & ordinationem ſuper ijſdem faciendam proponantur.

Cumq́; in hac Iudicij Cameræ ordinatione,de ſuſtentatione & ſtipendijs Imperialis Cameræ Iudicij perſonis præſtandis,Statibus Imperij propoſitio facta ſit, de & ſuper ratione quærenda ineundaq́;,quo minori onere atq; grauamine Cæſarea Maieſtas,Principes Electores, Statusq́; Imperij Iudicium Cameræ ſuſtinere poſsint, eaq; de re in receſſu Comitiorum Auguſtanorum hic,anno quadrageſimo octauo diſerta facta ſit mentio, decretumq; in hunc modum, ut Status Iudicium Cameræ tamdiu foueant,donec ei rei alia uia commodiore prouideatur,ac ea quidem tractatio tunc ad proximè præterita Comitia prorogata fuerit,attamen ea ſuper re, quemadmodum & nunc nihil frugiferum decerni potuerit,alijs grauioribus negocijs obſtantibus & impedientibus. Quapropter Principum Electorum conſiliariorum,præſentium item Principum,Statuum & nunciorum matura deliberatione habita

idipſum negocij ad proximè futura Comitia, nec lõgius pro rogari, & tunc quidem de ijs unà cum alijs neceſſarijs punctis & articulis deliberandum ſtatuendumq́; fore putauimus.

Ordinatione autem iſta ſic, ut dictum eſt, præſentibus iam Comitijs reuiſa, & quibuſdam immutatis & additis priori ordinationi, ſuper qua Iudicij Cameræ perſonæ iurarunt, non nihil diſsimilibus: Iniungimus Iudici Cameræ & Aſſeſſoribus, mediantibus ipſorum iuramentis Cæſareæ Maieſtati, & Iudici Cameræ præſtitis, ut ſe huic iam renouatæ ordinationi Cameræ Iudicij conformes ſemper obſequentesq́; gerant ac præbeant.

Reliqua ſequuntur in uulgari textu. fol. 35. facie 2.

DECRETVM SEV RECESSVS HABITAE ACTAEQVE

1556. *uiſitationis Iudicij Cameræ Spiræ 18. Maij, Anno 1556. Doctore Iuſtino Goblero Goarino interprete.*

CONSILIARII Imperiales & deſignati, uidelicet Geruicus Abbas Vuingarti & Ochſenhuſij, Vuilhelmus Vuernerus Comes & Dominus in Cimbern & Vuildenſtein, Albertus à Viſchborn, Capitularis nomine Archiepiſcopi & Electoris Moguntini, Bartholomæus Latomus Iurium Doctor, nomine Archiepiſcopi & Electoris Treuirenſis electi, Dei item gratia Otho Henricus Palatinus Rheni, ſacri Romani Imperij Archidapifer, Elector, Dux ſuperioris & inferioris Bauariæ, Felix Hornungus Iurium Doctor, ac præſidens Lucenburgi, nomine Regis Hiſpaniarum & Britanniæ, tanquam dux Burgundiæ, ac Dominus inferioris ditionis hæreditariæ, Dei item gratia Chriſtophorus Dux Vuirtembergæ & Teck, Comes Mumpelgarti, & præfatus Geruicus Abbas Vuingartenſis et Ochſenhuſij nomine Prælatorum. Omphalius Iurium Doctor nomine Abbatis Monaſterij S. Cornelij, Fridericus Iurium Doctor nomine Comitum, Gerlacus Rotefaber, Iurium Doctor nomine ciuitatis Vlmæ ceu ordinarij & extraordinarij (reſpectiuè) uiſitatores fatemur his mediantibus palam. Quandoquidem à Romanorum Imperatore, Statibusq́; communibus ſacri Imperij in conſtituendo Cameræ Iudicio inter alia cautum erat, ut quotannis ad Calendas Maias idem dicaſterium inſpiciatur, ac uiſitetur, Imperator quoq; clementiſsimus noſter conuentu proximo Auguſtano Anni 55. adſentientibus

tientibus Electoribus, Principibus & Statibus eam inſpectionem ſeu uiſitationem, & quæ præterea neceſsitas requireret eiſdem Calendis Maij proximè lapſis inchoari clementiſsimè uellet: noſq; Geruicus Abbas Vinigarti & Ochſenhuſij, Vuilhelmus Vuernerus Comes Cimbernij ſpeciali ſcripto per Cæſaream Maieſtatem requiſiti ad hoc ipſum & deſignati: cæteriq; nos partim ultrò, partim noſtrorum nomine coordinatorum dominorum ad dictam inſpectionem ſeu uiſitationem initio Maij iam memorati Anni emiſsis literis euocati Spiram uenimus Imperatoriæ Maieſtati, dominorumq; noſtrorum obſequio debito parentes, adeoq; ſacri Imperij Ordinationi pro Reipublicæ utilitate, conſeruandaq; iuſtitia, pace, concordia & tranquillitate Germanicæ nationis chariſsimæ noſtræ communiſq; patriæ, eam quidem inſpectionem uigore conſtitutionis ſuſcepimus, perſonis dicaſterij omnibus, ut decuit, ad articulos ex ordinatione deſumptos inſpectis examinatiſq;: in reliqua etiam cuncta nobis ceu deſignatis in hoc & uiſitatoribus iniuncta diligenter inquirentibus. Cumq; deficientias quaſdam ſeu lapſus comperiremus, utiq; corrigendos eos emendandoſq; fore putauimus. Quocirca Imperatorio quidem & ſacri Imperij nomine tanquam eorundem deſignati ſeu Commiſſarij ac inſpectores, quibus & conſtitutio Iudicij Cameræ, & Decretum recens idem iniungit, in hunc modum, qui ſequitur ſtatuimus & ordinamus.

Principio, etſi receſſus Imperialium deſignatorum ſeu Commiſſariorum, ſacriq; Imperij Statuum, uiſitatorum, de anno Chriſti 1550. Prætori, conſeſſoribuſq; dicaſterij Cameræ modum certum expreſſumq; ſtatuit, ex ordine, qui, uelutq; ex præſcripto tum in relationibus faciendis, tum ſuffragijs dandis ſeſe gerere oportebat, compertumq; eſt in hac inſpectione tamen, pleraq; contrà, præterq; ordinem irrepſiſſe, non actionibus quidem litigantibuſq; partibus ſolùm propter dilationem moramq; grauia intolerabiliaq;, ſed & tribunali ipſi indecora. Quamobrem tam in relationibus, quàm ſuffragijs conſeſſores deinceps ordinationi atque decreto anni quinquageſimi facto pareant, cumprimis ab omni prolixitate adeoq; ſuperfluitate in referendo, ſuffragando ac legendo abſtinentes, tantùm ea quæ ad cauſam faciunt, reſq; depoſcit proferant, ut ſunt actionis articuli ſeu poſitiones, exceptiones pertinentes, reſponſiones, probationes, termini ſubſtantiales, quæq; merita cauſæ concernunt, indeq; neceſſariò dependent. Documenta quoq; ut Priuilegia, aliaq; inſtrumenta & ſcripturas ſeu literas ſummatim quantum neceſſe eſt, nec uni-

Nota,
Quæ ad rem & merita cauſæ faciunt, proponenda ſunt et referenda.

uerſa

uerſa acta recenſeant, nec diſceptationes ſeu potius altercationes & rixas partium uel legant uel dictent, ſed tantummodò ex actis quæ ſunt, uti prætatum eſt, neceſſaria. Similiter & alij conſeſſores eadem acta, diſputationes & allegationes, ne interea lites & actiones remorentur ad referendum non deſeribant, exceptis ijs quæ ſibi neceſſe fore putauerint, ex quibus inter referendum, prælegendum & ſuffragandum annotare aliqua poterunt & obſeruare.

Iam & in relationibus ſeſe ac ſuffragijs dandis conſeſſores 2 mutuò non obturbent, nec allegationibus uel diſputationibus minimè neceſſarijs utantur, à rixis & iurgijs ſe abſtineant, quin magis humanitati ac lenitati modeſtięq́; ſtudeant, dentq́; operam, aut ab initio relationis ſuæ aduertant, an Procuratores, Syndici, actores ac reliqui ad actiones & cauſas legitimè ſint conſtituti & qualificati, nec ne.

Vi quoq; decreti ſeu conſtitutionis dum relationibus diffinitiuarum in:erſunt, in finem donec concipiantur, inſcribantur, exaudiantur, & à referentibus ſubſcribantur conſideant, 3 perſiſtantq́;, nec interlocutoriarum aut receſſuum ſe'e concipiendorum deliberationes conſultationesue immittant, ſed alijs iſta minori numero, qui diffinitiuarum meditationes explere non poterunt, expe:iienda permittant.

Lites inſigniores hic enumeratæ præcedant.

Acta autem & cauſæ tam ueteres quàm nouæ, tum inter- 4 locutoriarum tum diffinitiuarum, maximè uerò inſigniores ac uetuſtiores, quibus illæ conſeſſoribus attributæ ſunt ante alias primùm referantur, ſic quidem ut alimentorum, miſerabilium perſonarum, pupillorum, fractæ pacis, captiuorum, executionum, & aliæ, ubi periculum fuerit in mora de Iure & æquitate cæteris præferantur.

Motiuæ decretorũ ſupplicationibus aſcribantur.

Si quæ porrò ad ſupplicationes decreta dabuntur, moti- 5 uas, ex quibus talia dantur, Protonotarij uel Notarij ijſdem ſupplicationibus adſcribant, quò ſicubi forſan Procuratores eaſdem ſupplicationes proferent, cognoſcatur, prætor ne & conſeſſores priores motiuas uiderint, & quid de ijs decernere oporteat, æqualitate ſeruata in mentem reuocent.

Res dubiæ ad Imperatorem remittantur per Moguntinum.

In ſacri autem Imperij conſtitutionibus, & iam iſta ordina- 6 tione ſiquis dubius ſenſus intellectúſue inciderit, nunc aut in futurum, ſic ut Prætor & conſeſſores in pleno conſilio ſecundum ius commune unanimiter de eodem intellectu dubio ſtatuere nequeant, ad Cæſarem id quidem & Imperij Status per Archiepiſcopum, Principem Electorem Moguntinum, utpote ſacri Regni Archicancellarium, qui ea de interpellandus erit, referant reijciantq́;.

Cæterùm

7 Cæterùm acta ad referendum data, Aſſeſſores diligenter conſeruent, atq; cuſtodiant, haudquaquam in loco neglecto, unde referentium nomina alijs fortè, quos omnino celare oportebat, prodantur ac innoteſcant, neque etiam inibi informationes Iuris deſcribi patiantur. Sunt & miniſtri ſeu amanuenſes eorum iureiurando aſtringendi, ne herōs ſuos ac Dominos referentes patefaciant. Quòd ſi uerò caſu aliquo ſecreta uel actorum uel tribunalis didicerint, ea prorſus ſubticeant, nulliq; manifeſtent. *Acta Iudicij ſecreta ſunt celanda.*

8 Aſſeſſores quoque ſinguli tempore & hora iuſta, maturè & abſque mora in Senatu ac Iudicialium audientiarum conſultationibus conueniant omni excuſatione (niſi urgens prohibuerit neceſsitas) reiecta, ne & præſentes abſentium expectatione prepediantur, & res negociaq; temerè prorogentur, cuius rei Prætor ipſe ac Præſidentes acrem adhibeant curam in tranſgreſſores animaduertendo. *Maturè & iuſto tempore in conſilio compareant Aſſeſſores.*

9 Quoniam uerò ex conſtitutione Imperialis Cameræ coram tribunali in audientia latis ſententijs & decretis hactenus datis unà cum Prætore Conſeſſores octeni, inter quos Comitum aut Baronum unus in contumaciarum audientia loco Prætoris, & Aſſeſſores quatuor conſidebant, atqui cùm multitudo controuerſiarum exigere uideatur, ut durante audientia interim alijs quoque forenſibus negocijs prouideatur, de cætero Prætori, aut præſidenti publicatis ſententijs, factisq; decretis plures non niſi quatuor, ac deinceps in contumaciarum rogationibus præterquam duo non conſideant. Reliqui uerò Aſſeſſores mox in conſilio pro cauſis determinandis finiendisq; ſupplicationes, aliaq; leuia & extraordinaria negocia tractent, & quantum fieri poteſt, expediant.

10 Cúmque Procuratores hactenus in circularibus quæſtionibus quiſque ſuo ordine locóque actionibus & cauſis ſuis omnibus proponendis auditi fuerint, quo factum eſt, ut priorum ſeniorumq; Procuratorum actiones liteſue expedirentur, cæterorum autem ſequentium utpote poſteriorum impedirentur ac remorarentur, cui difficultati, quantum poſſibile fuerit, duximus obuiandum eſſe, cùm ut æqualitas retineatur, tum ut pariter lites expediantur: conſtituimus igitur & ordinamus, ut non attenta eiuſmodi Cameræ Iudicij obſeruatione ſeu ordinatione priori, nunc deinceps in cauſis ordinarijs & extraordinarijs (quibus & moderationum controuerſiæ adnumerentur) ad ſingulas primarū quatuor quæſtiones circulares ſpecialiter, uidelicet in ferendis ſententijs, *Index Cameræ Iudicij & Aſſeſſores hunc articulum improbãt, et cupiunt abrogari, quemadmodum & quoſdam ſequentes.*

in noui^s,in præfixis, & in ordinarijs quiſque Procuratorum ſuo ordine non amplius niſi in ſex cauſis tantùm agat, finitis autem talibus rogationibus ſeu quæſtionibus, incipiatur rurſus ita ut quilibet Procuratorum ſex cauſas ut antea proponat, hæcq; reiteratio quæſtionum quandiu & quouſque neceſſe uidebitur, fiat, obſeruetúrque, hoc nempe modo, ut nihilominus ſingulis Iuridicis diebus duæ interrogationes in contumacijs, quemadmodum prædictum eſt, ex ordine quoque obſeruentur. Secundum uerò temporis uel modici uel prolixi rationem & qualitatem Prætor & præſidentes, quoties reiteratione tali in qualibet audientia opus fuerit, ex ſele moderabuntur atq; conſtituent. Dabunt etiam operam Procuratores, ut & antiquiores & maioris momenti controuerſias actionesq; initio proponant.

Eſt autem impedimento quoque controuerſijs pendentibus, uelut ipſa re compertum eſt, cùm ad referendum quidem acta nonnunquam parati forent Aſſeſſores, tamen miſsione petita, actis minimè relatis diſcedant, ſicq; alijs conſeſſoribus ex nouo diſtribuantur, quæ mora ac retardatio non per ſeſe modò nocentiſsima eſt, uerùm etiam litibus ipſis ac partibus duplicem parit laborem: Quocirca ſtatuimus & ordinamus, ut Aſſeſſores forſan miſsionem petentes, ſimul atque eam obtinuerint confeſtim indicent, quænam acta quas cauſas penes ſe habeant, easq; ante ſuam abitionem diſceſſumq́ue, quoad fuerit intra hoc idem tempus poſsibile, referre teneantur, neq; alijs nouis actis ad referendum, alijſue litibus audiendis interea prægrauentur. 11

Compertum & hoc eſt, per abſentiam, ac emanendi diuturnitatem Prætoris, Præſidentium, Conſeſſorum, Adminiſtratoris, Aduocatorum, Procuratorum, aliorumq; dicaſterij hominum, Iudiciales lites cauſasq;, ut plurimum remorari ac impediri: quapropter longius quàm ſex ſeptimanarum ſpacium, incluſis quidem ferijs integro anno deinceps illis minimè indulgeatur aut concedatur, niſi aliter ipſa poſtulauerit neceſsitas ineuitabilis, ſic ut Prætor ipſe biniq; conſeſſores prolixius emanendi ſpacium permittant, retento nihilominus ſtipendio, ſi quid ultra ſex illas ſeptimanas temporis emanſerit. Neq; ſalarium illis modò non præſtetur, uerùm & Prætoris Conſeſſorúmque arbitratu, ut antea dictum eſt, puniantur. 12

Aſſeſſores porrò in uacantijs, ſingulis ſeptimanis conſilio ac deliberationibus per triduum expediendis negocijs interſint. 13

Etſi

14 Etſi autem præterea cõſtitutũ erat, lites pleno conſilio omniũ conſeſſorũ, niſi ſumma neceſsitate cogente non tractari, compertũ eſt, tamen nonnullas extraordinarias aliquoties hactenus coram omnibus conſeſſoribus pleno conſilio tractatas eſſe, quamobrem iudiciales controuerſiæ ſæpe multumq́; fuerint impeditæ ac remoratæ. Hinc ergò à talibus de cætero abſtineatur, & res negociaq́; extraordinaria, ueluti acceptatio Aduocatorum, Procuratorum, ſtipes pauperum, & alia eiuſcemodi per prætorem, aut præſidentes, ac aliquos ex conſeſſoribus eo potiſsimum tempore, quando ab alijs forenſibus controuerſijs & litibus uacare licebit, conficiantur, In recipiendis quoq; tabularijs ſeu nuncijs idem obſeruetur, ſic tamen, ut Adminiſtrator à Prætore aut præſidentibus rei iſti quoq; adiungatur ac deſignetur.

15 In conſilio, ac deliberationibus ea quæ non neceſſaria, uel per ſeſe leuia ſunt, ad dilationem ſeu remoram aliarum litium, minimè proponantur.

16 Si documenta ſuę legalitatis deinceps Notarij extranei obtulerint Cancellariæ, ac ea per Iudicem Cameræ, duosq́; Conſeſſores, & Adminiſtratorem inſpecta probataq́; fuerint, nulla porrò uel ſupplicatione, uel decreto opus erit, ſed ſtetur inſpectioni factæ, datoq́; decreto. *De legalitatis Notariorum extraneorum approbatione.*

17 Cùm tempus quandoq; leuicularum rerum occaſione, ueluti terminorum, ſubmiſsionum, receſſuum quorundam extrahitur nimium, controuerſiarum ac litium diſpendio: talia porrò ac receſſus, item prorogationes et dilationes probationum ex Iudiciali Protocollo dentur ſequente die poſt audientiam, ſiquidem ſubmiſsiones citra ulteriorem ampliorem ue Actorum completionem (niſi fortè ſpeciali aliqua fuerit neceſſe) per Iudicem ac omnino duos conſeſſores perſcribantur. Quę item teſtimonia talium dilationum atq; prorogationum exegerint Procuratores, Prætoris præcepto iuſſuq; ex Archiuo Cancellariæ facilè obtinebunt.

18 In pręſentationibus ac receptionibus Aſſeſſorum nonnunquam contingit, ut eiuſdem Circi uiri præſententur, non ex illius quidem Circi locis, ſed aliunde oriundi & educati, in Iuris cognitione tamen & doctrina ſic ſatis eruditi, ſed Circi illius, à quo præſentantur, uſuum & conſuetudinum rudes & ineruditi. Proinde cum tali in caſu Circorum ſtatus eiuſmodi aptos & idoneos uiros forſan nullos habuerint, nimirum ſub ipſorum Circulo natos educatoſq́;, de proximo & non remotiore circo alij ſecundum conſtitutionem Cameræ tribunalis præſententur ac recipiantur docti & expertes uiri. Similiter

fiat,ubi Prætor & Conſeſſores ex officio quoſdam alios conſeſſores ſuſcepturi ſunt, quemadmodum elapſis ſex menſibus maturè fieri,nullaq; mora intermitti æquum eſt: nulla quoque Religionis ergò ex proximo Imperij receſſu differentia habita, ſaluis iam uacantibus Conſeſſoribus Statuum, quibus ex abundanti ſex adhuc ſeptimanæ poſt hunc Receſſum elargiuntur,ad aptos idoneóſque uiros conquirendos & præſentandos: quod ſi ita fortè factum non fuerit,Prætor ipſe & Conſeſſores ex officio,ut ſuprà dictum eſt, protinus abſque mora ſuſcipiant.

Et hic punctus à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus eſt impugnatus.

Clauſula ſalutaris.

Cùm uerò actæ uiſitationis Iudicij Cameræ Anno 50. Receſſus ſiue Decretum ſpecificè commemorat,idq; ſequente Imperij receſſu conſtituebatur in hunc modum, Vbi ſupplicatur,aut ſupplicationes offeruntur,in quibus petitio ex narratis de Iure non ſequitur,ueruntamen ad finem, Clauſula ſalutaris,huiuſmodi aut ſimilibus uerbis,ſicuti ibidem dicitur,affixa fuerit,prætor nihilominus & conſeſſores,non attento eo ſi fortè in ſpecie facta petitio formaliter propoſitis narratis non reſpondeat,neq; concludat, ſecundum ius & æquitatem decernant tamen idem illi,quod ipſe ſupplicans in ſpecie petere potuiſſet ac debuiſſet. 19

Quanquam autem iam dictus articulus memoratæ clauſulæ ſalutaris,ex uarijs diuerſiſq; opinionibus, in tūc ſequenti uiſitatione Anni 51. decreto alio abrogatus eſt: uiſum tamen atq; è re nunc fore conſultum exiſtimamus,ut prætor conſeſſoresq; decreta ſua deinceps ad ſupplicationes clauſulæ ſalutari aſſcripta commodè conuenienterq; promulgeant, atque in hoc ſupplicantibus, quantum ex tempore ſeſe reſoluere poterunt,ſubueniant: aut ſi id forſan denegandum fuerit,per Protonotarios uel Notarios ſupplicantibus ipſis uerbo tamen declaretur. 20

Cumq; ſæpius contingit, ut lites ſeu controuerſiæ,in quibus de declinatorijs,aut deuolutionibus diſputatur, ſicq; iam pridem ſententia lata,mirum in modum remorentur,eò quòd alicui fortè litis conteſtatio per ſententiam iniuncta ſit, aſt interea multum temporis elabitur dum iſtuc fiat. Item ſi fortè concluſio litis uerbotenus facienda alicui mandetur per ſententiam quoque &c. In his ſtatuimus quidem & ordinamus, ſi ad dictum diem is, cui iniunctum eſt, litem non conteſtetur,nec in cauſa concludat, ex tunc quidem abſq; alia imploratione lis in continenti pro conteſtata,& pro concluſa cauſa habeatur. 21

Ad

22 Ad uitandas quoq; alias inconuenientias atq; etiam ſuſpitiones, nolumus duos fratres eodem in dicaſterio Imperialis Cameræ, quorum alter Aſſeſſor alter Procurator ſit, deinceps admitti aut recipi.

23 Cæterùm nec Prætor, nec Conſeſſores eos qui in hoc tribunali litigant ſeu contendunt, in familiam ſuam aut menſam recipiant.

24 Quod attinet ad Cancellaricos Imperialis Iudicij homines, uidelicet Adminiſtratorem, Protonotarios, transſcriptores, tabellariorum magiſtrum, Notarios, Lectores, Secretarios, ingroſsiſtas, alioſq; eiuſmodi miniſtros, inter quos cùm quandoq; uarijs occaſionibus diſcordiæ, rixæ, & iurgia exoriantur licet, Adminiſtratorem tamen in ſuo officio nullus perturbet impediatue, quin quo uelit in conſilij archiuiq; conclauia quolibet tempore ingredi poſsit. Cui & Notarij, Lectores, alijq; Cancellarici homines, ut decet, obtemperare tenentur, & ab eo ipſo requiſiti Regiſtraturæ induſtriæq; ſuæ rationem reddant, eos ut decet in officio quenq; ſuo retinens.

25 Iudicij autem Cancellariæ Moguntinus Archipræſul Elector tanquam Archipræſul Elector de aptis idoneisq; hominibus quantum fieri poteſt prouideat, cumprimis quidem de gnaro expertoq; Notario & Secretario tum ad complendum acta, tum fiſci quoq; cauſas negociaq;.

26 Si qua porrò in Cancellaria, eiusq; miniſtris & officiatis, uidelicet Protonotarijs, Notarijs, Lectoribus, Secretarijs, Ingroſsiſtis, transſcriptoribus & alijs eiuſmodi hominibus, ac eorum miniſterijs ceſsionis delictũ, aut ſegnities quæpiam animaduerſa fuerit, in eos Archipræſul Moguntinus uti archicancellarius mediante ipſorum iuramento inquirat, et delicta ſeu crimina ui ordinationis emendet ac corrigat.

27 Quòd ſi uerò emendationem pati noluerint, dimittendi eos idem Archipræſul corripiendiq; habeat poteſtatem, ſaluo ſuo quoq; Prætoris & Conſeſſorum ex qualitate delicti uiq; ordinationis plectendi iure.

28 Imperatorij fiſcalis eſt in diligenti cuſtodia iuſtoq; ordine conſeruare ſuum Protocollum, ſic quidem ut in uetuſtioribus cauſis primùm procedatur æqualitate retenta, ne præter cæteros aliquis unus prægrauetur, nullo prorſus aliorum omnium extraordinariorum Mandatorum reſpectu habito.

29 Exiguum nec illud grauamen eſt inter alia Imperialis Cameræ Iudicij, uidelicet, Procuratores unicè ſaltem Procuratorio munere fungi, nec item litigatoribus Aduocatos ſeſe præbere uelle, & niſi partes alios Aduocatos quoq; conquiſie-

rint,patrocinium planè recuſant : ex quo manifeſtum eſt Se-
natuſcouſulto ſeu decreto Anni 51. hactenus hoc in puncto
non obtemperatum fuiſſe. Vnde ſancimus,ſtatuimus & de-
nuò atq; iterum acriter præcipientes,ne & Aduocatiæ munus
requiſiti Procuratores litigatoribus uigore præſtiti iuriſiu-
randi recuſent,quò minus partes contendentes alijs Aduoca-
tis quærendis onerentur,quin potius utrumq; munus tũ pro-
curationis tum aduocatiæ ſuis clientibus ex æquo præſtent,
quod eò facilius efficient,ſicubi minori ſeſe litium cauſarúm-
que numero prægrauauerint.

Quanquam antea quoq; conſtitutum fuit,ne minimè mul- 30
tis ſeſe Procurator litibus oneret, etiamſi certus ibi numerus
dictus erat, qua ex re conſecutum & hoc eſt, quòd pluribus
quidem cõtrouerſijs ſeſe diſtringerent,ac proinde partes gra-
uiter longeq; detinerent. Ergò ſtatuimus & ordinamus, ne
quis Procuratorum ultra ducentas controuerſias cauſaſue ad
ſummum abſq; prænotione & uenia prætoris ac duorum Aſ
ſeſſorũ acceptet,& ſi qui iam forſan plures habent,nullas am-
plius ſibi aſſumant,præterquam Dominorum clientum ſuo-
rum,à quibus ſtipendia annua merentur, quas & ſumma cura
ſtudioq; ad finem perducere, & nullis ſeſe alijs præterea liti-
bus onerare debebunt. Ne qua fortè aliàs quoq; Procurato-
res delinquant, aut eorum ſit deficientia, omni tempore tum
Prætor, tum Conſeſſores prouideant, habeantq; numerum
eorum iuxta rationem & qualitatem cauſarum ſupplendi au-
gendiue poteſtatem.

Et quia nimijs interdum ſubarrationibus ac ſolarijs partes
contendentes onerant,uel etiam exactionantur, poſtmodum 31
Aduocatos quoq; forenſium rerum inexpertos ignorantibus
adeoq; nolentibus etiam ſubtendunt,quò facilè fit,ut litigan-
tes defraudentur,diſpendiumq; patiantur, maximè quidem ſi
producta & acta à recentioribus junioribúſue compoſita ipſi
Procuratores non diligenter reuideant, Ac ſicuti res poſtulat
examinent atq; perpendant : Idcircò ſtatuimus quidem & or-
dinamus, ne de cætero Procuratorum aliquis immoderatis
ſubarrationibus ſalarijſue litigantes prægrauet, aut ijs igno-
rantibus Aduocatos alios præſtituat,quin magis multò Pro-
curatores ipſi ſuarum partium cauſas aduocent, aut ſi qua o-
mnino recentib. junioribúſue Doctoribus uti maluerint,præ-
ſcijs id tamen ac conſentientibus partibus faciant,quorum eti
am Aduocatorum producta actaq; diligenter relegant atq; re-
uideant,ſingula perpendendo examinandoq;, ita ne quid ne-
gligentiæ aut defectus comperiatur.

Procura-

32 Procuratores quoq; & Aduocati ne onerent partes annuis ſtipendijs aut expectatis ſalarijs, aut quibuſuis comminationibus de non inſeruiendo, tantum abeſt, ut alia pacta de quota litis remuneratoria, aliaſue iniquas conuentiones ullas faciant. Si uerò ex æquitate cum partibus conſentientibus ac uolentibus, exceptis prædictis pactis prohibitis, inuicem ſeſe concordare nequiuerint, ut ordinationis Iudiciali ſupputationi & taxæ ſtent, ſintq; contenti. Quæ quidem ſi prætergrediantur, neutiquam tamen pacta illa conuentioneſue ualeant, aut etiam clientes ligent, quin Procuratores quoque ſtatus ſui depoſitione alijſue modis pro exceſſus qualitate corripiuntur, neq; plus exigant quàm de quolibet foro ſcripto, ſi rectè et ſufficienter pleniſq; lineis & uerbis exaratum fuerit, medium batzenſem.

33 Si fortè Procurator duobus Dominis clientibus inſeruiens lites inter eoſdem aduerſarias habet, eas ne quidem alij Procuratori uel Aduocato, principali ſuo ignorante nec conſentiente tradat.

34 Iam et Procuratores iudicialibus audientijs maturè iuſtoq; tempore interſint, nec ſine uenia exeant, aliòue ſe abſentent.

35 Qui ſi & à Prætore ueniam abſentiæ ſex ſeptimanarum toto incluſis ferijs anno ac amplius obtinuerint, ac ita fortè ſubſtitutione aliqua opus habuerint, eos ſubſtitutos plenè informent oportet, neque etiam ſinat quis abſque ſufficienti informatione ſe ſubſtitui, quo magis nôn neceſſariæ ſubmiſsiones omittantur, caueanturq;.

36 Porrò Aduocati quoq; & Procuratores Iudicij Cameræ ſi quò peregrè proficiſci uolunt, à Prætore ipſo ueniam migrandi perſonaliter iuxta ordinationē petant, ſed ſi in ciuitate manſerint, per alios, ubi opus fuerit, petere poſſunt.

37 Lectores uerò ubi ſuos in conclauibus labores perfecerint, nec alioqui occupati fuerint, acta in Cancellaria compleant, proſpiciantq;, ne aliæ quàm ad complendum neceſſariæ ſint cauſæ actaue in Cancellariam tradantur.

38 Prouideant & hoc, ne quæ producta ex actis è conclaui aliquo perdantur, quòd ſi fortè fortuna caſúue aliquo contigerit, copiæ perditorum ſcriptorum, non ab uno aliquo tantùm, ſed ab utroq; partium Procuratore ob certas cauſas deſumantur, excribantur & conferantur, ac ſic quidem rurſus ad acta reſtituantur.

Hunc receſſum ſeu decretū loco & nomine Cæſareæ Maieſtatis, Electorum, Principum ac ſtatuum ſacri Imperij Prætori, Conſeſſoribus, Adminiſtratori, Protonotarijs, fiſcali,

Procuratoribus, Notarijs, Lectoribus, alijsq́; Cameræ Iudicij hominibus & miniſtris, mediantibus eorum iuramentis, quibus eidem tribunali deuincti ac obligati ſunt, omnibus omnino & ſingulis iniunximus obſeruandum, quouſq; ab Imperatore, Statibusq́; Imperij mutetur, ſeuerè acriterq́ præcipientes ut pareant ſub pœnis interminatis, grauiq́; Cæſareæ Maieſtatis indignatione. Prætor autem & Conſeſſores cum primis aduertant ad proceſſum iudicialem in contendentium partium utilitatem pariter & cauſarum profectum. Similiter conſtitutionem nuper Auguſtæ reuiſam quoq; ſibi habeant commendatam, quam unà cum receſſu firmiter etiam ſuis mediantibus iuramentis obſeruent, ne quid ullo tempore quod factum oportuit omittatur aut negligatur. In teſtimonium ſingu'i prænominati noſtris ſigillis iſta confirmauimus. Spiræ, die Lunæ poſt Dominicam Exaudi (18. Maij) Anno Domini ſaluatoris noſtri Chriſti 1556.

Finis receſſus ſeu decreti uiſitati Iudicij Imperialis Cameræ Spirenſis, D. Iuſtino Goblero Goarino Doctore Iureconſulto interprete.

DECRETVM SEV

1557. *RECESSVS PER REGIAM MAIEſtatem, Electores, Principes, ac alios communes ſacri Imperij Status, Spiræ factus Anno 1557. Doctore Iuſtino Goblero Goarino interprete.*

FERDINANDVS Dei gratia Romanorũ Rex, ſemper Auguſtus, Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Schlauoniæ &c. Rex, Infans Hiſpanię, Archidux Auſtrię, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carniæ, Craniæ, Luciburgi, ſuperioris & inferioris Sileſię, Princeps Sueuiæ, Marchio ſacri Romani Imperij, Burgauiæ, Meraniæ, ſuperioris & inferioris Lauſaciæ Princeps, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Phirti, Kiburgi, & Gorciæ &c. Lantgrauius in Alſacia, Dominus Vindelici Marchionatus, Portenacæ & Salmis &c. Fatemur publicè, cunctiſq; notificamus, Quandoquidem in Comitijs Auguſtanis Anno 1555. Conſtitutio Imperialis Cameræ Iudicij Cæſareæ Maieſtatis chariſsimi fratris & domini noſtri per nos atq; communes Status reuiſa, renouata, & quibuſdam in locis mutata eſt: attamen in nonnullis propoſitis ac memoriali quidem ſcæda com prehenſis

prehenſis articulis, nondum plena firmaq; Prętoris & confeſſorū habita ad mutationem faciendam inſtructione, progredi uiſum non eſt. Quocirca, & ut plenior defectuum informatio & à Prætore & Conſeſſoribus unà cum cenſura eorum poſſet haberi, placuit unanimiter noſtro, Statuumq; comparentium conſenſu decerni, ut prima Maij, effluxi anni 56. Imperiale dicaſteriū Cameræ, ex ordine per eiuſdem Cæſareæ Maieſtatis dilecti fratris & Domini noſtri deſignatos, ac Statuum uiſitatores, adiunctis alijs Electorum Principum, Statuumq; in eodem receſſu nuncupatorum ceu extraordinarijs inſpectoribus uiſitaretur: qui dicto tempore eandem uiſitationem inchoatam actu quoque finierunt, eiuſq; uiſitationis relationem ſimul cum decreto facto alijsq; articulis Cæſareæ Maieſtati & communibus ſtatibus, abſentiumq; Legatis & nuncijs proximo Ratiſponenſi Comitio propoſuerunt.

Ex cauſis uerò in eodem decreto Comitiali atq; receſſu memoratis, cùm idem iuſtitiæ articulus tunc abſolui nequiret, & in triceſimum Maij prorogaretur, cum actis porrò utriuſque uiſitationis anni 56. pariter & 57. Spiræ comparerent, de eadem re conſultando ſtatuendoq;, & quicquid decreuerint, actualiter id quidem in Imperio obſeruaretur, iuxta tenorem ipſius decreti.

Quid deputati conſultauerint.

Comparentibus igitur deſignatis noſtris, & Electorum, Principum, Statuúmque conſiliarijs, mandatarijs & nuncijs cum pleno mandato, ambarumq; uiſitationum actis, relationibus, decretis, propoſitis grauaminibus, deliberationibus & incidentijs ſingulis ſuo ordine iuxta Ratiſponenſem receſſum ponderatis, productis & concluſis, equidem Cæſareæ Maieſtatis dilecti fratris & domini noſtri, noſtroq; ipſius uti Romanorum Regis nomine, dictorum deſignatorum, adeoq; Electorum, Principum ac Statuum, Conſiliariorum, mandatariorum & nunciorum loco, communium Statuum conſultationes ac deliberationes, conuentiones & concluſiones gratioſo animo acceptauimus, approbauimus, rataſq; habuimus, & confirmauimus; omniaq; illa in præſenti communium Statuum Receſſu præcepimus per Imperium Germanicæ nationis publicè inuulgari denunciariq;.

Approbatio & confirmatio Regis ſuper deputatorum concluſione.

Quomodo uiſitatorum perſonæ qualificatæ eſſe debeant.

1 Quippe cùm in primordio acta ponant, in prioribus uiſitationibus inſpectores quoſdam ex Statibus in ipſorummet locum deputari, qui neq; à conſilijs ſint, neque ad uiſitationes apti idoneiq;, alij autem eos, qui dicaſterio Imperialis Cameræ iuramentis deuincti, uel ita recens dimiſsi, ut inſpectores eſſe nequeant, non igitur decebit, nec uiſitatoribus permiſſum eſſe, ex

ſe,ex quo deſignati,alijq́ꝫ uiſitatores & conſiliarij hac de cauſa
inter ſe cõtendentes,an tales admittendi eſſent nec ne,qua qui-
dem diſceptatione & tempus fruſtra extractum eſt,& contra-
rijs opinionibus atq; ſententijs diſcuſſum. Itaqꝫ decernimus &
ordinamus, ut de cætero Electores, Principes, ac Status quo-
cunque tempore ad uiſitationem ſcripto uocati fuerint, ſuos
conſiliarios præcipuos,ſibiq́; iuramentis addictos,ſeu Syndi-
cos ſeuà conſilijs exiſtentes, qui fortè per annuum temporis
ſpacium Iudicio Imperialis Cameræ nec dum aſtricti fuiſſent,
ad inſpectionem ſeu uiſitationem deſtinare poterint.

Deinde cùm hic in deliberationem quoque ueniſſet, non 2
omnibus in caſibus cauſisq́; ex ordinatione Imperialis Iudicij
Cameræ certò liquidóue prouideri poſſe, ac incerti quotidiè
caſus uarijq́;, dubijq́; incidere ſoleant,quod ſi igitur contin-
git porrò, ut de re quapiam dicaſterij Cameræ ordinationis
dubitetur,non ad proceſſum quidem,ſed alios articulos de-
ciſiuos,aut alioqui ſacri Imperij conſtitutiones pertinente,de
qua uel Conſeſſores ipſi in pleno conſilio ſeſe ex Iure commu-
ni reſoluere & explicare nequirent : Statuimus, uôlumusq́;
tales dubitationes ad Cæſaream Maieſtatem, dilectũ fratrem
& Dominum noſtrum,aut, eo extra Imperiũ abſente,ad nos,
Statusq́; Imperij per amicum noſtrum Archiepiſcopum & Ele
ctorem Moguntinum &c. ſacri Imperij Cancellarium ea de
re interpellatum referant,deſuper ſententiam ſuam atq; reſo-
lutionem expectantes.

Reſolutio dubiorum incidentium ab Imperatore & Statibus expectanda.

Quandoquidem & ex uiſitationibus apparet,haud minimè 3
multas tum ueteres tum nouas cauſas uel ad definiendum uel
interloquendum concluſas eſſe,nec minori numero exiſtere,
nondum determinatos utique graui litigantium partium di-
ſpendio,neq; eiuſmodi cauſas ordinarij Conſeſſores ſolos hoc
tempore expedire poſſe:Itaq; ſtatuimus,ordinamus, ac uolu-
mus,ut idem prior ordinariorũ numerus, ſedecim alijs quoqꝫ
aptis & idoneis Conſeſſoribus amplietur, qui iuxta ordina-
tionem qualificati unà cum ordinarijs iam & concluſas cau-
ſas,& quæ quotidiè dum concluduntur, expedire ualeant, ac
ita quidem illi ad quindecim Menſium ſpacium tribunali Im-
peratorio ſuperaddantur atq; coordinentur, uidelicet, ut ad
Calendas Aprileis uigeſimo octauo anno proximè ſequenti
hunc ſuum inchoent & ingrediantur ſtatum, adeoq́; ultima
die Iunij Anno 59. finiant.Præſentes autem coram Imperialis
Iudicij Prætore compareant, accepturi ſinguli ſuum locum
ex ordine.

Ordinarijs Aſſeſſoribus adduntur ſedecim alij Conſeſſores extraordinarij.

Caſu autem quo Cæſareæ Maieſtatis,dilecti fratris & Do- 4
mini

Aſſeſſorum extraordinariorum continuatio.

mini noſtri deſignati ſeu Commiſſarij, et Statuum inſpectores in uiſitatione Calendarum Maij dicti anni 59. futuri, neceſſarium fore putarent, illos extraordinarios ultrà, plusq; temporis in ſua functione retinendos eſſe, cùm hoc ita expediri uiſum fuerit uel medium uel integrum annum prorogari illorum prouincia, continuariq; poterit.

Salarium idem extraordinarijs quod ordinarijs detur.

5 Singulis quoq; ijſdem extraordinarijs, quò maiorem pro abſoluendis cauſis operam & diligentiam adhibeant, ut tenentur, quingenti floreni, quemadmodum & ordinarijs pro annua mercede, idq; ex Imperialis Iudicij Cameræ ærario pendantur & exoluantur.

Cæſar quatuor, Electores ſex, & Circi totidem extraordinarios diſponant.

6 Ne tamen in dicto extraordinariorum numero, ſtatóque comparendi tempore deficientia appareat, uolumus atq; debemus nos Cæſareæ Maieſtatis loco, quatuor perſonas deſignare, Electores uerò ſex, totidemq; Circi, ad idem Cameræ dicaſterium præſentare, ſic ut quilꝗ tum Electorum, tum Circulorum, unam aptam idoneamꝗ, ut ſuprà dictum eſt, perſonam ad Calendas Aprileis præſentem habeat, certoꝗ diſponat.

De qualificatione extraordinariorum Aſſeſſorum.

7 Quandoquidem & hoc neceſſarium exiſtimatur, concluſas cauſas ante omnia expediendas & abſoluendas eſſe, ut in reliquis eò maturius feliciusꝗ ſuccedant Proceſſus, placuit extraordinarias ſimul cum ordinarijs, uti ſuprà dictum eſt, tribunali Imperatorio offerri, pro partium controuerſijs abſque latiori mora terminandis: Ideoq; debemus nos ac uolumus loco Cæſareæ Maieſtatis dilecti fratris & Domini noſtri, item ſex Electores & Circi, quilibet pro ſe quantò accuratius fieri poterit, exercitatos atque expertos uiros dare, qui in referendo ac ſuffragando ſecundum ordinationem ſe gerere poſsint, ubi & hoc moderamine utemur, ut hi qui antea in eodem hoc dicaſterio Iudices uel aulici miniſtri fuiſſent, ſicubi haberi poſſent, in Iudicijs, Iure, ac legibus exercitati & idonei reperiantur, utrinque conquirantur & acceptentur.

Rerum forenſium docti & periti Aſſeſſores conquirantur ac ſuſcipiantur.

Diffinitiuarum ſententiarum conſiliarij quot eſſe debeant.

8 Quo & ordinarij & extraordinarij futuri Conſeſſores ſua rectius munera obeant, dubijs incidentibus nec impediti nec remorati, ſtatuimus, ordinamus ac uolumus, ex utriſque tum ordinarijs, tum extraordinarijs Conſeſſoribus quatuor ordines ſeu claſſes Conſiliariorum in definitiuis (ſeu definiendis cauſis & litibus) hoc modo cōſtitui, ut in qualibet claſſe quatuor ordinarij, ac totidem extraordinarij conſideant, ex quibus binæ conſiliariorum claſſes acta, in quibus iuxta ordinationem concluſum eſt, ſolæ referant, decidant, ſententias concipiant,

cipiant, nulliſq; alijs extraordinarijs negocijs, ſed relationibus ut dictum eſt, & deciſionibus tantùm occupentur, onerentúrq; Reliquæ duæ conſiliariorum claſſes, tum ordinarias, tum extraordinarias, aut extraiudiciales cauſas, negociaq; ſecundum ordinationem tractent expediantq;. Veruntamen inter conſiliariorum ordines uiciſsitudine hac & æqualitate ſeruata, dimidio quolibet anno hi, qui primùm concluſas tantùm retulerunt, poſtea ordinarias quoq; et extraordinarias agant. Cæteri uerò ad ordinarias conſultationes ſolummodo tractandas accedant.

Viciſſitudo conſiliariorum & æqualitas ſeruanda.

Ante publicationem ſententiarum Aſſeſſores omnes quauis libet uice tam in definiendarum, quàm interlocutoriarum ferendarum audientia, conſueta hora, ſimul in conſultatorio conclaui compareant. Deinde octo illi ad concluſas tantùm deſignati in ſuum deliberationis locum pro cauſis referendis mox ſe conferant, binas ſimul horas permanendo. Reliqui triginta duo ingrediantur audientiam, publicatis uerò ſententijs perlectiſq; egrediantur illi, qui ad concluſas cauſas referendum tantummodò deputati ſunt, duaſq; horas unà perſiſtant, alijs ad ſupplicationes in ſuum conſultationis locum commeantibus. Quòd ſi uerò proxima uſitatione deſignati & inſpectores intelligant alia forſan commodiore uia ac ordine ad explicationem cauſarum concluſarum tum ordinariarum tum extraordinariarum, quàm ſuprà oſtenſum eſt, conſeſſorum reſpectu procedendū fore, habeant ipſi quidem ad prouehendam eò amplius iuſtitiam, ac litium expediendarum potiorem ingrediendi uiam, rationemq; his mediantibus ſibi factam poteſtatem. 9

Reſtantes contributiones pendantur & præſtentur ſub pœna declarationis.

Iam & intelleximus quorundam Statuum contributiones pro conſeruando Imperialis Cameræ dicaſterio, prioribus temporibus taxas hactenus reſtare ſoluendas, quæ contributionum reſtantes ſummæ ad extraordinariorum Aſſeſſorum ſuſtentationem ut pendantur ſunt neceſſariæ. Verùm autem ut inter Status in eiuſmodi contributionibus ſoluendis æqualitas retineatur, abſq; recuſatione id ac mora illi uigore ſacri Imperij conſtitutionum ac edictorum quod debent ſoluant oportet, ad quod alioqui tenentur debitores ſub Cęſareę Maieſtatis dilecti fratris & domini noſtri ſacriq; Imperij interminatione graui, quo minus aduerſus eos iuxta concluſionem prius factam procedere fiſcali fuerit neceſſe, uitanda. 10

Nihilominus hiſce cùm denuò atq; à nouo facta ſit Imperatorio fiſcali contra moroſos illos ceſſatoreſq; inceptis proceſſibus maturè acriterq; pergendi poteſtas, ſimulq; aduerſus eos, 11

ſus eos, qui deinceps ſolutionē facere q̄q; ut oportet deſierint.
12 Hi etiam, qui, ut ſuprà conſtitutum eſt, à nobis, ab Electoribus, Principibus, et Circis, in extraordinarios dantur, ſi quo iureiurando nobis, Electoribus, Principibus ac Statibus, aut alijs deuincti ſunt, liberentur. In hoc autem edictum, & conſtitutionem Iudicij Imperialis Cameræ Anno 1555. Auguſtæ renouatam, quemadmodū Conſeſſores antea fecerant, iurent. *Conſtitutio Iudicij Cameræ Anno 1555. Auguſtæ renouata.*
13 Porrò articulus de præſentatione primus in dicaſterij Cameræ ordinatione noſtra & Electorū Principū, dicens, quòd ſinguli ſpiritualium Electorum, iureconſultum aliquem doctrina & dignitate præditū (ſiue is ex equeſtri genere natus ſit, ſiue, non perinde eſſe) nuncupent atq; præſentent. Tertio autem titulo de qualitate & aptitudine perſonarū tum prætoris tum confeſſorū, in §. Similiter &c. in priore parte circa finem eiuſdem. Qui idem articulus de præſentatione in dubium tractus, à nobis, ut æqualitas inter ſex Electores Principes conſeruetur, iam declaratur hac formula, uidelicet, ſi qui ſpirituales Electores Iurecōſultos dignos, & ſeculares Electores Principes ex equeſtri ordine natos ſuo tēpore præſentandi uigore ordinationis poteſtatē habentes tā aptos & idoneos reſpectiuè iuſta adhibita diligentia nanciſci nequeant, eo in caſu liberū ſit omnib. Electoribus ex equeſtri genere natos (etiāſi non ſint Iuriſprudentiæ honore decorati, ſeu, ut uocāt, graduati) itidē & Iuriſprudentia inſignitos, etiamſi ex equeſtri genere orti nō ſunt, nihilominus in utroq; caſu, ſi tamē iuxta ordinationē omnib. modis qualificati fuerint, præſentare offerreq; poterunt.
14 Cùm haud etiā parū refert intereſtq; ſtatibus æquè ac ſubditis lites habentibus, ut reputatis, eruditis, & exercitatis uiris ex pleniori conſtitutionis formula ſeu præſcripto iſtud ipſum tribunal cingatur, atqui ſuas nonnulli rationes mercedis ergò ampliores quærentes foro cedunt, alioq; ſeſe conferunt, Aſſeſſores item annonæ & temporis difficultatem ac pericula unà cum alijs ſuis grauaminibus exhibentes, maius ac luculentius ſtipendiū petiuerunt. Quocirca præſtantioribus aptioribusq; uiris maior ut detur hocce apud tribunal Imperialis Cameræ cōmorandi perſeuerandiq;, aut eò etiā ueniendi occaſio, in hāc ſententiam itū eſt ab omnibus Electorum, Principum & ſtatuum deſignatis conſiliarijs, mandatarijs & nuncijs conſentientibus & concludentibus in hunc finem conſtituendo ac ordinando, ut deinceps Aſſeſſoribus ſtatuū ſalariū amplietur, ita ut cùm hactenus 16. batzenſibus, aut 64. Cruceris florenus numeratus fuerit, porrò 77. Cruceris à Calendis Aprilibus, anni 58. inchoando numeretur ac perſoluatur.

Formula iuriſiurandi correcta.

In uiſitatione autem 56. anni, comperto ordinationis Ca- 15
meræ ſolito iureiurando, quod per ſuſceptas perſonas præ-
ſtatur, hanc appendicem additam eſſe in hæc uerba, uidelicet,
Cęterùm & hoc Cęſareæ Maieſtatis mandatum eſt, ut fidem
habeatis, ut iuretis ipſi Cæſareæ Maieſtati et Imperio fidos ac
obſequentes uos exhibituros eſſe: Eius Maieſtatis atq; Imperij
iuriſdictionē quantum in uobis fideliter conſeruaturos, neq;
re neq; cōſilio contrà ituros, quinimò ſi quid in diuerſum quis
machinari conaretur, eum eosq; omni ſtudio atq; diligentia à
tali propoſito auerſuros, ac alia omnia facturos eſſe, quæ uos
ex cōſtitutione decebunt, abſq; dolo et fraude. Hęc eadem aūt
appendix talis eſt, tamq; benè ac pręmeditatè poſita, ut dicto
iureiurando rectè adhæreat, ac ita relinquatur. Vt autem fir-
mius certiusq; appendix iſta unà cum cæteris clauſulis tenore
iuramenti contentis, illis ipſis perſonis ad Cameræ Imperialis
Iudicium ſuſcipiendis proponatur, omnibusq; alijs innote-
ſcat, uolumus omnino atq; iubemus eodem robore ac firmita-
te, qua et alia ordinationi Cameræ Iudicij inſerta eandē ipſam
appendicem approbatam eſſe atq; obſeruari.

Quod attinet ad ea, quæ mota ſunt circa titulū in ordinati- 16
one Cameræ loquentem de tranſgreſsionibus cōmunis ac pu-
blicæ pacis, nimirū quæ de eis queri agiq; poſsit &c. ſuper ult.
§ incip. Et ſiquidē ita coram noſtro Cameræ Iudicio, tit 9. in
2. parte ordinationis, ut ijſdē inſitis caſibus prętereà ad clario-
rem melioremq; intelligentiam addat, uidelicet, ſi eiuſmodi in
caſibus ad mulctā & pecuniariam pœnam agitur, Rei hęredes
non minus pro mulcta læſionis ergò teneantur et obligentur.
Hinc ſtatuimus & ordinamus, ut quocunq; tempore tales incide-
rint caſus, et ad mulctā agat, prętor et cōſeſſores uigore publi
cæ pacis, ordinationisq; Camerę Iudicij, quod eſt Iuris cōmunis
ſcripti aduerſus hæredes promulgare atq; decernere debent.

Etſi quoq; titulo 53. in parte tertia ordinationis Cameræ
Iudicij de reuiſione ex inſpectione actorum, quidnam in caſi- 17
bus reuiſionis & Syndicatus fiat, matura deliberatione proui-
ſum ſit: Nihilominus tamen cùm quidam irrequieti homines
reuiſionem & Syndicatum petiuerint, idq; per amicum noſtrū
Archiepiſcopum Moguntinum ui ordinationis ſcripto exe-
gerint, atq; in futurum forſan alij ſimiliter poſtulaturi eſſent:
ſed uiſitationis tempore, quando eiuſmodi Reuiſio & Syndica
tus tractari debebant, à cœpto ſuo abſq; certificatione deſi-
nunt, quo fit ut inſpectores atq; etiam Conſeſſores hi, qui tem
pore latarum ſententiarum in tribunali prętò fuerant, relictis
officijs, etiamſi compareant, expenſis & laboribus inutilibus
grauan-

grauantur. Quamuis igitur dicta Reuiſio & Syndicatus petentibus partibus deneganda non ſint, eſt tamen eiuſmodi temeritati obuiandum. Proinde ſtatuimus, ordinamus ac uolumus, ut ordinatio ſeu conſtitutio ſub dicto titulo in talibus emendetur, ac tempus duorum Menſium ante Calendas Maias comparendi per amicum noſtrum Archiepiſcopū ac Principem Electorem Moguntinenſem in Citatione ad tres Menſes prorogetur, ſtatuaturq́. Quòd ſi tunc quis quiue ſcripto, teſte ac Indice ab intimata Reuiſione aut Syndicatu cedet, eaq́; non proſequetur aut proſequi uoluerit, idq́; ante uiſitationem ſex ſeptimanis, in quibus Reuiſio aut Syndicatus ſuum progreſſum habitura erat, Moguntinenſi Cancellariæ certò ſignificet, quo uocati inſpectores, Prætor item & Confeſſores indicto termino renunciare poſſint, refuſis mox quoque expenſis factis, quas ille, illiue, qui indicato termino renunciant refundere tenentur, nullam præterea mulctam aliam expectaturi, ac ſic quidem à cœpta reuiſione aut Syndicatu abſq; damno abſtinere atq; deſiſtere poterunt.

18 Caſu autem quo renunciatio termini ſex ſeptimanarum nulla fieret, ac reuiſionis aut Syndicatus petitorū præſumptio ſiue inſtantia friuola ac temeraria exiſtimaretur, in illos debito modo iuxta qualitatem perſonæ cauſæq́; Reuiſionis aut Syndicatus, Commiſſariorū & uiſitatorum arbitratu animaduerſio fiat, unà cum refuſione expenſarū ea occaſione factarum, ſaluo eodem firmoq́;, ueluti in ordinatione ponitur, titulo.

19 Ordinamus ac uolumus quoq;, ut paragrapho conſtitutionis Cameræ Iudicij inchoāti, Aſſeſſores acta etc. tit. 13. de Confeſſorū officio uel ſenatu, in prima parte ad finem, ut ſequitur, apponatur. Preterea ſuos miniſtros iureiurando denūciant, ne heros ſeu dominos ſuos manifeſtent: & ſi ultrò fortè caſuue ſecreta actorum & Iudicij reſcierint, occultent, nec aperiant.

20 Quandoquidem & non minima definiendarum cauſarum mora inde oritur, cùm Aſſeſſores plurimas cauſas habentes, ad eas referendas parati ſint, officia pro rerum ſuarum conditione & qualitate dimittant, ſicq́; cauſæ non relatæ iaceant, ac alijs manentibus Confeſſoribus recens, deq́; nouo diſtribuantur, ex quo non ſolùm permaxima, diſpendioſaq́; retardatio & impedimenta cauſarum partibus, uerùm etiam duplex moleſtia laborq́; conſequuntur. Proinde ſancimus, ordinamus ac uolumus, ut diſcedentes Confeſſores quouis tempore renunciatione ſtatus ſeu conditionis ſuæ cōfeſtim prætori acta perlecta ad referendū offerendo indicent, ut omni tempore prætor iuxta ſtatum qualitatemq́; eorundem actorū & cauſarum

de ſuper decernat, quæ acta quoq; ordine ad referendum acceptentur, ita ut diſcedens conſeſſor omnia quæ penes ſe habuerit acta, lecta prius atq; reuiſa didicerit, ea maximè in quibus ad referendum ac correferendum paratus eſt, ante diſceſſum ſuum abſoluat, ſeq; indicio iſto liberet, cum hac prætoris & conſeſſorum modeſtia & diſcretione, ne abiens protinus uno conſeſſu ſenatúue omnia acta, ſed ex qualitate & opportunitate in alio quoque ſenatus conſeſſu ad referendum admittatur.

Poſtquam & hoc compertum eſt per abſentationem moramq; longam prætoris, præſidentium, conſeſſorum, Adminiſtratoris, Aduocatorum, Procuratorum, cæterorumq; Cameræ Iudicij hominum cauſas quandoq; mirabiliter impeditas eſſe hactenus, nemini iſtarũ perſonarum deinceps amplius ſex ſeptimanis, incluſis quoq; ferijs toto anno excurrendi ſiue emanendi concedatur facultas, niſi prægnantes fortè & ineuitabiles cauſæ emerſerint, ut alicui æſtimatione prætoris & conſeſſorum ulterius abſentandi ſpacium indulgeatur, eidem nihilo ſecius tamen ſalarium reliqui ultra ſex hebdomadarum temporis emanſi detrahatur ac decurtetur. Alij uerò, qui ſine indulto ultra dictas ſex hebdomadas abſint, non mercede ſua mulctentur ſolùm, uerùm etiã ad cenſuram prætoris & conſeſſorum pœna plectentur. 21

Aſſeſſores item ſingulis ſeptimanis in uacantia tres dies, ut antea quoq; ex more factum eſt, ſenatum accedant, negociaq; ibidem exequantur. 22

Quamuis & titulo, de Iudicis Cameræ officio in ſenatu §. Nec Iudex Cameræ concedat &c. in prima parte ordinationis, ut cauſæ pleno in ſenatu omnium conſeſſorum, ſicubi non aliter poſtulet neceſsitas, non deliberentur, cautum ſit: nihilominus dein ut hactenus Aduocati & Procuratores in communi conſilio, extra ſolitas eius horas tamen, quoties prætori conſultum eſſe uidebitur, admitti, ac omnes conſeſſores interea audiri poterunt. Quod autem ad tabularios attinet, ijdem per Iudicem aut præſidentes cum nonnullis conſeſſoribus, ac præſente quidem Adminiſtratore recipiantur. 23

De Notarijs. Ordinamus porrò, uolumusq;, ut diſpoſitio ſub titulo 39. de Notarijs in prima parte retineatur. Si qui Notarij extra Iudicium Imperialis Cameræ degentes, documenta legalitatis ſuæ in Archiuum Cancellariæ mittant, & à Prætore, duobus item conſeſſoribus & Adminiſtratore ſufficientia cognoſcantur, haud alia ſupplicatione de eadem re, aut decreto conſeſſorum prætercea fuerit neceſſe. 24

Cæterùm

25 Cæterùm in paragrapho, Si præterea dicti ſtatus, aut Circi &c. titulo quarto, prima parte, de præſentatione ex officio ſtatuente, Sancimus ac uolumus, ne quod utriuſq; Religionis ergò ui Auguſtani Anno 1555. decreti, factiq́ꝫ receſſus diſcrimen, aut differentia obſeruetur. *Auguſtanũ Anno 1555. edictum.*

26 Quanquam autem in uiſitatione Cæſarei tribunalis Cameræ Anno 50. ac ſequenti receſſu Auguſtano Anno 51. ponebatur, ubi ſupplicationes offerrentur, in quibus petitio non ex narratis de Iure ſequatur, attamen in fine eiuſdem, clauſula ſalutaris ijſdem & ſimilibus uerbis, ut ibidem ſubdatur, quòd tunc eo reſpectu Prætor & Conſeſſores dicaſterij Cameræ nõ attento eo, petitionem nec in ſpecie, nec formaliter, nec concluſiuè ad propoſita narrata factam eſſe, proferre tamen atque decernere debeant, quicquid de Iure pronunciandum decernendumq́; fuerit, quodq́; ſupplicans in ſpecie petere potuiſſet, debuiſſetq́;, rurſus eadem clauſula in ſequentis anni uiſitatione abrogata, ſed nunc ex actis inſpectionis Anno 56. ea denuò incidente ac deliberata uiſum eſt, eandem clauſulam cauſis ad id mouentibus inſtaurandam eſſe ac reponendam. Nihilo tamen ſecius cùm prægnantes, fundatæ, atq; releuantes motiuæ in huius rei conſultatione proditæ prolatæq́; ſint, præcipuè ad uarias multijugasq́ꝫ impertinentias in conſilijs & Cancellaria uitandas: Idcircò ſtatuimus & ordinamus, ut hæc clauſula in ſupplicationibus locum non habeat, quinimò Prętor & Conſeſſores tenore ordinationis, uiq́; Iuris communis, ac iuxta conſuetudinem uſumq́; dicaſterij Imperialis Cameræ in talibus ſe, ut decet, gerant. *Clauſula ſalutaris.*

27 Inſuper ad euitandas alias quoq; impertinentias ac ſuſpitiones, duo fratres de cætero, quorum alter ſit conſeſſor, alter Procurator, ad tribunal Cameræ Imperialis non recipiantur, nec admittantur.

28 Quæ porrò Cancellariæ Imperialis Iudicij Cameræ Adminiſtratorem ſpectant, & perſonas Cancellariæ adiunctas, ueluti Protonotarios, Notarios, Lectores, aliósque eiuſdem ordinis, in ijs deinceps Adminiſtrator à nemine impediatur, quin ſuo in officio maneat impeditus, eiq́; liceat in Senatum uenire, & Archiua ſeu conclauia Cancellariæ quoties libet ingredi. Notarij item, Lectores, ac aliæ Cancellariæ perſonæ debitum ei obſequium præſtent, moremq́; gerant poſtulanti de Regiſtraturis, laboribusq́ꝫ conuenientem rationem reddentes, ut tenentur. Et quòd poſsit idem Adminiſtrator Lectores, alioſq́; Cancellariæ addictos eò adigere, ut id quod ex

officio, functioneq́; ſua debent, præſtent, iuxta præſcriptam ordinationem & conſuetudiuem.

Archipræſul autem & Elector Moguntinus, ceu Archicancellarius prouidebit Cancellariæ tribunalis Cameræ quouis tempore de aptis idoneisq́; perſonis, prout fuerit neceſſe. 29

Et ſi quid deinceps in Cancellaria, eiusq́; officiatis & miniſtris, utpote Protonotarijs, Notarijs, Lectoribus, Secretarijs, Ingroſsiſtis, transſcriptoribus, alijsq́; eiuſmodi hominibus deficiens admiſſumue fuerit, aut ipſorum culpa, aut iniuncti muneris negligentia, Archipræſulis & Electoris Moguntini erit, ceu Archicancellarij ſacri per Germaniam Imperij, in tales Cancellariæ perſonas, medio ipſorum iuramento, Iudicio Cameræ præſtito, commeritos inquirere, atq; ex ordinationis poteſtate emendare atq; corrigere. 30

Si uerò dicti homines Cancellarici inquiſitione facta, defectibus atq; exceſsibus compertis reformari noluerint, aut culpa delicti dimittendi ſint, idem Archipræſul in eos animaduertendi ſibi faciat poteſtatem. Saluo tamen Prætori Cameræ Iudicij & Conſeſſoribus ſuo plectendi Iure, iuxta conſtitutionem, ex qualitate delicti, uiſitationeq́; generali ac ordinatione, quibus in hac re nihil derogatur. 31

Quòd autem litigatores quandoq; aut Procuratores taxas laborum Cancellariæ petere ſoluereq́; recuſant, ſtatuimus & ordinamus, cùm uel ad partium uel Procuratorum interpellationem literæ ſententiarum, Proceſſuumq́; aliorum deſcriptæ fuerint, ſiue Procuratores, ſiue principales ipſi in Cancellaria pro copijs redimendis interpellauerint, minimè illas relinquant, ſed redimere atq; exoluere teneantur. 32

Similiter cùm Procuratores pro laboribus, aut alijs Cancellariæ debitis ſeſe obſtrinxerint, eã & abſq; recuſatione exoluant, nec ad partes ipſas reijciant ſolutionem, idq́; Prætoris & Conſeſſorum ad Receptoris interpellationem compulſu. 33

Poſtquàm uerò taxati labores, quorum nomine cum Cancellaria partes tranſigere, ſeq́; componere tenentur: diligentia omni adhibita difficilimè poterunt à partibus aut Procuratoribus earum obtineri, atqui tamen æquum dignumq́; eſt, Cancellariæ de precio atq; labore ut reſpondeatur, in quam rem magni eſt momenti Procuratorum induſtria. Ideircò tales computatos labores, aliaq́; Cancellariæ debita à partibus Procuratores acri cura & ſolicitudine tum uoce tum ſcripto petant, & quicquid ſolutum fuerit, ſtatim Cancellariæ reddant, quemadmodũ & ab eius Adminiſtratore & Receptore interpellati dignum fide ſpecimen ſuæ diligentiæ præbere 34

tenentur. Hæc autem facere detrectantes Prætoris & Conſeſſorum cenſura puniantur.

35 Caſu autem quo prædicta Cancellarici laboris ſupputatio ſeu taxa non exolueretur, & Aduocatus fortè uel Procurator quiſpiam ſalarij ſui aut mercedis ſeu precij deſeruiti cauſa contra partem ſibi Monitorium dari peteret ad ſolutionem faciendam, ac eadem pars litigans Cancellariæ quoq; ſiue de laboribus ſiue alia cauſa obligaretur, talia debita eidem Monitorio ſimul inſerta per Procuratores iudicialiter unà cum ſalarijs eorum exigantur.

36 Porrò ſui Cancellariæ labores ſi deberentur, ſiue alia debita pars quæpiã litigans obligaretur, Procuratori tamen eiuſdem partis nullo Monitorio opus eſſet, uerùm quò nihilominus tamen Cancellariæ ſuum prę̃ſtetur, atq; in eo manuteneatur, fiſcalis quidem erit officij, talia Monitoria & Proceſſus ad extorquenda Cancellariæ debita uentilare.

37 Cùm et acciderit nuper, quoſdam ab iniunctis ſibi functionibus atq; officijs deſitos, nec alios aptos & idoneos mox ſuum in locum ſufficere potuiſſe, quin & recentes nouosq; rerũ illarum rudes & imperitos fuiſſe: unde & in ſenatu, audientijs publicis, & Cancellaria de tali deficientia querelæ ortæ ſunt: Hinc ſtatuimus, ordinamus ac uolumus, ut Cancellarici homines, uidelicet, Adminiſtrator, Protonotarij, Notarij, & Lectores ſemeſtri ſpacio antè miſsionem petant, quàm abeant. Econtrà ſi dimittendi aliqui fuerint, æqualitate ſeruata tantundem ipſis ſpacij quoq; tribuatur.

38 Quoniamquidem & munerum quorundam Cancellariorum ratio non fert, ut duæ perſonæ eiuſdem officij eodem ſimul tempore diſcedant, quod ferè citra diſpendium tribunalis Imperatorij fieri nequit, ob id ſi quiſpiam ſuo officio cedere uelit, alter eiuſdẽ muneris collega ſuũ intra trimeſtre haudquaq; relinquat, ac quidem donec recens ille atq; nouitius ſucceſſor rerũ talium aptior aliquatenus atq; peritior efficiatur.

39 Cancellaricæ autem perſonæ non niſi à Prætore, conſcio quoq; Adminiſtratore, ubi miſsionem petierint, re ita, temporeq́; permittente, abitionis ueniam obtineant.

40 Hoc ordine curaq; fiſcalis ſuum Protocollum obſeruet, eóque incumbat, ut & in ueterioribus cauſis primùm procedatur, et æqualitas conſeruetur, ne quis præ alio fortè grauetur, non attentis quibuſuis alijs extraordinarijs mandatis, niſi cum prænotione & aſſenſu noſtro, communiumq́; Imperij Statuum edita, & fiſcali denunciata fuerint. Porrò quod attinet ad loca ſeu ciuitates contribuendarum pecuniarum, ut ex ſin-

gulis Menſibus fiſcali, quid contributum ſit, eius proceſſuum cauſa ſignificent, ciuitatibus autem graue forſan ac moleſtum uidetur, eam ſingulis Menſibus indicationem fieri, quocirca tale prorogamus ſpacium in bimeſtre totum, quippe ut ſexies per annum taliuſmodi à ciuitatibus contributionum fiat indicatio, quæ ſi facta ſtatuto tempore non fuerit, illo loco debitam contributionem fiſcalis non eſſe factam putet, ſeq; deinceps, ut exigit proceſſus, gerat.

Iam & in hoc dicaſterio Cæſareo uſus edocuit, quoſdam Procuratorio munere tantùm defungi, & ſimul clientibus aduocare nolle, maximè ſi quoque alios Aduocatos non adſciſcant, ex quo liquet, decreto uiſitationis Anno 51. ea in parte hactenus non fuiſſe obſecutum. Itaq; rurſus præcipiendo acriter ſtatuimus atque decernimus, ut Procuratores medijs ipſorum iuramentis, quibus Imperiali Iudicio Cameræ obſtricti ſunt, ne qua porrò clientibus utrunq; munus tum procurationis tum Aduocationis requiſiti præſtare recuſent, neque ita illos grauent alios Aduocatos quærendo, quin aliquantò pauciores cauſas liteſue ſuſcipiant, quo partibus & aduocando & procurando maiori uſui utilitatiq; eſſe poſsint, niſi in ea re Prætor & Confeſſores certis ac iuſtis de cauſis & rationibus parcendum illis fore exiſtimauerint. 41

Cæterùm ſtatuimus quoq;, ordinamus ac uolumus, ne porrò immoderatis ſubarrationibus, ſalarijſue clientes prægrauent Procuratores, nec ignaris illis ad alios Aduocatos cauſas liteſq; deuoluant, ſed eas quas quiſque ſuſcepit aduocet. Quòd ſi quidem iunioribus omninò uti uoluerint Doctoribus in eiſdem fortè cauſis, conſcijs id partibus ipſis fiat. Attamen nihilominus eorundem Aduocatorum producta, res, actaq; diligenter examinent prius atq; cognoſcant ſic, ut ne quid diligentiæ curæq; deſiderari, aut contrà negligentiæ admiſſum eſſe uideri poſsit. 42

Procuratores item & Aduocati ad annua ſtipendia clientes ſeu precia expectatiua præſtāda ne adigant, nec ad ea inuitos propellant, grauentue comminationibus, multò uerùm minus alias pactiones aut pacta, de quota litis remuneratoria, aliaſue iniquas, iniuſtas, improbaſue graueſue conuentiones faciant, ſed ſi ex æquitate ſeſe mutuò concordare nequeant, taxa Iudiciali ſecundum ordinationem ſint contenti. Tranſgreſſores autem præterquàm quòd talia pacta, & conuentiones nullius ſunt momenti, nec partes uinciunt, Procuratores priuatione ſtatus ſui corripiantur, aut alio modo, iuxta qualitatem delicti puniantur. Iam & cùm operam ſuam laboremq; 43

æſtimari

æſtimari cupiunt Procuratores, prius quid à partibus litigantibus acceperint, indicabunt, ſub tali quidem in delinquentes mulcta, ut prima culpa uiginti florenis, altera quadraginta abſq; remiſsione aut indulgentia redimatur. Tertia uerò culpa ſeu tranſgreſsione ſtatu ſuo priuentur dejcianturq;.

44 Quòd ſi duo forſan Principes et domini uno aliquo codemque coram tribunali Cameræ Procuratore utentes cauſas habeant aduerſarias, aut porrò ſint habituri, idem ille Procurator abſq; prænotione conſenſuq; ſui principalis, alij Procuratori eandem litem cauſamue non tradat.

45 Etſi prætor, ut ſuprà ponitur, ſex ſeptimanas, inclufis ferijs, nec amplius, Procuratoribus indulſerit, ut ea de re ſubſtitutionibus opus habeant, plenè ſubſtitutos de cauſa inſtruant oportet: Abſq; autem ſufficienti informatione, nemo ſe prorſus ſubſtitui patiatur, quò magis non neceſſariæ ſubmiſsiones præcaueantur, ſub pœna ordinationis.

46 Aduocati autem & Procuratores Cæſarei Iudicij Cameræ in petenda à prætore peregrè proficiſcendi uenia, eam quidem ab illo coram atq; in perſona ſecundum ordinationem petant: Intra uerò ciuitatem manentes caſibus ita accidentibus per alios id facere poterunt.

47 Item quod tricesimo titulo in priori ordinationis parte, de amborum Lectorum officio ita ponitur, uidelicet, ambo Lectores Notarijs in completione actorum ſint adminiculo, declaramus ac elucidamus ſequenti ſic conſtituendum eſſe, nimirum, ambo Lectores explicato ſuo in Cameris iuſto atque ordinario labore, aut alioqui nullis alijs negocijs occupati, ad co npleanda acta in Cancellaria Notarijs ferant ſuppetias, diligenter aduertentes ne quæ cauſæ aliæ in Cancellariam perferantur, quàm quibus ſolis complendis fuerit opus.

48 Fiſci nomine & hoc in uiſitationibus proponebat, quamuis duo ad fiſcales cauſas in ordinatione deputati fuerant, re ipſa compertum eſt tamen, decreta indifferenter referri, idq; alijs litibus remoræ atq; impedimento eſſe, interdum deſignatis à relationibus ordinarijs ad fiſcalium decretorum expeditionem euocatis, ſicq; relationibus ipſis impeditis: Quocirca ordinamus ac uolumus ijs duobus inſuper alios duos adiungi, qui pariter quidem extra diffinitiuas reliquas omnes fiſcalium cauſarum interlocutorias, attamẽ extra ordinem, quemadmodum ab antiquo conſuetum fuit, concipiant atq; complectantur, ne hiſce ſenatus totus oneretur, aut etiam relationes ordinariæ impediantur, quin potius mutua ope ac uiciſsitudine

tudine pleraq; omnia expediantur. Dimidio autem anno quo-
libet effluxo, ueterum deſignatorum unus, ac item recentium
unus ſenatum exeat, in quorum locum alij duo ſubdantur, ut
& hac uiciſsitudine, ſinguli conſeſſores fiſcalium cauſarum ac
proceſſuum cognitionem ſibi parent, & duo illi ſoli tali onere
perpetuò non prægrauentur.

Eſt quoq; Aduocatorum & Procuratorum nomine mul- 49
torum indicatu in uiſitationibus prolatum, pleraſq; litiganti-
um ceu partium ſuarum controuerſias tranſigi atq; componi,
idq; ſæpenumero Prætorem & Conſeſſores latere, ex quo fi-
at, ut nihilo ſecius tamen in eiſdem litibus cauſiſq; ſententiæ
concipiantur, ac fruſtrà quandoq; pronuncientur, in Iudicij
dedecus atq; contemptum, tum quoq; ad Iudicum pariter &
Cancellariæ uanum laborem, alijs interea litibus impeditis ac
remoratis. Hinc ſtatuimus, ordinamus ac uolumus, ut articu-
lo ſub titulo, Quæ cauſæ coram deputatis poſt Iudicialem
audientiam agendæ ſint, parte tertia § item, Quando Procu-
ratores indicare uolunt &c. Vbi de cauſis concluſis nulla fit
mentio, ſequens tenor ponatur ac ſeruetur, nempe, Singuli
Procuratores ſuarum partium cauſas concluſas aut tranſ-
actas Prætori Iudicij Cameræ & Conſeſſoribus quoq; indi-
cent. Cæterùm omittentes idipſum negligenteſue, ſiue unus
ſit, ſiue plures alij, arbitraria Prætoris ſimul & Conſeſſorum
Cameræ pœna mulctentur.

Quanquam & hoc in conſultationibus emicuit, etiamſi pri 50
ma dilatio ui ordinationis hinc inde quandoq; conſenſu per-
mittatur, non Aduocatis tamen & Procuratoribus commiſsi-
ones abſq; ulteriori in ſpecie Iudiciali decreto dari, qua mora
lites haud mediocriter ſæpè prolongantur. Id nunc quidem
in memoriam reuocantes comperimus, prioribus tempori-
bus expreſsè de ea re cautum non fuiſſe. Poſtquam uerò idem
articulus hunc in modum allegatus, litesq; hoc in Iudicio eò
redierunt, ut in deſignatorum ſeu Commiſſariorum iuriſdi-
ctione fundanda, decreta Iudicialia promulgantur: ne qua igi
tur inde controuerſijs partibuſue remoratio diſpendioſa ob-
oriatur, ſimul atq; hinc inde prima dilatio, deſignatioq;, adeoq;
ipſa Commiſsio conceſſa fuerit, Prætor incontinenti hoc aut
ſimili uerbo (decernimus) pronunciet ſtatuatq;.

Porrò deſignati noſtri, alijq; coordinatorum Electorum, 51
Principum & Statuum conſiliarij, Mandatarij, & nunc præ-
ter ſupradictos articulos, Relationum, Decretorum, Receſſu-
um, taliumq; in conſultationibus tractatorum etiam ſchedam
illam memorialem in Comitijs Auguſtanis Anno 55. exhibi-

tam in mentem reuocauerunt, eamq́; uigore Ratiſponenſis Commiſsionis in tractationem deliberationemq́; uenire uolebant, uerùm enimuero cum ipſa deliberatione apparuiſſent graues adeò atque prægnantes articuli eiuſdem ſcædæ memorialis, & quidem grauamina uiſitationis Anno 56. comprehendi, ut abſq; prætoris & conſeſſorum poſtulato reſponſo commodè nunc explicari non poſſent, nec illorum Apologiæ ad Comitia Ratiſponenſia dum perlatæ eſſent, adeoq́; per ſeſe rerum earum tractatio prolixa atque difficilis eſſet, nec breui temporis ſpacio abſolui poſſe uideretur, ſcædam illam unà cum notatis grauaminibus in aliud tempus reijcere fuit omnino multis de cauſis neceſſarium. Itaq; rem hanc totam communibus adhuc ſtatibus ferè ignotam, attamen omnes concernentem, in futuro Imperij cœtu duximus proponendam, de ijs omnibus id quod decebit porrò deliberaturi. Interea Prætor & Conſeſſores, quod æquum eſſe bonúmque arbitrantur, in cauſis caſibusq; incidentibus ſtatuant ac proſequantur.

52 Hos articulos, hasq́; conſtitutiones, ordinationes & ſtatuta prætor & conſeſſores, cæteraq́; dicaſterij Imperialis Cameræ perſonæ, in quantum ſingulós concernunt, medijs eorum iuramentis, quibus Cæſareæ Maieſtati dilecto fratri & domino noſtro, ac tribunali ipſi deuincti ſunt, iniungimus ſeruanda cuſtodiendaq́;, necnon Proceſſum quoque Iudicialem ad partium litigantium profectum & utilitatem: Similiter & Cameræ Iudicij conſtitutionem nuper Auguſtæ Anno 55. reuiſam unà cum receſſu in omnibus punctis & articulis firmiter ſeruandam & exequendam eſſe. Quod ſi qua minus fiet, deficientiaq́; aliqua appareat, quouis tempore correctio atq; emendatio adhibeatur. Reuiſa Cameræ Iudicij ordinatio Auguſtana Anno 1555. tota ſeruanda eſt.

53 Omnia hæc & ſingula ſuprà ſcripta, Cæſaream Maieſtatem, dilectum fratrem ac dominum noſtrum, noſq́; tangentia pollicemur atque promittimus ex Regia noſtra dignitate, & uerborum ſtipulatione certò, inuiolabiliter & rectè obſeruaturos ac proſecuturos, nec in contrarium quicquam molituros eſſe, agendo, edendóue, neq; alijs noſtro nomine permiſſuros, ſine dolo & fraude. In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum regium Receſſui huic atque decreto appendi fecimus.

54 Noſq́; Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, & Dominorum, ſacriq́; Romani Imperij liberarum ciuitatum conſiliarij, mandatarij & Legati infrà ſcripti fatemur palàm, publiceq́;, gratioſiſsimorum, gratioſorumq́; Dominorum ac

Magi-

Magiſtratuum noſtrorum nomine communiumq́; ſacri Imperij ſtatuum hoc receſſu mediante omnia & ſingula ſuprà dicta puncta & articulos, ſcientia, uoluntate, conſilioq́; noſtro inchoata atq; finita eſſe. Conſentientes quoq; in ea omnia & ſingula, dominorum & Magiſtratuum noſtrorum, communiumq́; ſacri Imperij ſtatuum loco, ceu mandatarij huius ui uirtuteq́; receſſus. Quæ etiam ui uirtuteq́; ſuprà dicti Ratiſponenſis receſſus communiter concluſi articuli, conſtitutiones & ſtatuta à communibus ſacri Imperij ſtatibus uerè, firmiter, atq; irrefragabiliter obſeruari perficiq́; debent ſine dolo.

Sunt autem hi ſubſcripti Cæſareæ Maieſtatis deſignati ſeu Commiſſarij, & Electorum, Principum, & Statuum conſiliarij, mandatarij & nuncij &c. 55

Datum in noſtra Regis Ferdinandi, & ſacri Imperij ciuitate Spira 16. die Auguſti, Anno poſt Chriſti domini noſtri natiuitatem Milleſimo quingenteſimo, & quinquageſimo ſeptimo, Noſtrorum uerò regnorum, Romani quidem uigeſimo ſeptimo, & cæterorum triceſimo primo.

Finis Regij Decreti ſeu Receſſus Spirenſis de anno 1557. Doctore Iuſtino Goblero Goarino interprete.

1559. # PVNCTVM EX RECESSV AVGVSTANORVM COmitiorum,

Anno Domini 1559. Romanæ Cæſareæ Maieſtatis Ferdinandi primi Imperatoris, Tranſactionem Pataulenſem de Religione & pace publica &c. omnibus modis atq; perpetuò eſſe ſeruandam. Appendix Cæſarea.

QVANQVAM nos, pariter & Principes Electores, ac Status, abſentiumq́; conſiliarij, Legati & nuncij nihil libentius uidiſſemus, quàm ut dictum Colloquium fructum ſuum & effectum ſperatum fuiſſet conſecutum: cùm autem idipſum quemadmodum & priora quædam colloquia parum utilitatis attulere, talisq́; uia colloquendi uel colloquiorum diſcordias illas in Chriſtiana religione non tollat, nec iam ultrà progredi poſsit: diligenti igitur ac matura, ſedulaq́; Principum Electorum, aliorumq́; Principum, Statuum item, & abſentium, conſiliariorum, Legatorum & nunciorum deliberatione prius habitá, è re, conſilioq́; fore uiſum eſt, tractationem religionis in aliud commodius ac magis opportunum tempus reponere; ita quidem ut nihilo-

nihilominus tranſactio Patauienſis, & dein ſecuta anno quin-
quageſimo quinto Religionis publicæq; pacis conſtitutio, ac
horum manutentio & executio hic facta perpetuò uigere ua-
lereq; debeat. Quapropter de omnibus & ſingulis ſtatibus
coniunctim & diuiſim confiſi ſtatuimus & ordinamus ac uo-
lumus iam dictam Tranſactionem Patauienſem poſt illa ſecu-
tam, & hoc in loco, Anno quinquageſimo quinto de Religio-
ne, ac publica pace unà cum earundem manutentione & exe-
cutione ſancitam firmiter ac inuiolabiliter obſeruandam eſſe,
& obſeruari, iuxta ſtipulationes atq; promiſſa in dicto Receſ-
ſu Auguſtano latius poſita & conſcripta.

DIVI CAESARIS
AC ROMANORVM IMPERATO-
ris Maximiliani primi, ſemper Auguſti, conſtitutio publi- 1512.
ca de Notarijs & tabellionibus, eorumq; officio.

ORDINATIO A SACRA ROMA-
NA CAESAREA MAIESTATE SVPER OFFICII *Vetus translatio incerto interprete.*
Notariatus exercitio, edita Coloniæ, decima Menſis Octobris.
Anno Domini Milleſimoquingenteſimo, duodecimo.

MAXIMILIANVS diuina fauente clementia,
electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus,
ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c.
Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotha-
ringiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ,
Lucemburgiæ & Geldriæ. Landgrauius Alſatiæ, Princeps
Sueuiæ, Palatinus in Habſpurg & Hannoniæ. Princeps & Co
mes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Artheſij, Holan-
diæ, Selandiæ, Foretis, in Kiburg, Nomurcij et Dusburgij. Mar
chio ſacri Romani Imperij ſuper Anaſum & Burgouiæ. Do-
minus Phriſiæ, Marchiæ, Sclauonicæ, Mechliniæ, Portuo-
ſuaonis & Salinarum. Gloria Reipublicæ decusq; totius Ro-
mani Imperij &c. Subditorum utilitas, in quorum proſperi-
tate utiq; proſperamur. Nos qui ſuperna prouiſione, & non
noſtris meritis, ad culmen Imperialis ſeu Cæſareæ dignitatis
& plenitudinem poteſtatis ſublimati ſumus, inducunt, ut non
ſolùm ad ea quæ ad augmentum & ſublimationem Imperij,
ſed et ad ea quæ ad reformationem deformitatum, correctio-
nem errorũ, & defectuum emendationem pertinent, ac peri-
culorum ſubmotionem, quæ in Republica aliquando con-

tingunt, et ſubditis quotidiè imminent, aciem noſtræ conſiderationis dirigamus, hinc in initio regiminis noſtri, & ſuſceptę adminiſtrationis in Imperio pro iuſtitia & pace conſeruanda, quæ tunc quodammodo in finibus Imperij exulauerunt, certas, per quas celerius cauſę in iuſtitia expediantur, et illi qui pacē turbare conanť, acrius quàm antè coherceantur & comprimantur, edidimus ordinationes. Verùm quia nedum pro iuſtitia & pace manutenenda, ſed etiam quæ quotidiè in Republica & ſubditis occurrunt, tabellionatus ſeu tabellariorũ officium perutile & neceſſarium exiſtat, per quod placita, uota & geſta hominũ (ne memoriæ labilitati ſeu obliuioni ſubdantur) per ſcripturæ miniſterium certæ & perpetuæ memoriæ traduntur, publicisq; firmantur documentis. Et quamplurimi Notarij ſeu Tabelliones & ſe ſaltem officio Notariatus ingerentes in Imperio (ut per experientiam didicimus, multorumq; accepimus clamore) defectuoſi & indigni inueniantur: tamen ratione conditionis & qualitatis perſonæ, tum ratione defectus etiam ſcientiæ & morum, ac qui aliàs multipliciter inutiles exiſtunt, utpote aliqui ſeruili conditioni aſtricti, alij de falſo, præſertim etiam circa tale officium Notariatus conuicti, aut etiam alijs criminibus irretiti, ſeu publicè diffamati, alij negligentes, nonnulli indocti & imperiti, & quorum imperitia, negligentia et malitia innumeros homines defraudari, negligi & grauari non eſt dubium. Ad obuiandum igitur huiuſmodi periculis, & defectibus neceſſarium etiam putamus deſuper fieri prouiſionem uiriſq; doctrina & harum rerũ experientia ſuffultis mandauimus, qui noſtra autoritate præſertim ordinationem cõpilauerunt. Quam cùm nobis obtuliſſent, eamq; diligenti ſtudio perlegiſſemus, animaduertiſſemusq; multiplicē eius fructus & utilitatē, ipſamq; noſtra Imperiali autoritate de noſtrorum ac ſacri Romani Imperij electorũ, Principumq; et Statuum aliorũ conſilio confirmamus, approbamus, atq; pleniſsimum robur attribuimus, atq; per uniuerſum Romanũ Imperiũ diuulgari præcipimus.

Hanc igitur ſaluberrimam reformationem & ordinationem ſtudeãt Notarij publici, ad quos præcipuè pro Notariatu, officiorum exercitio & practica ipſa porrigetur, humili deuotione amplecti, ſummaq; diligentia ſeruare, ac iuxta eandem & alia quæ ſuis in iuramentis ſuper huiuſmodi officijs præſtitis, uel etiam à Iure communi, uel locorum laudabilibus conſuetudinibus tradita introductaq; ſunt, officia ſua legaliter, fideliter & ſincerè exercere, prout ultra damna & intereſſe, ad quæ aliàs partibus à ſe neglectis uel defraudatis tenebuntur,

nebuntur, noſtræ Imperialis Maieſtatis ſeueram euitare uelint correctionem.

In primis igit̃ ordinamus, quòd circa perſonas approbandorum uel denuò inſtituendorum habeatur ratio conditionũ et qualitatum earundem, ne approbẽtur uel inſtituantur prohibiti, utpote infideles, ſerui, infames, præſenſis ordinationis & aliorum requiſitorum non informati: Item uel excõmunicatione maioris uel Imperialis banni cenſuris innodati. Et in ſumma qui à teſtimonio iure repellantur, quoniam teſtium uice fungantur. Et cùm ſit de iure cõmuniq; practica & conſuetudine introductũ, ut ſeruetur circa publica inſtrumenta eorũq; ſolennitates talis forma, ut uidelicet à principio inuocato diuino nomine, à quo cuncta bona procediunt, imponat annus ſalutis, indictio, nomen ac annus Principis, dehinc Menſis, dies, hora, locus, loci locus, deinde facti ſeu actus geſti ſeries, hinc teſtium adhibitio, quorum ſingulorum nomina & cognomina clarè deſignentur, & finaliter ſignetum, ſubſcriptióque Notarij, qui ſemper debet de hoc rogari, ſeu requiri, & de rogatu ſuo atteſtari.

Mandamus ergò, præcipimus & ordinamus huiuſmodi formam ulterius ſeruari, ſaluis non minus alijs de cuiúſuis loci conſuetudine ſeruandis: Ita tamen, ut ſaltem in terris ſacri Romani Imperij nomen & annus regiminis, ſeu Imperij Romanorum Imperatoris uel Regis pro tempore exiſtentis, nullo modo ſicut hactenus à nonnullis & malè neglectum eſt, de cætero omittantur.

Deinde mandamus, ut quiuis Notarius ſtudeat omnimodo habere, & quidem ſumma cũ cuſtodia conſeruare, ac poſt ſe relinquere unum protocollum, in quo per ſeipſum, non alium, ſinguli actus coram ſe geſtis, & de quibus rogatur, ordine in ſcriptis redigantur, inſtrumentorumq; quæ inde edita fuerint, copias de uerbo ad uerbum concordanter regiſtratas retineat et conſeruet, ut de perditis antea editis inſtrumentis, ſiue ante ſiue poſt mortem ſuam, quando, & quotiens alia inſtrumenta de nouo fuerint edenda, uel prætextu editorum ſuſpitio, error, dubium, uel altercatio occurrit, ad tale protocollũ regiſtrumq; poſsit haberi recurſus. Hoc autem uſq; adeo ſeruetur, ut huiuſmodi protocollata etiam partibus quæ contraxerunt uel egerunt conſentientibus, uel pro infectis nulliſq; haberi uolentibus, ſeu deleri ex libro uel cancellari petentibus, non ſaltem pro tanto deleant ſeu cancellentur, quin non minus legibilia maneant & retineantur. Quid enim ſi alterius tertij, ſiue fiſci, ſiue priuati interſit, ſeu intereſſe cœpe-

rit, rem ſic eſſe geſtam, & ex Protocollo ueritatem apparere poſſe.

Caueant etiam Notarij, ne quis ad quantumcunque fide dignam relationem quicquam aliud plus uel minus quàm quod coram ſe & teſtibus ad hoc adhibitis actum geſtúmue, atq; de quibus tempore actus huiuſmodi non antea uel poſt ex interuallo rogatus fuerit, atque etiam quod corporeis ſenſibus perceperit, eò quòd officium ſeu autoritas ſua ad alia ſe non extendat, in Protocollo ſuo ſcribat, uel deſuper inſtrumentum edat. Sed in his ſenſibus eſt habenda diſtinctio. Nam in uiſu & auditu ſufficit, Notarius in præſentia teſtium uideat & audiat, in alijs uerò, ut guſtu, tactu uel odoratu requiritur, quòd teſtes coram ſe guſtent, tangant uel odorent, & de qualitatibus eorum quæ per huiuſmodi ſenſus perceperint, coram partibus, teſtibus, & ſe Notario atteſtentur. De eiſdem enim ſic atteſtatis, non autem de proprio ſuo guſtu, tactu uel odoratu Notarius efficaciter poteſt teſtificari. Si tamen Notarius ſe ſimiliter ſic guſtaſſe, tetigiſſe, uel odoraſſe, atque percepiſſe addiderit, non modicum fidei facit.

Poteſt autem & Notarius rogari de actu muti, & ſcribere ſigna ſeu nutus eius, utpote ſic, cum talis propter accidens loqui nõ potuerit, interrogatus à me humeris uel capite innuendo conſenſit, & ſimilia.

Et licet ex conſuetudine Notarius tolleretur per alium fidelem (quando eſt alijs impeditus facere) ad mundum ſcribere inſtrumentum à ſe dictatum & completũ, poſtea per ſeipſum ſubſcribendum & ſignandum, tamen Protocollum ſuum ſeu extenſionem eius per ſeipſum, non per alium facere: uel ſi ex aliquo accidenti pro tunc ſcribere non poſſit, ea uice alteri extendendum de uerbo ad uerbum pronunciare, & in ſubſcriptione de huiuſmodi impotentia & alterius ingroſſatura atteſtari debet.

Et quamuis non requiratur plena, & tanta extenſio Protocolli, ſicut inſtrumenti inde extracti, tamen Notarij debent ſaltem breuibus & ſummarijs uerbis ſubſtantiales clauſulas ipſius actus aut contractus, etiam iuxta cuiuſque contractus ſeu actus naturam, uel loci conſuetudinem ſolitas, & ſignanter clauſulas reſignationum præiudicialium attingere.

Nam cùm conſenſus & intentio contrahentis uel agentis ſit de ſubſtantia contractus ſeu actus celebrati, ſingulorumq;, de quibus conuenerunt partes, etiamſi ſolita ſint apponi, atque talis conſenſus porrigatur ad ea quæ quis ignorat, requiritur quod

quòd Notarius coram ſe & teſtibus ſaltem ſummariè recitet ac legat partibus pacta, renunciationes & clauſulas ſingulas, ſuper quibus fundatur Ius ipſius coram ſe geſti, ac conſenſum deſuper exprimi curet. Licet enim Ius præſumat contrahentes ſingulis quæ ſecundum contractus naturam uel loci conſuetudinem ſolent apponi, conſenſiſſe, etiamſi ex Protocollo non appareant, neq; à partibus exprimantur, nonnulliq; uelint à Notario hoc non requiri: tamen tutius & æquius eſt ſic obſeruari propter multa. Præterea Iudicis eſt, non Notarij, ad præſumptionem ſcribere, ſed de his ſoliſq; corporeis ſenſibus percipiuntur, ut ſuprà dicitur, quum ad inſtar teſtis Notarius ſcribere debeat.

Maximè autem iſta ſunt ſeruanda in contractibus & actibus, in quibus ſcriptura eſt de ſubſtantia, imò extunc requiritur ut coram contrahentibus & teſtibus de uerbo ad uerbum ſingula relegantur: quia antequam ſcriptura compleatur, & à partibus pro completa habeatur, contractus non cenſetur perfectus uel efficax: Poſtea uerò quicquam addi, detrahi, uel mutari, etiam de partium conſenſu non poteſt.

Poterit tamen Notarius de his, quæ partes mutare, addere uel detrahere uellent, denuò rogari, & deſuper facere inſtrumentum, prioribus geſtibus manentibus in Protocollis.

Præcipuè autem ſint cauti Notarij à fraudibus & fallacijs aliquorum, ſiue coram eis contrahentiũ, ſiue aliorum, qui ſimulantes ſe Notarios à laborum prolixitate reuelare uelle per ſe uel alios ſubordinatos dictant inſtrumenta ex inbreuiatura ipſis edenda, & ad mundum ſcribi faciunt, ac poſtea offerunt Notarijs ſubſcribenda & ſignanda. In eis enim ſæpè doloſè & in præiudicium aliorum ſecum contrahentium rei geſtæ detrahunt, uel addunt quæ ſenſum uel ſubſtantiam immutant, quod facile quandoq; uno uerbo, una ſyllaba, imò interdum una litera fieri poteſt, & tam inaduertenter & ſubtiliter, quòd uel Notarij, uel alij ſecum contrahentes uix, uel nullo modo ſentire poſſunt. Ex quo ipſi Notarij intelligant quàm periculoſum eſſet Protocolla ſeu inbreuiaturas ſuas per alios, maximè alteri parti ſuſpectos, uel qui actibus protocollatis non interfuerunt, extendi facere.

Secus tamen eſſet, ſi antequam contractus ſeu actus abſolueretur, ſeu concluderetur talis extenſio ſiue ab ambobus contrahentibus, ſiue altero eorũ fieret, & poſtea coram ipſis & Notario & teſtibus legeretur, & ubi ſic placeret contrahentibus, extunc Notarius rogaretur. Poſſet enim tunc Notarius ſecurè ſcribere, partes iuxta iſtam extenſam formam ipſis

lectam & approbatam coram ſe & teſtibus requiſitis contraxiſſe & egiſſe, ac cæteris protocollis ſuis adiungere atque poſtea publicare.

In ſumma maximo ſtudio aduertant Notarij, ne circa protocollorum ſeu abbreuiaturarum impoſitionem feſtinent ſeu præcipitanter agant, ſed cum diligentia & conſideratione clauſulas quaſuis protocollent. Nam tota officiorum, iuramentorumq; ſuorum deſuper præſtitorum uis & ſubſtantia in hoc conſiſtit, ut benè diligenterq; aduertant & intelligant coram ſe geſta, & de quibus rogantur, & ea quæ uiſu audituq; proprijs in teſtium ſimiliter animaduertentium præſentia perceperint protocollent, et publicent, ſincerè ac fideliter, ſiue uel ueritatis occultatione, uel falſitatis admixtione quauis, adhibitis ſolennitatibus à Iure uel locorum, in quibus inſtrumenta facient, conſuetudinibus introductis, ut ſuprà dicitur.

Notarius autem ſeu Tabellio, cùm ſit Reipublicæ ſeruiens, uirtute ſui officij tenetur de & ſuper his de quibus ſaltem cum mercedis præſtatione rogatur (dummodò aliàs ſint licita & non prohibita) facere inſtrumenta, niſi ſit factus Doctor, decurio, monachus uel clericus. Veruntamen ijdem ſi ſe rogari permiſerint, tenentur imbreuiaturas ſuas publicare, ualentq; inſtrumenta eorum. Poſſunt tamen pro his, quibus ultrò ſe ingerùnt tanquam prohibitioni contrafacientes puniri.

Sciant etiam Notarij, eorum nullum poſſe officio ſuo renunciare, niſi in manus Principis, cuius autoritate eſt creatus: Vel ſignetum ſuum conſuetum ſaltem ſine Iudicis autoritate, cauſaq; rationabili mutare, aut inſtrumentum alieno ſigno ſignare.

Et quamuis Notarius Protocollum ſiue abbreuiaturam ſuam extendere, & omnia ponere quę declarant mentem contrahentium uel teſtatorum citra ſubſtantiæ mutationem poſſit: tamen alteriùs ſiue uiuentis ſiue mortui protocollum ſeu abbreuiaturam etiam ſibi legatam extendere, ſeu huic quicq; addere uel detrahere, ſeu aliter quàm de uerbo ad uerbum in publicam formam redigere ſine auctoritate Iudicis non poteſt nec debet cum extenſo, & quid ſub iſto ſigno &c. uel alijs defectuoſis, uel abbreuiatis uerbis fortè inibi poſitis comprehendi intelligatur, ad Iudicis, non Notarij æſtimationem ſpectet.

Aduertant etiam Notarij, quòd quando in extenſione et in groſſatione inſtrumentorum raſuras maximè notabiles & in locis ſuſpectis, in una uel pluribus rigis faciunt uel uerba interlinealia, ſeu ad margines apponunt, à quibus quantum po-

teſt

teſt cauendum eſt, quod extunc in corpore inſtrumenti, uel ſaltem ſubſcriptione de his faciat mentionē & approbationem. Et hoc maximè quando talis interlineatura eſt ſcripta ad marginem facta, non eſt manus propria ipſius, qui inſtrumenti tenorem ingroſſauit.

Item Notarij caueāt, quia præſenti ordinatione prohibentur ſcribere inſtrumenta ſua nimis abbreuiata uel obſcura, uel ambigua uerba, quæ uitiant inſtrumēta, nec per ziferas, ſigna, uel notas, maximè non communiter omnibus cognitas, cùm facilè poſsint mutari & corrumpi, ſed ſcribant per literas integras, cōmunes, legibiles & cognitas, in pergameno, non papyro, in Latina, uel noſtra Alemanica lingua.

Si caſu amittat̄ alicuius Notarij protocollum, & de hoc doceatur, poterit Notarius agere contra detinentem inſtrumenta prius inde extracta, uel ſi haberi non poſſunt, examinari facere teſtes, qui interfuerunt, & inde nouum facere protocollum. Sint etiam Notarij circa inſtrumentorū editionem & publicationem diligentes & cauti, ne committant errores, cùm partes inde ad plures incōmoditates, pericula, & expenſas ſæpe deducantur, quas ſine dubio ipſi errantes refundere tenebuntur. Quòd ſi uerò ſiue probabiliter ſiue improbabiliter contigerit aliquem incidere errorem, ſiue in ſolennitatibus, ſiue nominibus, locis, temporibus, ſubſtātia, ſiue alijs, tutius eſt ut ſaltem poſt editionem, cùm Notarij poſtea uideantur functi ſuo officio ad euitandas ambiguitates diſputationum et altercationes uarias, non ſua, ſed Iudicis deſuper aditi autoritate errores huiuſmodi emendentur.

Poſſunt etiam Notarij actuum coram ſe geſtorum, dum modò tamen ab eo uel his, de cuius uel quorum uoluntate dependent actus huiuſmodi deſuper tempore eorundem actuū rogati fuerint, ſine trepidatione alteriusq́; autoritate, imò tenent̄ ſub pœna in Iure expreſſa edere inſtrumenta eis qui rogarunt, ſeu eorum Procuratoribus, heredibus, ſucceſſoribus, uniuerſalibus uel ſingularibus ſaltem ſemel Sed quando ſæpius eiſdem uel alijs petentibus & prætendentibus ſua intereſſe, maximè ubi quæſtio, ſeu dubium deſuper eſſet uel timeretur, aut alijs periculū ſeu præiudicium ex tali editione ueriſimiliter immineret, tutius ac conſultius eſt propter uarias in hoc opiniones, ut Notarij faciāt ſe citari coram Iudice, cuius autoritate uocatis uocandis editionem huiuſmodi faciāt uel denegent.

Notarij autem ſciant, ſe non de nocte, niſi ex urgente cauſa quam exprimant, uel in locis occultis, ſeu clam rogari, uel inſtrumentari debere, cùm hoc non ſine ſuſpitione procederet.

Debent autem Notarij præcipuè eſſe ſolliciti & diligentes circa Teſtamentorum & aliarum ultimarum uoluntatum confectiones, propter magna ex eis imminentia præiudicia. Sunt enim ſecundum ſacratiſsimas leges teſtamentorum genera duo: alterum quod fit in ſcriptis ſeu mediante ſcriptura, clauſa ſeu inuoluta: alterum uerò & communius, quod per ſolam nuncupationem ſine ſcriptura, uel aliqua literali ſolennitate fieri ſolet, & ideò nuncupatiuum dicitur, neq; ſcripturam de ſua eſſentia requirit. Item poteſt & tertium genus adhiberi, quod fit à cœco cœcaue per nuncupationem, tamen non ſine ſcriptura, utpote tam à Notario quàm teſtibus adhibitis, & rogatis proprijs manibus ſubſcripta ſingulorumq; ſolitis ſignetis ſignata.

Et aduertant ipſi Notarij, quòd ad ſingulorum teſtamentorum præmiſſorum genera conficienda requiruntur ſecundũ leges, teſtes ad minus ſeptem, incluſo ipſo Notario. In Codicillis autem, in quibus legata & fideicommiſſa relinquuntur ſine hæredum alicuius inſtitutione, uel in donationibus cauſa mortis, & in rure, ubi ruſtici teſtantur, & plures haberi non poſſunt teſtes ad minus quinq;. In parentum autem inter liberos, ubi nullum aliud teſtamentum procedit, quod infirmandum ſit, & in militum caſtris, non autem bellicis expeditionibus exiſtentium teſtamentis remittitur numerus teſtium uſq; ad duos.

Milites autem in expeditionibus bellicis exiſtentes etiam ſine omni ſolennitate uel teſte, quocunq; modo uelint teſtari, poſſunt: non autem exiſtentes in talibus expeditionibus ſeu caſtris, Iure communi teſtantur.

Requiritur etiam quòd in teſtamentis non ſolùm rogentur teſtes, ſed ſpecialiter ad actus huiuſmodi teſtandum uocentur, & adhibeantur, uel ſaltem ſi caſu illinc ſint, ad hoc præmoneantur.

Item requiritur in omni teſtamento, quòd teſtator teſtatrix ue uerbis intelligentibus loqui aut ſcribere ſciat. Nam neutri eorum ſciens mortuo ſimilis in hoc reputatur, & teſtari non poteſt.

Præterea etiam requiritur in omni teſtamento, etiam nuncupatiuo, ut ſingula geſta in notam iam recepta relegãtur coràm teſtatore, teſtibusq;, antequam ab inuicem receſſerint.

Caueant ergò Notarij ſe ab his, qui neq; articulatim & intelligibiliter loqui, neq; ſcribere poſſunt, cùm ſint inteſtabiles.

Videant autem Notarij teſtamentis adhibiti, & etiam teſtari uolentes, quos adhibeant teſtes, quia multi prohibentur adhiberi,

hiberi, ut regulariter omnes qui ſunt actiuè uel paſsiuè inteſtabiles: & præterea mulier, hermophroditæ, in quibus muliebria præcellunt, in poteſtate teſtantis exiſtens hæres ſcriptus, & cum eodem in eadem exiſtens poteſtate, Vnde conſulitur ut ad requiſitum numerum teſtes alij recipiantur, ne propter aliquorum inhabilitatem teſtamenta irritentur.

Teſtamenti autem in ſcriptis (quod magno in uſu amplius non eſt, ſed ab eo fit, qui in eius uita neminem ſuæ ultimæ uoluntatis conſcium eſſe uult) talis eſt forma: Producit teſtari uolens in medium coram teſtibus ſeptem ad id ſpecialiter conuocatis ſeu præmonitis & rogatis uiris, liberis, puberibus, omnibus ſimul præſentibus ſcripturam conſignatam uel ligatam, uel tantùm clauſam uel inuolutam, ſiue ipſius teſtatoris, ſiue alterius cuiuslibet manuſcriptam, offertq; illam iſtis teſtibus à ſingulis eorum ſubſcribendam, & ſigneis ſuis ſolitis ſignandam: dummodò tamen apertè dixerit, ſuum eſſe teſtamentũ quod offertur, ibicꝫ coram teſtibus ſua manu propria ſubſcripſerit: uel ſi ipſe ſcribere neſciat, uel tunc non poſsit, alterius octaui teſtis manu, nomine & iuſſu ſuo, in reliqua parte teſtamenti ſubſcribi faciat. Tunc eodem die & tempore nullo interuallo, uel etiam actu extraneo, niſi fortè neceſsitatis cauſa, & modico interrumpente per ſingulos ſeptem teſtes proprijs ſuis manibus ſubſcribitur, & ſigillis ſuis ſeu ſignis ſolis ſignatur.

Teſtamenti autem nuncupatiui forma eſt, Quia teſtari uolens eius uel eorum, quem ſeu quos hæredem ſeu hæredes ſuos eſſe uelit, legatariorumcꝫ nomina, & ea quæ in eo contineri uult, coram ſeptem teſtibus ad hoc uocatis & rogatis palam & dilucidè nuncupat & exprimit.

In cœci autem teſtamento requiruntur ſubſcripta, primò quòd tam Notarius quàm teſtes ſeptem ad hoc uocentur, & cuius cauſa uocati ſint, certificentur: Secundò, quòd teſtator hæredem ſeu hæredes à ſe inſtituendos, & nedum nomen ſeu nomina, ſed & dignitates ſeu conditiones alias eorundem pro tanto, quod propter ſolam nominis ſeu nominum expreſsionem non oriri poſsit ambiguitas, & præterea aliam ſuam uoluntatem tam circa eorundem hæredum inſtitutiones, quàm ſubſtitutiones, fideicommiſſa atcꝫ legata coram ipſis Notario & teſtibus clarè exprimat. Tertiò, quòd tabellio, uel ſi is haberi tunc non poſsit, octauus teſtis uocatus uice eiuſdem, atcꝫ teſtes ſinguli per teſtatorem ad hoc rogati, uno & eodem tempore, loco, & nullo interuallo ſeu actu extraneo, niſi fortè modico,

modico, & neceſsitate naturæ interueniente, ſeſe in fine utpo- te in margine inſtrumenti inferiori ſubſcribant, ſimulq; con- ſignent. Poteſt autem teſtari uolens uel in ipſo actu coram te- ſtibus, uel ſi magis placet, antea per alium quemcunq; uolun- tatem uel teſtamentum ſuum dictari & ſcribi facere, & poſtea coram teſtibus & tabellario, prius patefacta, cuius cauſa uo- cati ſint, chartulam ipſam coram ſe & teſtibus recitare: & ubi tenor eius omnibus notus fuerit, profiteatur teſtator elogium ſuum id eſſe, & ex animi ſui, quæ lecta ſunt, diſpoſuiſſe ſenten- tia, & in fine ſequantur ſubſcriptiones atq; ſignacula, tam te- ſtium ut prædicitur ſingulorum, quàm tabellarij. Poteſt eti- am unus uel plures, ſi proprijs ſignetis carerent, alterius ſeu aliorum ſigno uel ſignis in hoc uti. Iſtam autem formam non ſolùm in teſtamenti cæci, ſed codicillorum uel aliarum ulti- marum uoluntatum confectione obſeruari neceſſe eſt.

Scituris omnibus Notarijs, quòd præfatas teſtamentorum formas à lege traditas diligenter obſeruare negligentes, præ- ter hoc quòd teſtamenta aliter facta de Iure ciuili non ſubſi- ſtunt, etiam Iuris pœnas non euitabunt.

De inſinuatione literarum Imperialium.

CIRCA Imperialium autem, uel Cameræ noſtræ Cæſa- reæ Iudicij literarum citatoriarum, uel quarumcunq; alia- rum continentium inſinuationes, ſi quis deſuper rogatus fue- rit, aduertat, ut ſub præſtito in officio ſuo fidelitatis iuramen- to literas huiuſmodi originales illi uel illis ad quem ſeu quos diriguntur, retento tamen penes ſe toto tenore inde deſcri- pto, & poſtea in inſtrumento inſinuationis integrè inſerendo, in perſonam ſeu perſonas proprias, uel ſi commodè haberi non poſſunt, ad domum ſeu domos ſolitæ habitationis eo- rundem, uel per edictum per Iudicem decretum præſentent, legant, inſinuent, atq; illi relinquant quàm fideliter.

Quòd ſi uerò ac quotiens contigerit, aliquas tales literas plures perſonas in diuerſis reſidẽtibus domibus ſeu locis con- tinere, quibus ſingulis facienda ſit præſentatio, ſeu inſinuatio earundem, ſciant Notarij huiuſmodi præſentationem & inſi- nuationem ſingulis eorum, de quibus rogati fuerint, cum o- ſtenſione & lectione originaliũ eſſe faciendum, modo & for- ma præmiſsis, relicta & tradita cuiq; eorum copia collatio- nata & concorde, niſi fortè in una ciuitate ſeu uilla, in diuerſis tamen ædibus habitantes paucioribus copijs fuerint contenti.

Præſentationum autem ſeu inſinuationum ſuarum huiuſ- modi & earum dies, menſes, annosq; et loca ſingula, & ſi for- tè aliquis

te aliquis,cui ſit inſinuatio, ſe parere nolle,uel in Imperatoris uel Iudicij Cameræ contemptum ſeu ignominiam irreuerenter uerba prorupperit,inſtrumentis ſuis tam his,ad quarum inſtantiã,quàm illis quibus facta fuerit præſentatio ſiue inſinuatio edendis unà cum literarum inſinuatarum tenoribus integris referant & atteſtentur ſincerè & fideliter.

De conſtitutionibus Actorum & Procuratorum.

IN conſtitutionem autem tam actorum, quæ à Tutoribus uel Curatoribus minorenniũ ante lites conteſtatas, & quidem cum autoritate & decreti interpoſitione Iudicis fiunt, & fieri debent,quàm Procuratorum ad lites,attendãt benè Notarij,cũm ad Iudicium Imperiale ueniant quotidiè inſtrumenta procuratoria defectuoſa, ut quantum tam ad actus ſpecialia requirentes mandata,quàm alias clauſulas apponi ſolitas & conſuetas, de quibus etiam uulgaris habetur forma, benè extendantur inſtrumenta cum clara ſpecificatione quem uel quos conſtituent, ſiue in ſolidum, ſiue coniunctim, ſiue diuiſim Procuratores uelit habere, ita,quòd non ſit melior conditio unius quàm alterius ſeu aliorum. Sed quicquid unus inceperit, alter id continuare poſsit, mediare, & finire : uidelicet ad agendum,defendendum,libellandum, litem conteſtandum, iurandum de calumnia, & aliud quodcunque licitum iuramentum præſtandum, ponendum, articulandum, poſitionibus aduerſis etiam per iuramentum reſpondendum : Teſtes & alias probationes producendum, excipiendum, replicandum, duplicandum, triplicandum &c. concludendum, ſententias audiendum, ad appellandum & prouocandum : Si ad Iudicia inferiora diriguntur, Apoſtolos petendum, recipiendum, appellationis cauſas proſequendum, alium uel alios loco ſuo ſubſtituendum, iſtos reuocandum, & iterum totiens quotiens ſubſtituendum &c. Et generaliter omnia & ſingula &c. faciendum cum promiſsione & cautione ſolitis de rato & releuando, ſub omni conſtituentis rerum & bonorum obligatione, & hæc omnia in extenſa communiq; forma.

Et quia multũ nunc inoleuit practica, ut iuretur de calumnia,idemq; iuramentum plura in ſe contineat capitula, quæ plerunq; iſta in animas ſuas iuranda mandantes ignorant,neceſſe eſt ut de hís ſingulis informentur, & in inſtrumentis poſtea inſerantur. Sunt enim capitula à iure tradita, & in Iudicio

Cameræ exprimi ſolita, ut tam actor quàm reus per ſe, uel ſuum Procuratorem iuret, quòd credat ſe iuſtam habere cauſam litigandi, quòd protelandi cauſa, ſeu fraudulenter dilationes non petat, quotienſcunq; interrogatur ueritatem non occultet, & quòd alijs quàm quibus ius permittit, nil penitus donet uel promittat, quo pro ſe ſententiam obtinere poſsit, dolo & fraude omnino ſemotis.

Iurat autem articulos ſeu poſitiones ſuas offerens, ſi petere uult quòd aduerſarius per iuramentum reſpondeat ſic, quod contenta in eis, quantum factum proprium concernunt, uera ſint, & quantum alienum continet factum, quòd credat ea eſſe uera & probabilia. Reſponſurus autem iuret, ſe reſponſurum ueritatem, utrum credat uel non credat ea quæ ſibi obijciuntur eſſe uera.

De instrumentis Appellationum.

DE Appellatione autem & formalibus ſuis, in quibus plures & quotidiani occurrunt defectus, Notarij ſcire debent, quòd de Iure ciuili & ordinatione ſacri Romani Imperij omiſſo medio uel ab interlocutoria ſeu grauamine, quòd poſtea mediante appellatione à diffinitiua eſt reparabile, regulariter non appellatur. In caſu autem præmiſſo appellare uolens ab interlocutoria, eam in ſcriptis, & cum cauſarum grauaminis inſertione faciat, cùm ex cauſis alijs iuſtificari non poſsit.

A diffinitiua uerò ubi appellari non prohibetur, ſine cauſæ ſeu cauſarum grauaminis expreſsione appellari poteſt, & quidem uerbaliter & ſine ſcriptis, dummodò in cõtinenti poſt ſententiam latam, hoc eſt, antequam diuertatur ad alia, fiat, poſtea tamen in ſcriptis redigenda: alioquin autem ſi ex interuallo appelletur, in ſcriptis fieri neceſſe eſt.

Et in ſumma ſciant & aduertant omnes Notarij, quòd ipſi debent eſſe Iuriſperiti in his ſaltem quæ Notariatus officium reſpiciunt, hoc eſt, ſummam Notariæ, ad hoc ut ſciant, partes coram ſe contrahentes ſeu agentes, de ſolennitatibus & clauſulis ad contractus & actus huiuſmodi, earumq; ualiditatem requiſitis certificare, & ſe à contractibus & actibus à Iure reprobatis & prohibitis abſtinere, cùm aliàs teneantur de imperitia & partibus læſis ad intereſſe.

De præmiſsis igitur tanquam pro generalioribus principijs atq; cunabulis quibuſdam traditis non ſtent adeo contenti Notarij, quin indies diſcant & aduertant alia à Iure circa tabellionatus officium tradita, & quæ ſecundum locorum, in quibus actus huiuſmodi geruntur, conſuetudines introducta ſunt, &

ſunt, & circa difficultates ſeu ambiguitates in actibus coram ſe gerendis pro caſuum uarietate & diuerſitate quandoq; occurrentes ad peritiores recurrant, ne imperitia culpaq; eorum alijs noceat, quia de his tenentur, ut ſuprà monſtratum eſt. Datum in ciuitate noſtra imperiali Colonienſi, octaua die menſis Octobris. Anno à natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo duodecimo, Regnorum noſtrorum Romani uiceſimo ſeptimo, Hungariæ uerò uiceſimo tertio.

Per Regem

Ad mandatum domini Imperatoris proprium.

Serntciner ſſt.

Z



DE GRASSATVRA *MILITVM HOC TEMPORE VAGANTIVM REPRIMENDA, AD DIVVM CAROLUM*

lum Cæſarem Auguſtum, & Germaniæ Principes, breuis adhortatio Doctoris Iuſtini Gobleri Goarini Iuriſconſulti, & reuerendiſſimi principis ac domini, domini Franciſci à Vualdeck Epiſcopi Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, & Mindenſis &c. Cancellarij.

INter Germanas non eſt flagrantior ulla
  Peſtis, nec toto triſtius orbe malum:
Quàm Bellona furens, homines quæ concitat œſtro
  Ad bellum rabidos, ad ſcelera ipſa ciens.
Vt patriæ nocuos cupiant inferre tumultus,
  Ceu matri ſæuas inijcere atq; manus.
Quondam legitimæ laus maxima militiei,
  Nunc graſſatura eſt exitiale nephas.
Plenus namq; uagis eſt prædatoribus orbis,
  Quos furta, & cædes, uis truculenta trahit.
Fundere pro modico furibundos ære tumultus,
  Ex quibus emergunt horrida bella, ſtudent.
Sæpè minas ſpargunt, ſcelera & truculenta patrantur,
  In miſeras plebes arma cruenta gerunt.
Vi bona diripiunt crudeli turpiter auſu,
  In ſcelus impunè (proh pudor) omne ruunt.
Pellitur è medio pietas, contemnitur æquum,
  Ius, leges, tantùm uis uiolenta iuuat.
Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur,
  Et nulli tutum linquitur eſſe ſuum.
Omnia ui rapiunt, inuadunt, quæq; furantur,
  Tollere quæ nequeunt, perdita ſola uolunt.
Numine nata ea eſt gens ſeditioſa ſiniſtro,
  In patriæ dedecus, perniciemq́; ſuæ.
His Germana uagis quatitur Reſpublica diris,
  Et furijs hæc eſt addita quarta tribus.
Reſpice ad hæc igitur mala, Carole maxime Cæſar,
  Atq; ſalutares adhibe, quæſo, manus.
Vos itidem Proceres rectæ uirtutis amantes,
  A Patria facite ſit procul iſta lues.
Peſtiferæ turbæ, truculentis auſibus acres
  Obſtate, hæc nam uos non tolerare decet.
Quæ temerè audaces molitur fundere motus,
  Vi compeſcenda eſt ſeditioſa phalanx:
Nec permittendum, Patriam uagabundus ut erro
  Diripiat, peſtis tanta abolenda uenit.
Sic meritum optanti patriæ præſtabitis ingens,
  Quo uix nunc iſto tempore maius erit.

Hannoueræ, Menſe Martio, Anno Domini 1546.

AD DIVVM CAROLVM V. IMPERATOREM SEMPER AVGVSTVM, ET PRINCIPES GERMANIAE, *&c. De militum graſſatura non toleranda, Oratio Doctoris Iuſtini Gobleri Goarini, Iureconſulti, Reuerendiſsimi Principis et Domini, D. Franciſci à Vualdeck Epiſcopi Monaſt. Oſnabrugenſis & Mindenſis, etc. Cancellarij, Anno M. D. XLVI.*

INTER ea crimina, Cęſar Auguſte, uosq; Principes Illuſtriſsimi, quæ hoc tempore uariè Rempublicam perturbant, nō leue, minimumq́; hoc eſt, quòd alicubi factiones militum per Germaniam uagantium & graſſantium, nocentes atq; periculoſæ exiſtunt. *De graſſatura militum reprimenda.* Quanquam enim concurſus eiuſmodi ac conuenticula multis legibus & Diuorum Imperatorum conſtitutionibus prohibita ſunt, tamen crebrō fit hodie in tanta licentia atq; malitia hominum, ut & uagę militum manus quietis Principibus, totoq́; populo terrorem incutiant, & in miſeras agricolarum facultatulas nefariam uim atque uiolentiam exerceant. Quæ res cùm & indigna ſit ſacro Imperio, & noxia ualde Germaniæ periculoſaq́;, ſi diutius toleretur, futura, clementer, et ex beneficio ueſtro, quo conſulere uniuerſis ſoletis, feceritis, ſi non grauatè hanc querelam noſtram exaudieritis. Breuiter autem docebo illorū temeritatem & audaciam, cùm Reipubl. damnoſa ſit, ac legibus uetita, pœnis etiam cohibendam eſſe, ac reprimendam.

Primùm uerò dubium non eſt, intra uiginti annos, ob religionis contentionem, & legum neglectum, multoties coīſſe milites, ad quiduis audendū ſceleris prompto animo, ubicūq; ſpes prædæ alicuius promitteretur. Ea conſuetudine in tanta morum pernicie adducti ſunt pleriq;, ut etiam extra bellum rapinam & graſſaturam ſectarentur, ac leui rumore nonnunquam horrendos motus concitarent. Neq; enim rarò ſolet in his Germanię finibus accidere, ut aliquot milia eiuſmodi graſſatorum concurrant abſq; Duce, abſq; legitima occaſione excitandi belli. Eſt enim iuſtus modus ac ratio conſcribendorum militum à ueteribus approbata : Sed apud hos uagabundos errones nullus eſt legitimus bellandi modus, nec honeſta ratio. Quorum concitatione & miniſterio fit plerunq;, ut ſi qualis aut controuerſia Principi aut Comiti, aut potentiori etiam nobili ſit cum altero Principe, Comite, aut ciuitati cum

ciuitate, oppido cum oppido, iſtorum opera ac manu ad uim inferendam potius quàm propulſandam abutantur, cum maximo publicæ tranquillitatis ac ſancitæ pacis contemptu. Tanta eſt in his corruptiſsimis moribus malorum licentia. Et quod bellum quondam erat, ac uirtutis loco habebatur, nimirum ſi quis ſui capitis periculo uim hoſtium, à liberis, ab uxore, à pecore, à domeſticis latebris, deniq; à focis & aris propelleret, nunc in tantum gliſcentibus odijs, eò creuit malitia, ut quiſq; manipulus furum uel abſq; duce legitimo pro ſua libidine talia, & multò etiam atrociora miſeræ plebeculæ inferre audeat, eosq; infeſtare, qui nulla unquam laceſsiuerunt iniuria, conniuentibus ijs nonnunquam, qui pacem publicam uel ex iureiurando cuſtodire debebant. Et quanq; fortè à Principibus ac ciuitatibus huius regionis firmioribus temerariæ illæ cohortes ac improbi cœtus abſtinere cogũtur, tamen quia mali exempli res eſt, ac publicæ paci inimica, colluuiones iſtæ non ferendæ, neq; tolerandæ erant. Nunc territantur ciues, deprędantur agricolæ, proteruntur ſegetes, abiguntur & occiduntur pecora, exhauriuntur uillæ: & quibus in integrum annum ſe ſuosq; miſer agricola ſuſtentare debebat, uictu & annona, id una die unaq; hora ſępe ab iſtis ſanguinarijs helluonibus uniuerſum abſumitur, prodigitur, dilapidatur & perditur. Quò tandem quæſo iſta cedunt, niſi in ipſorum Principum ac dominorum iacturam atq; diſpendium, cùm ex plebis cenſu ferè uiuant potentiores, imò in totius Imperij tui detrimentum Cæſar. Non repetam longius, neq; odioſius commemorabo, quæ quanq; atrocia prioribus annis nõ ſemel admiſerint, quandoquidem quæ paucis abhinc ſeptimanis patrarunt, eiuſmodi ſunt, ut audiens uir bonus meritò inhorreſcat. Nec uolo indignitatem rei ſermone exaggerare. Non enim metum tantùm hominibus inijciunt, ſed et uim et manus inferunt, plerunq; innocentes occidũt, fœminas ac puellas uitiant, atrociora minãtes, niſi omnia, quæ uelint, obtineant, uel ſi etiam obtinent quæ uelint, tamen nihilominus atroci iniuria adficiunt miſeræ plebes. Nec unus eſt tantũ qui iſta conqueraẽ, multæ ſunt plebes, multę uillę, multa oppida, multi Comites, Principes, duces, Epiſcopi. Omnibus metũ ac trepidationem inijciunt ſuis concurſionibus & colluuionibus, latrunculi iſti, nonnunq; amicis quàm hoſtib. grauiores, qniam hoſtes tuitionẽ ac defenſionem quærunt. Tum et quicquid contrà in adiungendis auxilijs, uel ponendis præſidijs inſumũt uel impendunt Principes, non ab his latronibus, ſed à ſubditis exigatur neceſſe eſt, quos alioqui crebris decimationibus tantum non
expilant,

expilant. Sed quorſum attinet iſta longius diſputare, cùm nemo ignoret, quantam perturbationem Reipubl. quantam bonorum morum corruptelam atq; perniciem, quantam rebus omnibus afflictionem & calamitatem Cares iſti ac Martis, penè dixerim mortis, mancipia inuehant? adeò ut hæ peſtes omnino aut Turcis obijciendæ erant, aut in extremas inſulas deportandæ. Neq; enim laſciuia eorum cum tanta audacia & atrocitate coniuncta in Romano ſacroq; Imperio ferenda erat, quam ubiq; publicæ leges & ſacræ conſtitutiones damnant ac perſequuntur, quæ iam hoc tempore adeò periculoſo ac maligno inſtaurare oportebat. Et ut quondam Iſauros illos, Buccellarios, Lycaones, & alios piratas ac latrocinij infames oppreſſerunt boni Principes, ſic & hodie conueniebat ſanguinarios & nefarios Ambrones & Celices illos rapto uiuere ſolitos, & aſſuetos miſeram plebem concutientes ac deprædantes, conquirere, ui, armisq; opprimere, & publica internicione ſeu pœna adficere. Sic olim & pacacior multò & felicior redderetur Germania, quam non ſecus iſti Gardelarij noſtrates modò, quàm Buccellarij quondam Gallogræciam, ſuis inuaſionibus, deprædationibus, rapinis ac latrocinijs infeſtāt. Ex quo optimi Imperatores Arcadius & Honorius adducti etiam uenerandis Paſchatis feſtis illos ad ſupplicium duci iubere, nulla quamlibet etiam feriarū ratione habita. Adeoq; & eos teneri ſanxit Leo Imperator, qui illos uel Iſauros uel Buccellarios domi alerent (uerba enim legis plana ſunt) qua inquit, omnibus per ciuitates & agros habendi Buccellarios uel Iſauros, armatosq; ſeruos licentiam uolumus eſſe præcluſam, & quæ ibi ſequuntur. Nec ab his Iſauris & Buccellarijs differunt hodie, qui fruſto panis conduci poſſent, ut uim bonis ciuibus uel agricolis inferant uel publicam uel priuatam, ut rapiant, ut deprædentur, ut latrocinentur, quod ſuo more iſti uulgò appellant ſocietatis officium præſtare. Prohibiti quondam erant geſtare arma, uel tela, ſeu ὁπλοφορεῖν, ſeu uerſatilia nuncupare libeat: nunc totis copijs & coacta ualida manu ferè in obuios quosq; aut in finitimos populos, ceu contra hoſtem aciem ducentes, quoties libet, irruunt, graſſantur, ac depeculantur. Hæcce audacia quò euadet tandem Cæſar? quid ni hoc eſt bonis legibus, et ſacris tam ueteribus quàm tuis cōſtitutionibus medium, quod dicitur, oſtendere unguem, contemnere illas, ac pedibus conculcare? Dolendum ſanè, quòd cūm præcipuum quondam decus eſſet ac ſtabilimentum Romani Imperij diſciplina militaris, nunc ad extremum quaſi dedecus degenerarit, & ceu quædam Reipubl. ruina &

Iſauri.

Ambrones olim erant, & uulgò dicebantur, qui rapto, malisq; artibus uiuerent. Originem eorum indicat Feſtus Pompeius, admonens eā fuiſſe Galliarū gentem, quam cùm mare inundans finibus ſuis depuliſſet, per aliena oberrantes rapinis ac prædationibus ſe ſuosq; alere cœperunt. Manus erat formidabilis, non numero tantùm: dicuntur enim fuiſſe tria millia, uerùm etiam tum animorū ferocia, tum ratione pugnandi. Siquidem confectis rythmis & concentu quodam in hoſtē ferebantur, ſubinde intonātes, Ambrones, Ambrones, ſiue ut hac uoce ſuos in unum conuocarent, ſiue ut hoſtibus terrorem incuterent. Ab his uicti fuerant Romani Duces Manlius & Cepio: ſed primùm à Liguribus fracti ſunt, mox à Caio Mario proſtrati: tandem ad aquas Sextias cum Cimbris ac Teutonibus deleti ſunt, ut Iulius Florus in ſua Epitoma, et Plutarchus in uita Caij Marij tradunt. Simili modo Celi-

cis uocabulum abijt in conuitium rapacitatis ac prædationis. Tale genus hominũ ſunt nunc ferè noſtrates uagabundi & errones milites; æquè notis ac ignotis inimici, domi foris'q; noxij & pernicioſi.

conquaſſatio facta ſit. Vnde non immeritò à quodam dicitur aſpero & abſciſſo caſtigationis genere milites indigere, quòd uires armis conſtent, quæ ubi à recto itinere deſciuerint, oppreſſura ſint, niſi opprimantur. Et quid non iſti audent? quid non deſignant? quid non corrumpunt ac perdunt? cùm tanta in patriam etiam ſcelera ac flagitia inuehunt, quæ & turpiſſima ſunt, & Reipubl. pernicioſiſsima? Contemptis enim pœnis delinquentium militum & ſupplicijs, nunquam rectè militarem diſciplinam & pacem publicam retinebimus. Imò indulgentia ac negligentia huius feneſtram omnem ac ianuam uitijs laſciuiæ, petulantiæ, nequitiæ, audaciæ, ui, uiolentiæ, & graſſaturæ aperiemus. Vt & hic locum habere illud Comicum uideas, deteriores omnes fieri licentia. Atqui Carole Auguſte, tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito, maximè cùm tuæ te & ſacri Imperij conſtitutiones, quas omnino conſeruari æquum erat, inuitant, ut maiorum ueſtigijs inſiſtas, ſacras leges & conſtitutiones acerrimè tuearis ac defendas.

Hercules. Ferunt Herculem cùm uideret atrocia facinora paſsim à Cercopibus, ſeu Perperi fratribus alijsq; tyrannis patrari, ita, ut ipſum quoq; dormientem ſuis armis aggredi tentarint, uinctos de claua à tergo ſuſpendiſſe leporũ ritu, capitibus deorſum demiſsis. Adeoq; ſua uirtute terras mariaq; prædonibus expurgauit, ut inde honorifico nomine apud Græcos ἀλεξίκακος appellaretur. Quid ni conueniat etiam tibi inuictiſsime Cæſar, tanquam Opt. & Max. ἀλεξικάκῳ noſtros hoc tempore Cercopes & Paſſalos omni genere flagitiorum in omnes debacchantes & graſſantes malefactorum ſuorũ pœnas pendere?

Theſeus. Theſeus quoq; cùm Athenas proficiſci ſtatuiſſet, & ad urbem iter nequaquam tutum, ſed latrocinijs & inſidijs oppletum uideretur, Alcidis exemplo Periphœtam in Epidauro, Sciuen Pityo captam in Iſthmo, Phæam in Cromyone, Scyronem in agro Megarenſium, Cercyonem Arcadem, aliosq; complures latrocinijs aſſuetos, facinoroſos, tumultuantes, & factioſos homines è medio ſuſtulit, pœnaq; mulctauit. Vnde non ſecus atq; Hercules, cuius egregia facta uoluit imitari, immortale nomen eſt apud mortales conſecutus atque promeritus. Quid C. Iulius Cæſar? cùm Pharmacuſam Inſulam piratæ per id tempus nauibus magnis & immenſis claſsibus mare occupatent, ac ipſe apud immaniſsimos Cilicas, donec τὸ λύτρον expediret, captus detineretur, liberatus confeſtim ex Mileſiorum portu inſtructis nauibus prædones aggreſſus eſt, cosq; omnes, ſicut eis multoties in Inſula prædixerat, patibulo af-

P. Seruilius Iſauricus. fixit. Porrò P. Seruilius cognomento Iſauricus, multas & ipſe

pirata.

piratarū munitiones ui cepit, Lycaones, Pamphilos, Iſauros, Buccellarios latrocinijs infames omnes ad internecionē redegit. Ex quo & in hunc uſq; diem clarū in Iure noſtro Cæſareo & ſacris conſtitutionibus nomen obtinuit. Et Soſtratus uir fortiſsimus magna in tollendis è medio latronibus pericula ſuo quoq; tempore exhauſit, autore Lucano. Quid plura? Tam excellentium uirorum ac Imperatorum ſtudium in Rempub. & quòd ſuis temporibus orbem à rapinis, prædationibus, graſſaturis & latrocinijs liberarint ac purgarint, & prædicare cōuenit, & te maxime Cæſar inuitari, quò & pax publica magis conſiſtat ac firmetur, & bonæ leges priſtinæ ſuæ dignitati ac integritati relinquantur. Nam ſi iuſtitia eſt, ea facere quæ oportet: & ſi animalia, quæ iniuriam faciunt, aut facere uolunt, quiſquis occiderit, iuxta Democriti ſententiam, innocens erit, quid ni aduerſus tales homines, imò beluas, licitum uidetur, qui patrias leges, communem ſocietatem & pacem publicam uiolant, conuellunt atq; perturbant, iuſtitiam ualere, & iniuriam propellere. Quæ cum Auguſtiſsime Cæſar, ac Principes Illuſtriſsimi, hoc tempore utilia & neceſſaria ad retinendam & conſeruandam honeſtatem & Reipublicæ tranquillitatem diuino ipſi iudicio cenſeatis, non duxi in præſentia de hac re apud tuam Maieſtatem, & apud uos, lōgiori mihi oratione opus eſſe. *Soſtratus.*

DIXI.

Scripta Hannoueræ Anno Domini 1546. *Menſe Martio. Ad confirmandam publicæ pacis conſtitutionem, præſertim duorum capitum eiuſdem conſtitutionis, uidelicet* 24. & 25. *Suprà fol.* 196. & 197.

DE PII BONIQVE PRINCIPIS OFFICIO, DISTICHIS MEMORABILIBVS COMPREHENSO, PINAX SEV

tabula, ad inclytum & ſereniſsimum Principem D Maximilianum ſecundum, Inuictiſsimi Imperatoris Ferdinandi filium, Romanorum, Germaniæ, & Bohemiæ Regem, Archiducem Auſtriæ &c. Per Doctorem Iuſtinum Goblerum Goarinum Iuriſconſultum, ciuem Francofortenſem, conſcripta, & iam recèns euulgata, Francoforti.



AD ILLVSTRISSIMVM AC SERENISSIMVM PRINCIPEM D. MAXIMILIANVM SEcundum, inuictiſſimi Cæſaris Ferdinandi filium, Romanorum, Germaniæ, & Bohemiæ Regem, Archiducem Auſtriæ &c. Epigramma, de eius ætate. Doctore Iuſtino Goblero Goarino Iuriſconſulto autore.

Septenis luſtris ætas tua Maxmiliane,
 Principium eſt ortus clara Vienna tui.
Natalisq; dies Auguſto menſe ſecunda,
 Mane hora prima, lux tibi prima fuit.
Natus auis, atauis, magnorum ſanguine Regum,
 Romano dignus nomine & Imperio.
Ritè patri patruoq; tuo ſuccedis, uterq;
 Hoc quia iam ſummo munere functus erat.
Tu modò perge tua, quò te uocat, indole, uirtus,
 Perge, nec à cœptis dimouearè uijs.
In patrias, patruasq; tibi uirtusq; decusq;
 Surget, & immenſo nomine Cæſar eris.

IN-

INCLYTO IVXTA AC SERENISSIMO REGI ROMANORVM, GERMANIAE, ET BOHEMIAE, ETC. ARchiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ &c. D. Maximiliano ſecundo, inuictiſsimi Imperatoris Ferdinandi filio, Cæſari auguſtiſsimo, Doctor Iuſtinus Goblerus Goarinus, Iuriſconſultus, ciuis Francofortenſis, S. D.

CVM Imperium, Rex inclyte, Cæſarq́; Auguſtiſſime Maximiliane, à Deo conceſſum, benè ac laudabiliter adminiſtrare, res ſit omnium operum humanorum maxima atque præſtantiſſima, multi fuerunt, inuentiq́; ſunt omnibus ſeculis, boni & docti uiri, qui Regibus, Principibus, Cæſaribus ac Imperatoribus pijs & bonis (adde etiam quandoque prauis & impijs) parænes es, admonitiones, præcepta, & exhortationes ad pietatem uirtutemq́; amplectendam, et officia boni Principis præſtanda, literis comprehenderunt: ſic Ariſtoteles ad Alexandrum Magnum, Iſocrates ad Nicoclem Regem, Xenophon ad Cyrum Perſam, Demetrius Phalaræus & Ariſtæas ad Ptolemæum Philadelphum Aegypti Regem, Ptolemæus ad Antoninũ Cæſarem, Agapetus ad Iuſtinianum Imperatorem, Eraſmus ad Carolum Quintum Cæſarem, patruum tuum, multiq́; alij multa laudabilia & utilia præcepta, de Principe rectè inſtituendo, Regnoq́; adminiſtrando conſcripſerunt. Etſi autem tantum uel ingenij, uel eruditionis uel autoritatis mihi haudquaquam ſumo, ut tale quiddam tentare auſim hoc tempore, collegi tamen obiter ac uelut in tranſcurſu ſolennibus hiſce diebus, donec Electio & Coronatio Maieſtatis tuæ Auguſtiſſima perficeretur, capitula quædam paucula (eaq́; potiſſimùm ex Diuo Agapeto) ſeu aphoriſmos quoſdam ad officium boni pijq́; Principis (ut mihi uidebatur) conferentes, eosq́; ut breuiores etiam, memorabilioresq́; eſſent, in diſticha coëgi, in hoc quidem Flacci, ueteris Poëtæ præcepto obſecutus, dicentis: Quicquid præcipies, eſto breuis, quò & minus eſſet tædij, & facilior memoria legenti. Hoc factum meum, atque opella, etſi Regiæ Cæſareæq́; Maieſtati tuæ (Illuſtriſſime Princeps Maximiliane) parum forte iam opportuna, nihilq́; commodare poſſe uideatur, ut qui iam pridem omnes regendi dotes, uirtutésque à lacte primo, & à teneris imbiberis, uel potius à natura pariter & doctrina iam poſſideas, nulloq́; monſtratore opus habeas: attamen filijs tuæ Maieſtatis generoſiſſimis, Ducibus Auſtriæ, Rhodolpho & Erneſto, cæterisq́;, quorum nunc ſua literarum uirtutumque capiendarum meſſis in herba eſt: hæ quantumuis exiguæ præceptiones aliqua ex parte forſan prodeſſe poterunt, minimé que incommodæ uideri, præſertim cùm iam ex primo aſpectu,

oculis,

oculis, animiſq; eorum uirtutum omnium heroicarum indoles quædam magnifica appareat atq; eluceſcat. Macta igitur uirtute, adoleſcentes generoſiſſimi, in patrias patruáſque artes et ſtudia, cùm iam à teneris annis erudiantur, quis ambiget eos in parentum maiorumq; ſuorum honores, gloriam, decus, laudémque olim ſucceſſuros eſſe? Cuius rei certum mihi præſagium iudiciúmque eſt, generoſiſſima (ut dixi) indoles ipſa, naturaq; placida. Hanc equidem ſpem meam uoluntatemq; ut in præſentia officiolo aliquo, ſeu potius peculiari aliqua lætitia, ſenex propè ſexagenarius, qui D. Maximilianũ proauũ tuũ inuictiſſimũ heroa in patria mea bis uidi, teſtarer, πίνακα ταύτην, id eſt, tabulam hanc, nimirum boni & ſalutaris Principis imaginem aliquatenus exhibentem, breuiſſimè perſtrinxi, tuæq; Maieſtati nominatim inſcripſi, ut quanquam hac doctrina ipſa Maieſtas tua nullo modo indigeat, filijs tamẽ generoſiſſimis ad uirtutes heroicas addiſcendas, imitandas, excolendasq; forſan uſui aliquo eſſe poterit. Nec præcepta hæc quidem (ut opinor) contemnenda ſunt, quaſi parua, ſine quibus magna conſtare nequeunt: & rebus quandoque minimis maior gratia ineſſe ſolet, ut uidere eſt in gemmis, iaſpidibus, & unionibus. Et eſt uulgò doctis Thebani illius Cebetis pinax notiſſima. His iam rectiſſimè uale, Rex inclyte, Cæſarq; Auguſtiſſime. Francoforti ex
Muſæolo meo, die 24. Nouembris: quo Maieſtas tua, quod
felix fauſtumq; ſit, in Romanorum Germaniæq; Re-
gem & Cæſarem electa eſt, atque coronata. An-
no Domini Saluatoris 1562.

PINAX

PINAX SEV TABVLA COMPLECTENS PII BONIQVE

Principis imaginem, diſtichis memorabilibus explicatam à Doctore Iuſtino Goblero Goarino Iuriſconſulto, ad inclytum & ſereniſsimum Romanorum Regem Maximilianum II.

Principis prima uirtus eſt pietas erga Deum.

SVmmum præ cunctis debet celebrare tonantem
Princeps, Imperium ſi cupit eſſe pium.

Principem pro ſalute ſubditorum uigilantem eſſe oportet.

Nauita ut incolumes conſeruet ſeq; ſuosq;,
Sic Princeps curet pro uigilare ſuis.

Princeps ſeipſum noſcat, quòd homo ſit mortalis: & hæc quidem cognitio ſuipſius ualdè eſt Principi neceſſaria.

E cœlo quondam deſcendit γνῶθι σεαυτόν,
Littera cognoſci quæ ſibi quenq; iubet.

Princeps non debet de generis ſui nobilitate gloriari, ſed potius anniti, ut morum bonitate, & uitæ honeſtate cæteros antecellat.

Quòd ſint progeniti terrena ab origine cuncti
Mortales, Princeps id meminiſſe uelit.

Princeps pro cunctis beneficijs Deo gratus eſſe debet.

Præ cunctis ſtudeat Princeps pietatis amori,
Ac benefactori gratior eſſe Deo.

Princeps unde ſuam potentiam habeat recogitet, nec ea abuti uelit.

Princeps id faciat ſemper quod complacet illi,
Qui tantum munus credidit, ipſe Deus.

Princeps non fidat opibus ſuis.

Eſt terrenarum rerum conſtantia nulla,
Nemo igitur longo tempore diues erit.

Principem aditu facilem eſſe oportet.

Exaudi oppreſſos, facilem & te præbe miſellis,
Exemplo hoc Princeps ritè ſequere Deum.

Princeps à uitijs purus & inculpatus ſit.

Principis eſt animo depellere turpia facta,
Quin ſtudeat puro corde placere Deo.

Error Principis & ſibi & ſubditis grauiſs. nocet.

Seq; ſuosq; graui condemnat crimine Princeps,
Incautus temerè ſi in malefacta ruit.

Principis pietas ſit immutabilis, etiamſi res humanæ ut plurimum ſunt mutabiles.

Religio & pietas in ſancto principe conſtans
Perduret, quodquam nec remoretur iter.

Princeps adulatorum blanditias non recipiat, qui uelut corui corporis oculos effodiunt, ſic animum Iudicum corrumpunt atq; peruertunt.

Non aliter Princeps fugiat ſermone nocentes,
Quàm coruos, oculos corporis effodiunt.

Principis animus neq; arrogans, neq; deiectus eſſe debet.

Princi-

Principis eſt iniurias leues negligere.

Magnanimi eſt humilis conuitia temnere uulgi,
Ferre inimicorum eſt uerba maligna graue.

Principis ueri amici ſunt, qui rectè iuſteq; facta eius laudant.

Non qui blanditias, ſed iuſtaq; rectaq; facta
Comprobat, hic tandem uerus amicus erit.

Principis animus rectus, conſtans, & idem eſſe debet.

Magnanimum extollit fortis conſtantia pectus
Principis, haud uanum quem decet eſſe uirum.

Princeps felix eſt, qui uolentibus imperat.

Is tutus regnat Princeps mandata uolenti
Qui populo tradit, ſeditione caret.

Princeps conſtantem in rebus inconſtantibus animum obtinere debet.

Peccanti ueniam ſibi Princeps deneget ipſe,
Exemplo populus cautior hoc fuerit.

Principis clementia præcipua ſit erga miſeros.

Vt miſeris ſemper ſit clemens atq; benignus
Princeps, id ſummi poſcit imago Dei.

Principis eſt non terrenis, ſed cœleſtibus bonis ſeſe oblectare.

Delectare minus debent nos gaudia mundi,
Cùm noſtrum ad cœli gaudia tendat iter.

Principis munificentia eſt, bonos uiros præmijs decorare.

Segnitiem quiſquis ſequitur, præclara bonorum
Munera non capiet protinus ille uirum.

Princeps à crudelitate abhorreat.

Crudeles mores Princeps, crudelia facta
Horreat, officium at cum ratione gerat.

Princeps in iudicando gratiam non reſpiciat.

Cunctis Iudicium dictet mortalibus æquum
Princeps, ſic Iudex nemini iniquus erit.

Princeps in cognoſcendis cauſis utriq; parti attentus eſſe debet.

Obſcuris uerum tenebris cùm ſæpe ſepultum eſt,
Attentus Princeps noſcere cuncta uelit.

Princeps Dei bonitatem, quæ eſt inſuperabilis, imitetur.

Omnibus ut reliquis Phœbus præfulget in aſtris,
Sic bonitas homini celſior ipſa Dei eſt.

Principis benefici impenſa perire nunquam poterit.

Eſt benefactorum theſaurus Principis ingens,
Quæ miſeris præbet dona, redire ſolent.

Principem decet benignitas atq; liberalitas.

Fac imitere Deum Princeps, concede benignus
Munera pauperibus, quæ ſupereſſe ſolent.

Princeps eſt oculus Reipublicæ.

Corporis ut uigil eſt, oculus: ſic lumine Princeps
Præ populo fulget, conſilioq; ſuo.

Principis ſatellitium tutiſſimum eſt uirtus ac bonitas.

Non ſemper multo Princeps eſt milite tutus,
Si deſit uirtus, ſi bonitate caret.

Principis Maieſtas eſt in morum innocentia & facilitate.

Tunc tua Maieſtas merita cum laude probatur,
Cùm mores faciles,cùm pia uita aderit.

Principis bonum exemplum ſubditis eſt ſequendum.

Quæ populo mandata paras, ſeruare ſtudeto,
Exemplo firmans quæ facis ipſe tuo.

Principi eſt beatius,dare quàm accipere.

Qui te pro donis orant, precibusq́; fatigant
Egeni, faciunt te pietate Deum.

Principis miſericordia omnibus debet eſſe cognita.

Principis eſt,miſeris ſuccurrere, maxima uirtus,
Qua non ſub cœlo clarior eſſe poteſt.

Principis eſt dignitatem ſuam uirtutibus illuſtrare,

Principis exornant mores diadema benigni,
Efficiunt magnum, magnaq́; facta Ducem.

Princeps in omnibus æqualem potentiæ ſuæ ſapientiam præſtare debet.

Quantum homines alios ſceptro,ui,uiribus, armis
Exuperat,uirtus,tanta trophæa feret.

Principis mandata ſint iuri iuſtitiæq́; conformia.

Principis euertit tam præcipitatio mentem,
Quàm malè conſilium principibusq́ꝫ datum.

Principis ſeueritas in atrocibus delictis puniendis requiritur.

Cunctis temporibus Princeps ſit tardus ad iram,
Criminis at tetri pœna ſeuera cita.

Princeps ſuorum mores exploret.

Seruorum mores Princeps cognoſcere debet,
Integra num iſtorum ſit ſine fraude fides.

Princeps conſilio bonorum uirorum utatur.

Res ſacra conſilium eſt,quòd Princeps ſæpe bonorum
Gaudeat in magnis rebus habere uirum.

Principis præſidium tutiſsimum eſt pietas.

Præſidium, pietas,& inexpugnabilis arx eſt,
Contra quam hoſtilis nulla machæra ualet.

Principis recta adminiſtratio gradus eſt in cœlum.

Qui rectè imperitat populis, iam ſcandere cœlum
Incipit,ac primos arripit inde gradus.

Principis ueſtitus & amictus eſt beneficentia in pauperes.

Principis ut pulcher ueſtitus corpus adornat,
Sic animum bonitas præſtita pauperibus.

Principis religio eſt reuereri Deum eiq́; placere.

Princeps præ cunctis diuinum nomen adoret,
Iſta ſuum exornat pulchra corona caput.

Princeps in neceſsitate ad Deum,eiusq́; filium Chriſtum confugiat.

Auxilium præſtat nomen uenerabile Chriſti
Imploratum ubi erit,fertq́; ſalutis opem.

Principis eſt,indignis etiam benefacere.

Indignis etiam mitem ſe oſtendere debet
Princeps,quotidiè ſic Deus ipſe facit.

Prin-

Princeps nonnunquam ſubditorum peccata condonare debet.

Interdum Princeps ſeruis ignoſcere debet,
Peccanti quoties dat ueniam ipſe Deus.

Principis fama & conſcientia ſit à uitijs libera.

Si abſtinet à uitijs Princeps, ſic integra fama, &
Conſcia mens recti, & libera uita manet.

Quod in priuato homine leue delictum eſt, hoc in Principe flagitium eſt.

Quod uitium exiguum eſt aliàs, in Principe magnum eſt,
Publica neglecta hoc ſic grauat utilitas.

Mors communis eſt omnibus.

Mors rapit ex æquo cunctos, mors omnibus imperat,
Sit uel inops Irus, diuitijſue potens.

Princeps eſt ſeruus Dei.

Sit Princeps Dominus cunctorum quamlibet amplus,
Eſt tamen æterno ſubditus ipſe Deo.

Principis peccatum, animam eius comitatur.

Sic peccatum animam comitatur, corpus ut umbra,
Seu benè ſeu malè ſunt, cognita, facta Deo.

Principi Chriſtiano ſemper eſt uigilandum.

Plus uigila ſemper, nec ſomno deditus eſto
Princeps, ſi patriæ conſuluiſſe uoles.

Princeps non ſuperbiat.

Te faciant nunquam faſtigia tanta ſuperbum,
Imperium ut firmum, aut perpetuum eſſe putes.

Princeps ſemper aliquid ad Reipublicæ utilitatem meditetur.

Eſt nunquam curis uacuus, qui publica regnat
Commoda, ſi ſaltem commodus eſſe uelit.

Hæc hactenus.

EPITHETA BONI PRINCIPIS, EX IVLIO POLLVCE.

HAEC ſunt quæ faciunt præclarum nomina Regem,
Rex pater eſſe ſuis debet, placidusq́, benignus,
Mitis, & humanus, manſuetus, prouidus, æquus,
Magnanimus, liber, nec lucri turpis auarus:
Non ſinet affectus dominari, ſed rationis
Omnia conſilio peraget, nec ſpurca uoluptas
Principis egregium pectus uitiabit honeſti.
Præterea iuſtus, prudens, fortisq́, modeſtus,
Iudicij exacti contemplatorq́ futuri,
Sollicitè populi commiſſa negocia curet.
Vindictæ fugiens, & plurima diſsimulabit,
Qui tenet Imperium, lenis, bellator, & audax,
Sed qui bellandi cauſam non præbeat ulli,
Pacis amans, ſemper pacis defenſor & autor.
Defendet miſeros, caſtigabitq́ rebelles.
Corriget & mores populi, uitijsq́ recidet
Semina, conſtituens Legum monumenta bonarum,
Principis hæc refert meminiſſe uocabula ſemper,
Vt ſciat Imperium cum Maieſtate tueri.

PTOLOMAEI TABVLA OMNIBVS PRINCIPIBVS NOSCENDA.

NVNQVAM magnifeci diuitem Tyrannum,
Nec odio habui pauperem iuſtum.
Nunquam iuris dicendi tempus pauperi diſtuli,
Nec largitionibus adductus diuiti peperci.
Nunquam feci alicui gratiam fauore captus,
Nec iratus pœnam inflixi.
Nunquam permiſi malum impunitum,
Nec bonum inremuneratum.
Nunquam cauſam liquidò iuſtam alteri tractandam commiſi,
Nec obſcuram ſolus decreui.
Nunquam ius negaui petenti,
Nec miſericordiam eam merenti.
Nunquam quempiam iratus mulctaui,
Nec dona lætus magnificè promiſi.
Nunquam temerè geſtiebam in proſperitate,
Nec in aduerſis animum deſpondi.
Nunquam odio irritatus damnum alicui intuli,
Nec rem turpem ob auaritiam commiſi.
Nunquam adulantium amore capiebar,
Nec aures detractatoribus præbui.
Semper optabam à bonis diligi,
Vt me timerent mali.
Benigniter faciebam pauperibus,
Et extraneis fauorem merentibus.
Poſtremò (quod omnium eſt maximum)
Fui dilectus à Dijs multa potentibus.

IN CONSTITVTIONEM AVREAE Bullæ Caroli Quarti Romanorum Imperatoris & Regis Bohemiæ &c. Epigramma precatorium.

PRO SERENISSIMO
ET INCLYTO PRINCIPE, AC DOMINO, D. MAXIMILIANO, EIVS NOMINIS SECVNDO, Rege Bohemiæ, Archiduci Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Lucemburgiæ &c. Diuina fauente clementia iam Romanorum Rege atq; Cæſare eligendo, imò nunc electo & coronato, Doctoris Iuſtini Gobleri Iuriſconſulti Votum.

MAxime Dij ſuperi tibi dent, precor, Aemyliane,
Vt modò contingat maximus orbis honor.

Concor-

Concordi Regem Romanum uoce ſalutent,
Te ſeptem proceres, Teutonicíq; patres.
Aſpirentq; tuis feliciter omnia cœptis,
Et dent ut facilis ſit labor iſte tuus.
Me niſi iam fallunt humilem pia uota precantem,
Tertius à Carlo Cæſare Cæſar eris.
Sit Deus ô ſeptem ſuffragatoribus autor,
Vt conferre uelint ſceptra regenda tibi.
Fortunate Deo, ſalue optatiſsime Cæſar,
Imperij tanto culmine dignus eras.
Imperij ſolus qui nunc moderatur habenas,
Aſciſcit natum te in ſua regna pater.
Namq; ſenex iuuenem florentibus eligit annis,
Tam graue terrarum ſufferat orbis onus.
Sic fuit Imperium quondam ſolenne, duobus
Cæſaribus quando hoc Roma gerebat onus.
Viuite felices igitur natusq; paterq;,
Dij quibus Imperium, tantaq; regna fauent.
Haud fore ſperamus, uobis concordibus, ulla
Bella domi nobis, bella timenda foris.
Sed ſi qua erunt, longè noſtris à finibus abſint,
In tumidos alio tempore ducta Scythas.
Captiuumq; trahant crudelem in uincula Turcam,
Qui Chriſti exoſum tam malè nomen habet.
Si qua igitur pugnare libet, ſi bella mouere,
In Mahometigenas ſuſcipe bella Getas.
Eſſe Redemptoris noſtri, quos nouimus hoſtes,
Impiaq; aduerſus bella mouere Deum.
Hos Chriſti & patriæ fortis domineris in hoſtes,
Hac re nulla tibi gloria maior erit.
Ferdnandus primus, tu Maxmiliane ſecundus,
Diceris Cæſar tempus in omne pius.
Filius Imperij conſors regnante parente
Dignus adis Regnum, dignus habebis idem.
Te genitor uiuus Regno ſuffecit, & armis,
Ecce tuis humeris quàm graue ſentis onus?
Sed Deus auxilium tibi diues, Martipotensq;
Ipſe ſuo ſancto monte Sione feret.
Officioſa mea hæc tibi ſit teſtata uoluntas,
Sis Cæſar felix, incolumisq;, precor.
Felix Imperio, felix bonitate regendi,
Eueniant cœptis proſpera cuncta tuis.

AMEN.



DIVO CAROLO QVINTO, IMPERATORI MAXIMO, D. IVSTINVS GOBLERVS IVRECON.

Ad inſignia Imperatoria.

Cvm te ſummæ uirũ, Superi, tot Regibus ortũ
Prætulerunt orbi, Carole Quinte, nouo,
Dignus es hac ſumma maiorum laude tuorum,
Dicetur ſemper nobile ſtemma tuum.
Pacis amans atauus Fridericus: & induperator
Maximilianus auus, Marte, togaq́; potens.
Filius Hiſpanicæ Princeps in gente Philippus,
Præditus eximia felicitate pater.
Hic pater amborum fratrum, quatuorq́; ſororum,
Proles ô felix, diues, & armipotens.
Carole namq; tuo totus conterritus orbis
Nomine, crudeles diſperiere Gethæ,
Ferdinandum tanti ſequitur ſua gloria Regni,
Proximus huic Cæſar Maximilianus erit.
Nati natorum, & qui pòſt naſcentur ab illis,
Germanos libeat dicere, & eſſe Deos.
Auguſtosq́; omnes cognomine ritè uocari,
Imperij tantum qui tenuère decus.
Ipſa corona triplex, binæ Herculis atq; Columnæ,
Romanos faſces, & ſacra ſceptra probant.
Sic Diadema micans, Aquila hæc uolat et ſuper om
Aureaq́; Aeſonij uellera raræ Ducis. (nes,
Vera quidem, ac diua hæc ſunt Imperialia ſigna, &
Arma, quibus ſanctum noſcitur Imperium.

AVREA BVLLA
CAROLI QVARTI ROMANORVM IMPERATORIS,
& Regis Bohemiæ, &c.

Omnipotens æterne Deus, ſpes unica mundi,
Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,
Tu populi memor eſto tui, ſic mitis ab alto
Proſpice, ne greſſum faciat ubi regnat Erinnys,
Imperat Alecto leges dictante Megæra:
Sed potius uirtute tui, quem diligis huius
Cæſaris inſignis Caroli Deus alme miniſtra,
Vt ualeat ductore pio per amœna uireta
Florentum ſemper nemorum ſedesq; beatas
Ad latices intrare pios, ubi ſemina uitæ
Diuinis animantur aquis & ſonte ſuperno
Lætificata ſeges ſpinis mundatur ademptis,
Vt meſsis queat eſſe Dei mercisq; futuræ
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.



TITVLI AVREAE BVLLAE Caroli Quarti Romanorum Imperatoris, & Regis Bohemiæ &c.

Qualis eſſe debeat conductus Electorum, & à quibus. Tit. I. fol. 286
De electione Regis Romanorum. Tit. II. 291
De Seſsione Treueren. Colonien. & Moguntinen. Archiepiſcoporum. Tit. III. 293
De Principibus Electoribus in communi. Tit. IIII. 294
De iure Comitis Palatini Rheni, & etiam Saxoniæ Ducis. Tit. V. 295
De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes. Tit. VI. Ibidem.
De ſucceſsione Principum Electorum. Tit. VII. 296
De Regibus Bohemiæ, & regnicolarum eius immunitate. Tit. VIII. 297
De auri, argenti, & aliarum ſpecierum mineris. Tit. IX. 298
De monetis. Tit. X. 299
De immunitate Principum Electorum. Tit. XI. Ibid.
De congregatione Principum. Tit. XII. 300
De reuocatione Priuilegiorum. Tit. XIII. 301
De hijs quibus ut indignis auferuntur bona feudalia. Tit. XIIII. 302
De Conſpiratoribus. Tit. XV. ibid.
De Pfalburgerijs. Tit. XVI. 303
De diffidationibus. Tit. XVII. 304
Litera intimationis. Tit. XVIII. 305
Forma Procuratorij mittendi per eum principem Electorem, qui nuncios ad electionem faciendam duxerit deſtinandos. Tit. XIX. ibid.
De unione Principum Electorum, & iurium eis connexorum. Tit. XX. 306
De ordine proceſsionis inter Archiepiſcopos. Tit. XXI. 307
De ordine proceſsionis Principum Electorum, & per quos inſignia deportentur, Tit. XXII. ibid.
De benedictionibus Archiepiſcoporum. Tit. XXIII. 308
De officijs Principum Electorum in ſolemnibus Curijs Imperatorum uel Regum Romanorum. Tit. XXIIII. 311
De iuribus officialium, dum Principes feuda ſua ab Imperatore uel Rege Romanorum recipiunt. Tit. XXV. 313

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE

Trinitatis feliciter, Amen. Carolus Quar-
tus Diuina fauente clementia Romanorum
Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ
Rex, ad perpetuam rei memoriam. Omne
Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur,
Nam Principes eius facti ſunt ſocij furum,
ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum uertiginis, ut
palpent in meridie ſicut in tenebris, & candelabra eorum mouit de
loco ſuo, ut cœci ſint, & Duces cœcorum: Et qui ambulant in tene-
bris offendunt, & cœci mente ſcelera perpetrant, quæ in diuiſionem
contingunt. Dic Superbia quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diuiſio-
nem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathan inuide, quomodo A-
dam de Paradiſo eieciſſes, niſi eum ab obedientia diuiſiſſes? Dic Lu-
xuria, quomodo Troiam deſtruxiſſes, niſi Helenam à uiro ſuo diuiſiſ-
ſes? Dic Ira quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in
diuiſione Pompeium, & Iulium ſæuientibus gladijs ad inteſtina præ-
lia concitaſſes? Tu quidem Inuidia, Chriſtianum Imperium à Deo
ad inſtar ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis fide, ſpe, & caritate, uirtuti-
bus Theologicis roboratum, cuius fundamentum ſuper Chriſtianiſ-
ſimo Regno feliciter ſtabilitur, antiquo ueneno, quod uelut ſerpens
in palmites Imperiales, & membra eius propinquiora impio ſcelere
uomuiſti, ut concuſsis columnis totum ædificium ruinæ ſubijceres.
Diuiſionem inter ſeptem candelabra lucentia in unitate Spiritus ſe-
ptiformis ſacrum illuminari debet Imperium, multotiens poſuiſti. Sa-
nè cùm ex officio, quo Cæſarea dignitate potimur futuris diuiſionum
& diſſenſionum periculis inter Electores ipſos, de quorum numero,
ut Rex Bohemiæ eſſe dinoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio,
quàm Electionis iure quo fungimur, occurrere teneamur. Infra ſcri-
ptas Leges ad unitatem inter Electores uouendam, & electionem u-
nanimem inducendam, ac deteſtandæ diuiſioni prędictæ, uarijsq; pe-
riculis ex ea ſequentibus, aditum præcludendum, in ſolenni Curia no-
ſtra Nurenbergenſi, aſsidentibus nobis omnibus Principibus Ele-
ctoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comi-
tum, Baronum, Procerum, Nobilium & Ciuitatum, multitudine nu-
meroſa, In ſolio Maieſtatis Cæſareæ Imperialibus infulis, inſignijs et
diademate decorati, matura deliberatione præuia, de Imperialis po-
teſtatis plenitudine edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas, ſub
anno Domini milleſimo tricenteſimo quinquageſimo ſexto, Nona
indictione, Quarto Idus Ianuarij, Regnorum noſtrorum anno deci-
mo, Imperij uerò ſecundo.

Qualis eſſe debeat conductus Electorum, & à quibus. I.

DECERNIMVS, & præſenti edicto Imperiali perpetuò ualituro ſancimus, ex certa ſcientia, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ut quotienſcunq;, & quandocunq; futuris temporibus neceſsitas ſiue caſus electionis Regis Romanorum in Imperatorem promouendi emerſerit, & Principes Electores ad electionem huiuſmodi iuxta antiquam & laudabilem conſuetudinem habuerint proficiſci, unuſquiſque Princeps Elector, ſi & quando ſuper hoc fuerit requiſitus, quoslibet Principes Electores ſuos uel ipſorum nuncios, quos ad Electionem ipſam tranſmiſerint, per terras, territoria, & loca ſua, & etiam ultra, ſicut longius poterit conducere teneatur: Et eis abſq; dolo præſtare conductum uerſus ciuitatem, in qua talis electio fuerit celebrata, & ab illa etiam redeundo ſub pœna periurij ac perditionis pro illa duntaxat uice, ſuæ uocis, quam in electione huiuſmodi fuerat habiturus. Quas quidem pœnas eos uel eum, qui in præſtando memorato conductu rebelles ſeu rebellem, negligentes uel negligentem ſe præbuerint, eo ipſo decernimus incidiſſe.

Statuimus inſuper & mandamus uniuerſis alijs Principibus, feuda à Sacro Imperio Romano tenentibus, quocunq; nomine cenſeantur, Necnon Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus & Ignobilibus, Ciuibus & communitatibus Caſtrorum, ciuitatum, & locorum ſacri Imperij uniuerſis, ut eodem tempore, dum uidelicet Regis Romanorum in Imperatorem promouendi, electio celebranda occurrerit, unumquemque Principem Electorem ab ipſis, uel eorum aliquo conductum huiuſmodi poſtulantem, uel eiuſdē nuncios, quos ad electionem ipſam direxerit, ut præfertur per territoria ſua, & alias quanto potuit remotius, abſq; dolo, modo præcedenti conducant. Si qui uerò huic noſtræ conſtitutioni contraire præſumpſerint, ſubſcriptas, ipſo facto pœnas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes ac uniuerſi nobiles contrarium facientes reatum periurij, & priuationem omniū feudorum, quæ à ſacro Romano Imperio, & à quibuſcunq; alijs obtinent: Et etiam omnium poſſeſsionum ſuarum à quocunq; habitarum incurrant. Omnes quoq; ciues & communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint periuri. Et nihilominus uniuerſis ſuis iuribus, libertatibus, priuilegijs, & gratijs à ſacro obtentis Imperio ſint omnino priuati, & cum perſonis & bonis ſuis omnibus Bannum & proſcriptionem Imperialem incurrant, & eoſdem ipſo facto exnunc prout extunc iure priuamus.

Deinceps cuiuslibet hominum auctoritate propria, & ſine Iudicio ſeu inuocatione magiſtratus cuiuslibet impunè licebit inuadere, nullamq;

lamq́ pœnam propter hoc inuadens, ipſos, debebit ab Imperio, ſeu quouis alio formidare, præſertim cùm contra Rempublicam, & ſacri Imperij ſtatum & dignitatem, ac etiam contra honorem proprium, & ſalutem tantæ rei temerarij neglectores, tanquam rebelles, inobedientes, & perfidi infideliter & peruerſè agere conuincantur.

Decernentes inſuper & mandantes, ut omnium ciuitatum ciues, & communia, iamdictis Principibus Electoribus, & eorum cuilibet hoc poſcenti, eorumq́ nuncijs, uictualia in communi precio, atq; curſu, pro ſuis ſeu nunciorum prædictorum, hominumq; ſuorum neceſsitatibus, dum ad prædictam ciuitatem cauſa celebrandæ electionis prædictæ acceſſerint, et etiam dum diſceſſerint ab eadem uendere ſeu uendi facere teneantur, nullam in præmiſsis fraudem quomodo libet adhibendo. Alioquin contrarium facientes, pœnas illas uolumus ipſo facto incurrere, quas in præcedentibus contra ciues & communitates duximus promulgandas.

Quiſquis inſuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus, ſeu ignobilibus, ciuibus, ſeu communitatibus ciuitatum, Principi Electori ad electionem de Rege Romanorum celebrandam eunti, uel ab ipſa denuò redeunti, hoſtiles cuſtodias tendere ſeu inſidias parare præſumpſerit, aut ipſos uel eorum aliquem in ſua uel ſuorum perſonis aut rebus inuadere uel turbare, ſeu ipſorum uel alicuius eorum nuncios antedictos, ſiue conductum petierint, ſiue etiam non duxerint exigendum, hunc unà cum uniuerſis malitiæ ſuæ complicibus, ipſo facto ſupradictas pœnas decreuimus incurriſſe: Ita uidelicet, quòd quæuis perſona pœnam incidat, ſiue pœnas quas iuxta præmiſſa, pro qualitate perſonarum duximus infligendas.

Si uerò aliquis Princeps Elector cum aliquo ſuo coelectore inimicitias gereret, & inter eos quæcunq; contentio, controuerſia, ſeu diſſenſio uerteretur, hijs nequaquàm obſtantibus, alter alterum, uel alterius nuncios ad electionem huiuſmodi deſtinandos, præmiſſo modo conducere ſit aſtrictus, ſub pœna periurij ac perditionis, ea uice duntaxat ſuæ uocis in electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

Si qui uerò alij Principes, Comites, Barones, Milites, Clientes, Nobiles & Ignobiles, ciues uel communia ciuitatum, cum aliquo Principe Electore, uel pluribus ex eiſdem aduerſam gererent uoluntatem, ſeu quæuis diſcordia inter ipſos adinuicem uel gewerra, ſiue diſſenſio uerteretur. Nihilominus omni contradictione & dolo ceſſantibus, Principi Electori, uel Principibus, ſeu eius uel ipſorum nuncijs, ad electionem huiuſmodi deſtinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant præſtare conductum, prout ſinguli pœnas iamdictas per nos, uidelicet in ſe latas, uoluerint euitare, Quas eos qui ſecus fecerint incurriſſe decernimus eo ipſo.

Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem & certitudinem ampliorem,iubemus & uolumus,ut uniuerſi Principes Electores,& cæteri Principes,Necnon Comites,Barones,nobiles,ciuitates,ſeu ipſarum communitates,præmiſſa omnia literis & iuramentis ſuis firmare,& ad ea bona fide,ac ſine dolo implenda,efficaciter ſe debeant obligare.

Quicunq; uerò literas huiuſmodi dare renuerit, pœnas illas ipſo facto incidat,quas pro perſonarum conditione,per præmiſſa,ſingulis duximus infligendas.

Si quis autem Princeps Elector,aliúſue Princeps, cuiuſcunq; conditionis aut ſtatus, feudum uel feuda à ſacro tenens Imperio,aut Comes,Baro,uel nobilis,ſeù ſucceſſores talium,uel hæredes ſuprà & infrà ſcriptas,Imperiales noſtras conſtitutiones & leges adimplere noluerint,aut eis contraire præſumpſerint, & ſi quidam talis Princeps Elector extiterit,extunc cæteri ſui Coëlectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio,Ipſeq; uoce electionis,& aliorum Principum Electorum loco,dignitate careat,atq; Iure, Nec inueſtiatur de feudis, quæ à ſacro Imperio niſus fuerit obtinere. Alius uerò Princeps, aut uir nobilis,ut præfertur in has noſtras leges committens, ſimiliter nō inueſtiatur de feudis,quæ à ſacro Imperio,uel aliàs obtinet à quocunque. Et nihilominus omnes pœnas præmiſſas,ſuam concernentes perſonam incidat eo ipſo. Quamuis autem uniuerſos Principes,Comites,Barones,nobiles,milites,clientes,ciuitates quoq; & communitates illarum ad præſtandum cuilibet Principi Electori,uel eius nuncijs præfatum conductum, ut prædicitur indiſtinctè, uelimus & decreuerimus obligari,Nihilominus eorum cuilibet ſingulares conductus & conductores,pro regionum & locorum adiacentia cuilibet magis apto duximus deſignandos,ut ſtatim per ſequentia plenius apparebit.

Primò namq; Regem Bohemiæ,ſacri Imperij Archipincernam conducent,Archiepiſcopus Moguntinen. Bambergen. & Herbipolen. Epiſcopi.Burggrauij Nurenbergen. Itē,Illi de Hohenloch & Wertheym, De Bruneck & Hanawe. Item ciuitates Nurenberg,Rotenburg,& Windeſsheym.

Deinde Archiepiſcopum Colonien. ſacri Imperij per Italiam Archicancellarium conducent,& conducere tenebuntur, Moguntinus & Treueren. Archiepiſcopi, Comes Palatinus Rheni, Lantgrauius Haſsiæ, Item de Catzenelnbogen, De Naſſaw, De Ditze Comites. Item de Yſenburg,de Weſterburg,de Runckel,de Limpurg, & Falckenſtein. Item ciuitates Wetzflar. Geylnhuſen & Fridberg.

Item Archiepiſcopum Treueren. ſacri Imperij per Galliam, & regnum Arelaten. Archicancellarium conducent Archiepiſcopus Moguntinen.Comes Palatinus Rheni,Item de Spanheym & de Feldentz

dentz Comites. Item Rugrauen. Wildegrauen, de Naſſaw, de Yſenburg, de Weſterburg, de Runckel, de Lympurg, de Ditz, de Catzenelnbogen, de Epenſteyn, de Falckenſteyn, Item ciuitas Moguntina.

Deinde Comitem Palatinum Rheni, ſacri Imperij Archidapiferum, conducere debebit Archiepiſcopus Moguntinenſis.

Ducem uerò Saxoniæ, ſacri Imperij Archimareſcalcum tenebitur conducere Rex Bohemiæ, Moguntin. & Magdeburgen. Archiepiſcopi, Item Bambergen. & Herbipolen. Epiſcopi, Marchio Miſſenen. Lantgrauius Haſsiæ. Item Fulden. & Hersfelden. Abbates, Burggrauij Nurenbergenſes. Item illi de Hohenloch, de Wertheym, de Bruneck, de Hanawe, de Falckenſteyn. Item ciuitates Erffordia, Mulhuſen, Nurenberg, Rotenburg, & Windeſsheym, Et hi omnes proximè nominati, Marchionem Brandenburgenſem, ſacri Imperij Archicamerarium, ſimiliter conducere tenebuntur.

Volumus autem & expreſsè ſtatuimus, ut unuſquiſque Princeps Elector, qui talem uoluerit habere conductum, ijs, à quibus ipſum poſtulare decreuerit, hoc ipſum adeò tempeſtiuè, uiamq; qua fuerit tranſiturus inſinuet, & talem conductum expoſcat, ut illi qui ad conductum huiuſmodi impendendum deputati, & qui fuerint requiſiti ad hoc opportunè ſe ualeant & commodè præparare.

Præmiſſas uerò conſtitutiones circa materiam conductus ædictas, ita ſanè debere declaramus intelligi, ut unuſquiſq; ſuperius nominatus, uel forſan non expreſſus, à quo in caſu præmiſſo conductum requiri contigerit, ad præſtandum ipſum, per ſuas duntaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto poteſt remotius abſq; dolo ſub pœnis contentis, ſuperius eſt aſtrictus.

Præterea ſtatuimus, & etiam ordinamus, ut Archiepiſcopus Moguntinenſis, qui fuerit pro tempore ſingulis Principibus Coëlectoribus, ſuis Eccleſiaſticis & ſecularibus, Electionem eandem per ſuos nuncios patentibus debeat literis intimare, in quibus quidem literis talis dies & terminus exprimatur, infra quem eædem literæ ad ſingulos eoſdem Principes uerisimiliter poſsint peruenire, huiuſmodi uerò literæ continebunt, ut à die in literis ipſis expreſſa, infra tres Menſes continuos omnes & ſinguli Principes Electores Franckenford ſuper Moganum eſſe debeant conſtituti, uel ſuos Legales ad eundem terminum atq; locum nuncios deſtinare cum plena & omnimoda poteſtate, ſuiſq; patentibus literis maiori cuiuslibet Sigillo eorum ſignatis, ad eligendum Romanorum Regem, in Cæſarem promouendum.

Qualiter autem, & ſub qua forma tales literæ confici debeant, & quæ in eis ſolemnitas debeat immutabiliter obſeruari, Et in qua forma & modo Principes Electores nuncios ſuos ad electionem huiuſmodi deſtinandos ad poteſtatem, mandatum ſeu procuratoria ordinare debuerint, ad finem præſentis libri ſcriptum inuenitur clarius &

expreſſum,& eandem formam illic traditam mandamus,& de Imperialis poteſtatis plenitudine,uſq; quaq; decernimus obſeruari.

Cùm autem ad hoc peruentum fuerit,quod de Imperatoris uel Regis Romanorum obitu in Diœceſi Moguntinenſi conſtiterit,extunc infra unum Menſem, à die notitiæ obitus huiuſmodi continuè numerandum,ſingulis Principibus Electoribus obitum ipſum & intimationem,de quibus præmittitur per Archiepiſcopum Moguntinenſem,iubemus & decernimus ſuis patentib. literis declarari. Quod ſi idem Archiepiſcopus in executione & intimatione huiuſmodi negligens aut remiſſus fortaſsis exiſteret,Extunc ijdem Principes motu proprio,etiam non uocati, pro fidei ſuæ uirtute,qua ſacrum proſequi tenentur Imperium,poſt hæc infra tres Menſes, ſicut in conſtitutione ſuprà proximè poſita continetur,in ciuitate Franckenford ſæpè dicta conueniant electuri Regem Romanorum, in Cæſarem promouendum.

Debet autem unuſquiſq; Princeps Elector, uel ſui nuncij,prædictam ciuitatem Franckenford,cum ducentis equitaturis tantummodò præfatæ electionis tempore introire, in quorum numero quinquaginta tantùm armatos,uel pauciores,introducere ſecum poterit, ſed non plures.Princeps uerò Elector ad Electionem huiuſmodi uocatus & requiſitus,& ad ipſam non ueniens,uel legales nuncios cum literis patentibus Sigillo ſuo maiori ſigillatis, plenamq; & liberam,ac omnimodam poteſtatem continentibus,ad eligendum Romanorum Regem,futurum Imperatorem non dirigens, aut ueniens, aut huiuſmodi nuncios fortaſſe tranſmittens,Si poſtea Princeps ipſe, aut prædicti nuncij à prædicto electionis loco recederent,Rege Rom.futuro Cæſare non electo,nec ad præmiſſa procuratore legitimo Subſtituto ſolenniter,& relicto electionis uoce ſeu iure,quod in eadem electione habuit,& tali modo deſeruit,careat ea uice. Iniungimus autē ciuibus de Franckenford, & mandamus,ut ipſi uniuerſos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum ab inuaſione alterius,ſi quid inter eos aduerſitatis emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus,quos ipſi,& eorum quilibet in præfato ducentorum ſuorum equorum numero ad præfatam duxerint ciuitatem, in uirtute iuramenti, quod ſuper hoc ipſos ad Sancta præſtare ſtatuimus,fideli ſtudio,& ſolerti diligentia protegant ac defendant, Alioquin periurij reatum incurrant.Et nihilominus omnia ſua Iura,libertates,priuilegia,gratias, & indulta,quæ à ſacro obtinere noſcuntur Imperio,omnino amittant.Bannum quoq; Imperiale, cum perſonis & bonis ſuis omnibus incidant eo ipſo,Et liceat extunc omnium hominum autoritate propria,ac ſine Iudicio ciues eoſdem, quos eo caſu exnunc,prout extunc omni Iure priuamus,tanquam proditores,infideles,& rebelles Imperij impunè inuadere, Ita quod inuadentes hu-

iuſmodi pœnam quamcunq; à ſacro Imperio,uel quouis alio,nequaquam debeant formidare Ciues inſuper antedicti de Franckenford, per omne tempus illud, quo ſuper electione ſæpedicta tractari & agi contigerit,neminem in præfatam ciuitatem cuiuſcunque dignitatis, conditionis,uel ſtatus extiterit,intromittant,uel intrare quouis modo permittant,Principibus Electoribus,uel eorum nuncijs & Procuratoribus antedictis,duntaxat exceptis,quorum quilibet cum ducentis equis debebit,ut prædicitur,intromitti.Si uerò poſt ipſorum Principum Electorum introitum,ſeu in ipſorum præſentia in præfata ciuitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum ciues ipſi debebunt, abſq; mora, & cum effectu, protinus ordinare,ſub omnibus pœnis contra ipſos ſuperius promulgatis,& etiã in uirtute iuramenti,quod ciues ipſi de Franckenford,ſuper eo uirtute præſentis conſtitutionis, præſtare debebunt ad ſancta,ut in præcedentibus eſt expreſſum.

De Electione Romanorum Regis. II.

POSTQVAM autem ſæpedicti Electores ſeu Nuncij ciuitatem Franckenford ingreſsi fuerint,ſtatim ſequenti die diluculo in Eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli,ibidem in omni ipſorum præſentia, Miſſam de ſancto ſpiritu faciant decantari ad finem,ut ipſe ſanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret,& eorum ſenſibus lumen ſuæ uirtutis infundat,quatenus ipſi ſuo ſuffulti præſidio hominem iuſtum,bonum & utilem eligere ualeant,in Regem Romanorũ, futurumq; Cæſarem,ac pro ſalute populi Chriſtiani,Peracta quoq; Miſſa huiuſmodi, Omnes illi Electores ſeu Nuncij accedant ad altare, in quo miſſa eadem extitit celebrata,ubi Principes Electores Eccleſiaſtici,coram Euangelio beati Ioannis, In principio erat uerbum,quod illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reuerentia ſupponant. Seculares uerò Principes Electores,dictum Euangelium corporaliter manibus ſuis tangant, qui omnes cum tota ſua familia tunc ibi debebunt inermes aſsiſtere. Et Archiepiſcopus Moguntinenſis formam iuramenti eis dabit, & unà cum ipſis,& ipſi,uel abſentium Nuncij unà cum eo iuramentum præſtabunt uulgariter in hunc modum.

Ego N.Archiepiſcopus Moguntinenſis,ſacri Imperij per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, Iuro ad ſancta Dei Euangelia hic præſentialiter coram me poſita, quòd ego per fidem, qua Deo & ſacro Roman. Imperio ſum aſtrictus,ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum, cum Dei adiutorio eligere uolo temporale Caput populo Chriſtiano: id eſt Regem Roman. in Cæſarem promouendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretio & ſenſus mei me dirigunt,& ſecundum fidem prædictam, uocemq; meam & uotum,ſeu electionem præfatam dabo abſque omni pacto ſti-

pendio, precio ſeu promiſſo, uel quocunq; modo talia ualeant appellari, ſic me Deus adiuuet, & omnes ſancti.

Præſtito denique per Electores ſeu Nuncios, in forma & modo prædictis huiuſmodi iuramento, ad electionem procedant, nec ammodo de iamdicta ciuitate Franckenford, ſeparentur, niſi prius maior pars ipſorum temporale Caput mundo elegerit, ſeu populo Chriſtiano Regem, uidelicet Romanorum, in Cæſarem promouendum. Quod ſi facere diſtulerint, infra triginta dies, à die præſtiti iuramenti præfati, continuò numerandos, extunc tranſactis eiſdem triginta diebus ammodo panem manducent, & aquam, & nullatenus ciuitatem exeant antedictam, niſi prius per ipſos, uel maiorem partem ipſorum, Rector ſeu temporale Caput fidelium electum fuerit, ut præfat. .

Poſtquam autem in eodem loco, ipſi, uel pars eorum maior numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debebit, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, concorditer celebrata. Siq; per tempus aliquod morari, abeſſe, & tardare contingeret, aliquem de Electoribus ſeu Nuncijs antedictis, dum tamen ueniret antequàm prę dicta eſſet electio celebrata, hunc ad electionem ipſam in eo ſtatu admitti decernimus, in quo ipſa aduentus ſui tempore conſiſtebat.

Et quia de antiqua approbata, & laudabili conſuetudine inconcuſſè, quod ſubſcribitur ſemper extitit hactenus obſeruatum. Ideóque & nos conſtituimus, & de Imperiali decernimus plenitudine poteſtatis, Quòd is, qui modo præmiſſo in Regem Romanorum electus fuerit, peracta ſtatim electione huiuſmodi, priuſquam in alijs quibus cauſis alijs, ſiue negocijs, uirtute ſacri Imperij adminiſtret, uniuerſis & ſingulis Principibus, Electoribus, Eccleſiaſticis, & ſecularibus, qui propinquiora ſacri Imperij membra eſſe noſcuntur, omnia ipſorum Priuilegia, literas, Iura, libertates, conceſsiones, antiquas conſuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipſi ab Imperio uſq; in diem electionis ſuæ obtinuerunt & poſſederunt, abſq; dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per ſuas literas & ſigilla, ipſiſq; præmiſſa omnia innouare, poſtquam Imperialibus inſulis fuerit coronatus.

Confirmationem autem huiuſmodi electus ipſe cuilibet Principi Electori, in ſpecie primo ſuo Regali nomine faciet, & deinde ſub Imperiali titulo innouabit, Et in hijs ipſos Principes omnes in genere, & quemlibet eorum in ſpecie nullatenus impedire, Sed potius abſq; dolo gratioſè tenebitur promouere, in caſu deniq; quo tres Principes Electores præſentes, ſeu abſentium Nuncij, quartum ex ſe ſe ſeu ipſorum conſortio, uidelicet Principem Electorem, præſentem uel abſentem in Regem Romanorum elegerint, uocem illius electi, ſi præſens affuerit, aut Nunciorū ipſius, ſi eum abeſſe contingeret

plenum uigorem habere, & eligentium augere numerum, partemq́; maiorem decernimus conſtituere, ad inſtar cæterorum Principum Electorum.

De Seßione Treuerenſis, Colonienſis, & Moguntinenſis Archiepiſcoporum. 111.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus Quartus, Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam reimemoriam, decor & gloria ſacroſancti Romani Imperij, & honor Cæſareus, & Reipublicæ grata compendia, Venerabilium & Illuſtrium Principum Electorum concordi uoluntate fouentur, qui uelut colu... proceres, ſacrum ædificium circumſpectę prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, quorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboratur. Et quanto mutui fauoris ampliori benignitate ſtringuntur, tanto uberioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt, populo Chriſtiano. Vt igitur inter uenerabiles Moguntinenſis, Colonienſis, necnon Treuerenſis Archiepiſcopos, ſacri Imperij Principes Electores, omnium litium & ſuſpectuum, quem, & qui de prioritate, ſeu dignitate ſeſſionum ſuarum in Curijs Imperialibus et Regalibus ſuboriri ualerent impoſterum, perpetuis in antea temporibus amputentur, Et ipſi in cordis & animorum quieta conditione manentes, & de oportunitatibus ſacri Imperij concordi fauore, & uirtuoſę dilectionis ſtudio conuenientius meditari ualeant, pro conſulatione populi Chriſtiani habita deliberatione, cum omnibus Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, Et de ipſorum conſilio decernimus, & de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine, hac edictali lege perpetuò ualitura ſancimus, Quôd ſupradicti uenerabiles Archiepiſcopi, Treuerenſis uidelicet ex oppoſito lineari directione, uerſus Imperatoris faciem, Moguntinenſis uerò in ſuis Diœceſi & prouincia, et extra prouinciam ſuam in toto Archicancellariatu ſuo Germanico, prouincia Colonienſi duntaxat excepta, & demùm Colonienſis in ſuis Diœceſi & prouincia, & extra prouinciam ſuam in tota Italia & Gallia, in dextro latere Romanorum Cæſaris, ſedere poſsint, ualeant, & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta Iudicijs, collationibus feudorum, & in refectionibus menſarum, ac etiam in conſilijs, & omnibus alijs agendis, propter quæ contingit, ſeu continget, eos pro honore ſeu utilitate Imperiali tractandis, mutuò conuenire. Et hunc modum Seſsionis ſub omni eo ordine, ſicut expreſſatur ſuperius, ad prædictorum Colonienſis, Treuerenſis, & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuò extendi uolumus, ut nullo unquam tempore ſuper hijs quæuis dubietas generetur.

De Principibus Electoribus in communi. IIII.

STATVIMVS inſuper, ut quotienſcunq; Imperialem Curiam exnunc, in antea celebrari contigerit, in qualibet Seſsione uidelicet, tam in Conſilio quàm in Menſa, & locis alijs quibuſcunque, ubi Imperatorem, uel Regem Romanorum, cum Principibus Electoribus ſedere continget, a dextro latere Imperatoris, uel Regis Romanorum, immediatè poſt Archiepiſcopum Moguntinenſem, uel Colonienſem, illum uidelicet quem tunc temporis pro qualitate locorum, & uarietate prouinciarum, iuxta Priuilegij ſui tenorem, dicto lateri dextro Imperatoris, aſsidere contigerit, Rex Bohemiæ, cùm ſit Princeps coronatus & unctus, primùm, & poſt eum continuò Comes Palatinus Rheni, ſecundum ſedendi loca debeant obtinere. Ad ſiniſtram uerò partem immediatè poſt illum, quem ex prædictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere continget Primum locum, Dux Saxoniæ, & poſt eũ Marchio Brandenburgenſis alterum obtinebit. Cæterùm quotiens & quando deinceps ſacrum uacare continget Imperium, extunc Moguntinenſis Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo, Cæteros Principes antedictos ſuos in dicta electione conſortes, literatoriæ conuocandi Quibus omnibus, ſeu hijs, qui poterunt & uoluerunt intereſſe, in electionis termino inuicem congregatis, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis, et non alter eorundem Electorum ſuorum uota ſingulariter habebit inquirere ordine ſubſequenti. Primo quidem interrogabit à Treuerenſe Archiepiſcopo, cui primam uocem cõpetere declaramus, ſicut inuenimus hactenus competijſſe. Secundò à Colonienſe Archiepiſcopo, cui competit dignitas, Necnon officium Romanorum Regi primum Diadema Regium imponendi. Tertiò à rege Bohemiæ, qui inter Electores laicos, ex Regiæ dignitatis faſtigio, iure & merito obtinet primatiam. Quartò à Comite Palatino Rheni. Quintò à Duce Saxoniæ. Sextò à Marchione Brandenburgenſe. Horum omnium uota præmiſſo iam ordine, dictus Archiepiſcopus Moguntinenſis perquiret, quo facto dicti Principes ſui conſortes ipſum uiceuerſa requirent, ut & ipſe intentionem ſuam exprimat, & ipſis aperiat uotum ſuum. Præterea in celebratione Imperialis Curiæ, Marchio Brandenburgenſis aquam lauandis Imperatoris uel Regis Romanorum manibus miniſtrabit. Primum uerò potum Rex Bohemiæ, quem tamen ſub Regali Corona, iuxta Priuilegiorum ſuorum continentiam, niſi libera uoluntate uoluerit, non tenebitur miniſtrare Comes etiam Palatinus cibum afferre tenebitur, Et Dux Saxoniæ Mareſcallatus officium exercebit, ut ſolitum eſt fieri ab antiquo.

De iure

De Iure Comitis Palatini, & etiam Ducis Saxoniæ. V.

QVOTIES inſuper, ut præmittitur, Sacrum uacare continget Imperium, Illuſtris Comes Palatinus Rheni, ſacri Imperij Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni & Sueuiæ, & in Iure Franckonico, ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini priuilegio eſſe debet prouiſor Imperij, cum poteſtate, iudicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi redditus, & prouentus, & inueſtiendi de feudis, iuramenta fidelitatis, uice & nomine ſacri Imperij recipiendi, Quæ tamen per Regem Romanorum poſtea electum, ſuo tempore omnia innouari, & de nouo ſibi iuramenta ipſa præſtari debebunt, feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ Vanlehen uulgariter appellantur, Quorum inueſtituram & collationem ſoli Imperatori uel Regi Romanorum ſpecialiter reſeruamus. Ipſe tamen Comes Palatinus, omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium, huiuſmodi prouiſionis tempore expreſsè ſibi nouerit interdictum. Et eodem Iure prouiſionis illuſtrem Ducem Saxoniæ, ſacri Imperij Archimareſcallum, frui uolumus, in illis locis ubi Saxonica Iura ſeruantur, ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperius eſt expreſſum Et quamuis Imperator, ſiue Rex Romanorum, ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, ſicut ex conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, ſacri Imperij Archidapifero, Electore Principe, reſpondere. Illud tamen Iudicium Comes ipſe Palatinus non alibi præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator, ſeu Romanorum rex præſens extiterit, poterit exercere.

De comparatione Principum Electorum ad alios Principes communes. VI.

DECERNIMVS ut in celebratione Imperialis Curiæ quotienſcunq; illam Princeps perpetuò celebrare contigerit, antedicti Principes Electores, Eccleſiaſtici & ſeculares, iuxta præſcriptum ordinem atq; modum, à dextris & à ſiniſtris immutabiliter teneant loca ſua, eiſq; uel eorum alicui, in quibuſcunq; actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus, eundo, ſedendo, uel ſtando, nullus Princeps alius cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, uel conditionis exiſtat, ullatenus præferatur, Eo ſignanter expreſſo, quod nominatim rex Bohemiæ, in celebratione Curiarum huiuſmodi, in omnibus & ſingulis actibus antedictis, quemcunque Regem alium, quacunq; etiam ſingularis dignitatis prærogatiua fulgentem, quem quouis caſu uenire uel adeſſe fortè contigerit, immutabiliter antecedat.

De Succeſsione Principum. VII.

INTER ſolicitudines illas innumeras, quibus pro felici ſtatu ſacri Imperij, cui auctore Domino, feliciter præſidemus, Cor noſtrum quotidiè fatigatur, ad hoc præcipuè meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperij Principes Electores iugiter uigeat, & eorum corda in ſyncera concordia conſeruentur, Quorum prouidentia ſuo tēpore orbi fluctuanti, tantò celerius, tantoq́; facilius ſubuenitur, quanto inter eos nullus error ſurrepſerit, & purior fuerit caritas cuſtodita obſcuritate ſucciſa, & iure cuiuslibet dilucidè declarato, Sanè generaliter longè lateq́; eſt publicum, & quaſi per totū orbem notoriè manifeſtum, Illuſtres Reges Bohemiæ, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, uirtute regni, & Principatuum ſuorum, in electione Regis Romanorum, in Cæſarem promouendi, cum cæteris Principibus Electoribus, Ius, uocem, & locum habere, & unà cum ipſis cenſeri, & eſſe ueros & legitimos ſacri Imperij Principes Electores, Ne inter eorundem Principum ſecularium Electorum filios ſuper iure, uoce, & poteſtate præfata, futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſsit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore Deo, cupientes periculis ſalubriter obuiare. Statuimus, et Imperiali auctoritate pręſenti lege perpetuis temporibus ualitura decernimus, ut poſtquam ijdem Principes Electores ſeculares, & eorum quilibet eſſe deſierint, ius, uox, & poteſtas, electionis huiuſmodi ad filium ſuum progenitum legitimum laicum. Illo uerò non exiſtente ad eiuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum, & ſine contradictione cuiuſpiam deuoluatur. Si uerò primogenitus huiuſmodi abſq; hæredibus maſculinis legitimis laicis, ab hac luce migraret, uirtute præſentis Imperialis edicti, ius, uox, & poteſtas Electionis prædictæ, ad ſeniorem fratrem laicū per ueram paternam lineam deſcendentem, et deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur, & talis ſucceſsio in primogenitis & hęredibus Principum eorundem iure, uoce, & poteſtate præmiſsis, perpetuis temporibus obſeruetur, Ea tamen conditione & modo, ut ſi Principem Electorem, uel eius primogenitum, aut filium ſeniorem laicum, mori, & hæredes maſculos, legitimos laicos, defectum ætatis patientes relinquere contingeret, tunc frater ſenior eiuſdem primogeniti tutor eorum & adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos cenſeri uolumus, & ſtatuimus perpetuò & haberi, Quam dum attigerit, ius, uocem, & poteſtatem, et omnia ab ipſis dependentia, tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus aſsignare. Si uerò aliquem

ex huiuſmodi Principatibus ipſorum, Imperio ſacro uacare contingeret, tunc Imperator, ſeu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipſo prouidere debebit, & poterit, tanquam de re ad ſe, & Imperium legitimè deuoluta, ſaluis tamen ſemper Priuilegijs, Iuribus, & conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ, ſuper Electione Regis in caſu uacationis per regnicolas, qui ius habent eligendi Regem Bohemiæ facienda, iuxta continentiam eorundem Priuilegiorum, & obſeruatam conſuetudinem diuturnam, à Diuis Romanorum Imperatoribus, ſiue Regibus obtentorum, quibus ex huiuſmodi ſanctione Imperiali, in nullo præiudicari uolumus, Imò, ipſa decernimus, nunc & perpetuis futuris temporibus, in omni ſuo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

De Regis Bohemiæ & Regnicolarum eius immunitate. VIII.

CVM per diuos Romanorum Imperatores & Reges prædeceſſores noſtros, Illuſtribus Bohemiæ Regibus & prædeceſſoribus noſtris, Necnon Regno Bohemiæ, eiuſdémque regni Coronæ olim conceſſum, ſitq; in Regno eodem à tempore, cuius contrarij hodie non exiſtit memoria, conſuetudine laudabili inconfulſè ſeruata, diuturnitate temporum & præſcripta moribus utentia ſine contradictionis aut interruptionis obſtaculo introductum, Quod nullus Princeps, Baro, nobilis, miles, cliens, burgenſis, ciuis, Nulla deniq; perſona eiuſdem Regni, & pertinentiarum eius, ubicunq; conſiſtentium, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, præeminentiæ, uel conditionis exiſtat, Ad cuiuſcunq; actoris inſtantiam extra regnum ipſum, ad quodcunq; tribunal, ſeu alterius, præterquam Regis Bohemiæ, & Iudiciũ regalis Curiæ ſuæ Iudicum citari poterint, ſiue trahi nec uocari debeant, perpetuis in antea temporibus, ſiue poſſint. Ideoq; Priuilegium, conſuetudinem, & indultum huiuſmodi auctoritate Imperiali, & de Imperialis poteſtatis plenitudine, ex certa ſcientia innouantes, & etiam confirmantes, ac præſenti noſtra conſtitutione Imperiali perpetuis temporibus ualitura ſtatuimus, ut ſi contra Priuilegium, uel indultum præfatum, quiſpiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Ciuis, Burgenſis, ſeu Ruſticus, aut alia quæcunq; perſona præmiſſa, ad cuiuſcunq; tribunal, extra Regnum prædictum Bohemiæ, in quacunq; cauſa criminali, ciuili uel mixta, ſeu ſuper quocunque negocio citatus fuerit, quocunq; tempore, uel citatus comparere, uel in Iudicio reſpondere minimè teneatur. Quod ſi aduerſus huiuſmodi non comparentes, uel non comparentem à quocunque Iudice, cuiuſcunque auctoritatis exiſtat, extra Regnum ipſum Bohemiæ conſtituto, Iudicialiter procedi, Proceſſus ſeu Sententias interlocutorias uel diffinitiuas, unam uel plu.

uel plures, in quibuſcunque prænominatis cauſis ſiue negocijs, quo-uis modo fieri uel promulgari contingeret, auctoritate præmiſſa de plenitudine inſuper antedictæ Imperatoriæ poteſtatis, Citationes, præcepta, Proceſſus ſeu ſententias huiuſmodi, necnon executiones & omnia quæ ex eis uel aliquo ipſorum quomodolibet ſequi attem-ptari poſsint, uel fieri, irritamus penitus & caſſamus, adijcientes ex-preſsè, & edicto Imperiali perpetuò ualituro, eadem auctoritate, & de præmiſſæ poteſtatis plenitudine decernentes, ut quemadmodum in prædicto Regno Bohemiæ, à tempore cuius contrarij non habe-tur memoria, iugiter obſeruatum exiſtat, Ita nulli prorſus Principi, Ba-roni, Nobili, Militi, Clienti, Ciui, Burgenſi ſeu ruſtico, Nulli demùm perſonæ, ſeu incolæ regni Bohemiæ ſæpedicti, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis uel conditionis exiſtant, uel exiſtat, à qui-buſcunque Proceſsibus, ſententijs, interlocutorijs, uel diffinitiuis, ſi-ue præceptis Regis Bohemiæ, aut quorumcunque ſuorum Iudicum, Necnon executione eorundem contra ſe in Regali Iudicio, ſeu coram Regis regni, ſeu prædictorum Iudicum tribunalibus factis, aut latis, habitis, uel ferendis, in antea ſeu fiendis liceat, ad quodcunq; aliud Iu-dicium appellare, prouocationes quocꝫ ſeu appellationes huiuſmodi ſi quas contra hoc interponi contingeret, eo ipſo uiribus non ſubſi-ſtant, & appellantes ipſi pœnam perditionis cauſarum, ipſo facto ſe nouerint incurriſſe.

De auri, argenti, & aliarum ſpecierum mineris. LX.

PRAESENTI Conſtitutione in perpetuum ualitura, ſtatuimus, ac de certa ſcientia declaramus, quòd ſuc-ceſſores noſtri Bohemiæ Reges, necnon uniuerſi & ſinguli Principes Electores, Eccleſiaſtici & ſeculares, qui perpetuò fuerint, uniuerſas auri & argenti fodi-nas, atque mineras, ſtanni, cupri, plumbi, ferri, & al-terius cuiuſcunque generis metalli, ac etiam ſalis tam inuentas quàm inueniendas in poſterum, quibuſcunque temporibus in regno præ-dicto, ac terris & pertinentijs eidem regno ſubiectis, necnon ſupradi-cti Principes in Principatibus, terris, dominijs, & pertinentijs ſuis te-nere iuſtè poſsint, & legitimè poſsidere, cum omnibus Iuribus nullo prorſus excepto, prout poſſunt ſeu conſueuerunt talia poſsideri, nec non Iudæos habere, theolonia, in præterito ſtatuta & indicta perci-pere. Quodq; progenitores noſtri reges Bohemiæ, felicis memoriæ, ipſicꝫ Principes Electores, ac progenitores, & prædeceſſores eorum legitimè potuerint, uſq; ad præſens, ſicut hoc antiqua laudabili & ap-probata conſuetudine, diuturniq; ac longiſsimi temporis curſu præ-ſcripta noſcitur obſeruatum.

De mo-

De Monetis. X.

STATVIMVS præterea, ut regi Bohemiæ, ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore ſicut conſtat, ab antiquo illuſtris memoriæ Bohemiæ Regibus noſtris prædeceſſoribus licuiſſe, et in poſſeſsione pacifica continua ipſos fuiſſe iu is ſubſequentis, uidelicet monetas Auri & Argenti, in omni loco & parte regni ſui, & ſubiectarum ei terrarum & pertinentiarum omnium, ubi Rex ipſe decreuerit, ſibiq; placuerit cudi, facere et mandare, ſub omni forma & modo, & in regno ipſo Bohemiæ in hijs adhuc uſq; tempora obſeruatis, Quodq; futuris perpetuæ Bohemiæ Regibus, ac noſtra Imperiali conſtitutione & gratia perpetuò ualituris, à quibuſcunq; Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac alijs perſonis quaſcunq; terras, Caſtra, poſſeſsiones, ſiue bona liceat emere, comparare, ſeu in donum uel donationem ex quacunque cauſa aut obligare, recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſsionum, prædiorum, ſeu bonorum conditione conſueta, ut uidelicet propria recipiantur uel comparentur, ut propria libera & ea quæ dependunt in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur, Ita tamen quòd ipſi Reges Bohemiæ de hijs quæ hoc modo compa rauerint, uel receperint, & Regno Bohemiæ duxerint applicanda, ad priſtina & conſueta iura de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio ſint aſtricti, Præſentem nihilominus conſtitutionem & gratiam uirtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad uniuerſos Principes Electores, tam Eccleſiaſticos quàm ſeculares ſucceſſores, & legitimos hæredes ipſorum, plenè extendi uolumus, ſub modis & conditionibus, ut præfertur.

De immunitate Principum Electorum. X I.

STatuimus etiam ut nulli Comites, Barones, nobiles, feudales, uaſalli, caſtrenſes, milites, cliētes, ciues, burgenſes, Nullæ quoque perſonæ, Colonienſis, Moguntinenſis, & Treuerenſis Eccleſijs ſubiecti uel ſubiectæ, cuiuſcunque ſtatus, conditionis uel dignitatis exiſtant, ad cuiuſcunq; actoris inſtantiam, extra territorium & terminos ac limites earundem Eccleſiarum & pertinentiarum ſuarum, ad quodcunq; aliud tribunal, ſeu cuiuſuis alterius, preterq; Archiepiſcoporum, Moguntinenſis, Treuerenſis, & Colonienſis, & Iudicum ſuorum, Iudicium citari potuerint, temporibus retroactis, uel trahi ſeu uocari debeāt perpetuis in antea temporibus, ſiue poſsint, ſicut in præteritis inuenimus temporib. obſeruatū. Quod ſi contra præſens edictū noſtrū, prædictos Eccleſiarum Treuerenſis, Moguntinenſis, ſeu Colonienſis ſubditos, uel eorum aliquem ſeu aliquos, ad cuiuſcunq; inſtantiam, ſeu ad cuiuſcunq; tribunal, pro quacunq; cauſa criminali, ciuili, uel mixta, ſeu quocunq; negocio ex-

tra territorium limites,ſeu terminos dictarum Eccleſiarum,uel alicuius earum citari contingeret, comparere uel reſpondere minimè teneantur,& Citatio,Proceſſus, & ſententiæ interlocùtoriæ uel diffinitiuæ contra non uenientes,à talibus Iudicibus extraneis latæ uel factæ,fiendæ & ferendæ,Necnon præcepta et præmiſſorum executiones & omnia quæ ex eis, uel aliquo eorum quomodolibet ſequi attemptari poſſent,uel fieri irrita decernimus eo ipſo, Adijcientes expreſsè quòd nulli Comiti,Baroni,nobili,Feudali, Vaſalio, Caſtrenſi, Militi,Clienti,ciui,ruſtico,Nulli demùm perſonæ Eccleſijs huiuſmodi ſubiectæ,ſeu eius incolæ cuiuſcunq; ſtatus,dignitatis ſiue conditionis exiſtant,à Proceſsibus,ſententijs,interlocutorijs, & diffinitiuis, ſiue præceptis Archiepiſcoporum & Eccleſiarum huiuſmodi, uel ſuorum Officiatorum prædictorum iudicio factis aut latis habitis, uel ferendis,in antea ſeu fiendis,ad quodcunq; tribunal aliud liceat appellare, Quamdiu in Archiepiſcoporum prædictorum & ſuorum Iudicio quærulantibus non fuerit iuſtitia denegata, appellationes contra hoc factas non recipi ſtatuimus,caſſaſq; et irritas nunciamus. In defectu uerò iuſtitiæ prædictis omnibus ad Imperialem duntaxat Curiam & tribunal,ſeu Iudicis immediatè in Imperiali Curia pro tempore præſidentis audientiam,& etiam eo caſu non ad quemuis alium Iudicem ſeu Ordinarium ſiue delegatum, hijs quibus denegata fuerit iuſticia,liceat appellare. Quicquid uerò contra premiſſa factum fuerit,ſit irritum eo ipſo,eandem conſtitutionem uirtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad Illuſtres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ,& Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electores ſeculares,ſiue laicos hæredes,ſucceſſores,& ſubditos eorum pleniſsimè extendi uolumus,ſub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.

De congregatione Principum. XII.

INTER illas multiplices Reipublicæ curas, quibus aſsiduè mens noſtra diſtrahitur, multa conſideratione neceſſarium fore proſpexit noſtra ſublimitas, ut ſacri Imperij Principes Electores,ad tractandum de ipſius Imperij, orbiſq; ſalute frequentius ſolitò,congregentur, Qui ſolidi baſes Imperij,& columnæ immobiles,quemadmodum per longinquas adinuicem terrarum conſiſtunt diſtantias, ita de incumbentibus regionum ſibi cognitarum defectibus, referre ſimul & conferre nouerint, Saniſq; prouidentiæ ſuę conſilijs non ignorant,ac commodis talium reformationibus ſalubriter opem dare,hinc eſt, quod in ſolenni Curia noſtra in Nurenberg cum uenerabilibus Eccleſiaſticis, & illuſtribus ſecularibus Principibus Electoribus, & multis alijs Principibus & Proceribus, per noſtram celſitudinem celebrata, habita cum eiſdem Princi-

Principibus Electoribus deliberatione,& de ipſorum Conſilio, pro bono & ſalute communi, cum dictis Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, duximus ordinandum, Qui quidem Principes Electores de cætero per ſingulos annos ſemel tranſactis, à Feſto Reſurrectionis Dominicæ, quatuor Septimanis continuè connumerandis, in aliqua ciuitatum ſacri Imperij perſonaliter congregentur, & ad idem tempus proximè affuturum, ſeu anno præſenti Colloquium, ſeu Curia & congregatio huiuſmodi in Ciuitate noſtra Imperiali Metenſi, per nos & eoſdem Principes celebretur, ac tunc & deinceps die quolibet congregationis huiuſmodi locus, quo ſequenti anno conueniant ipſorum Conſilio ſtatuatur, hac noſtra ordinatione, ad noſtrum ac ipſorum duntaxat beneplacitum duratura, qua durante, ipſos ſub noſtro Imperiali conductu recipimus ad dictam Curiam accedendo, ſtando, & etiam recedendo, prætereа ne tractatus communis ſalutis & pacis pertractum & moram ſolatij, ſeu exceſsiuam frequentiam conuiuij retardetur, Vt aliquando fieri eſt conſuetum, concordi uoluntate duximus ordinandum, ut deinceps Curia ſeu congregatione præfata durante, generales omnium Principum celebrare alicui non liceat inuitatas, Particulares uerò quæ expeditionem agendorum non impediant, cum moderamine ſint permiſſæ.

Reuocatoria Priuilegiorum. XIII.

PRAETEREA ſtatuimus, & hoc Imperiali perpetuò ſancimus edicto, quòd uniuerſa Priuilegia & literæ, quibuſcunque perſonis, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, exiſtant, ſeu ciuitatum, oppidorum, & quorumlibet locorum Vniuerſitatibus, ſuper quibuſcunque Iuribus, gratijs, immunitatibus, conſuetudinibus, ſeu rebus alijs, etiam proprio motu ſeu aliàs à nobis, uel recolendæ memoriæ diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus, prædeceſſoribus noſtris, ſub quibuſcunque uerborum tenoribus conceſſa & conceſſæ, ſeu à nobis uel ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus futuris temporibus concedenda, ſeu etiam concedendæ non debeant, aut poſsint libertatibus, Iuriſdictionibus, Iuribus & honoribus, ſeu dominijs Principum Electorum ſacri Imperij, Eccleſiaſticorum & ſecularium, aut alicuius ipſorum in aliquo penitus derogare, Etiam ſi in talibus Priuilegijs & literis, quarumlibet perſonarum, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, uel ſtatus extiterint, ut præfertur, ſeu Vniuerſitatum huiuſmodi expreſsè cautum ſit, uel fuerit in futurum, quod reuocabilia ſeu reuocabiles eſſe non debeant, niſi de ipſis & toto in eis comprehenſo tenore. In tali reuocatione fieret de uerbo ad uerbum ſeriatim mentio ſpecialis, huiuſmodi namque Priuilegia & literas, ſi & in quantum libertatibus, Iuriſdictionibus, Iuribus, aut honoribus, ſeu domi-

nijs,quæ ſuperius exprimuntur,dictorum Principum Electorum, aut
alicuius ipſorum derogare uel obuiare cenſentur, In aliquo quo ad
hoc reuocamus ex certa ſcientia & caſſamus, reuocataq; & reuoca-
tas intelligi reputari,& haberi uolumus, de Imperatoriæ plenitudi-
ne poteſtatis.

De hijs quibus ut indignis auferuntur bona feudalia. XIIII.

IN pleriſq; partibus Vaſalli & feudatarij, Dominorum
feuda, ſeu beneficia, quæ à Dominis ipſis obtinent, intem-
peſtiuè uerbaliter, & in fraude renunciant ſeu reſignant,
eadem & facta renunciatione huiuſmodi Dominos ipſos
malitioſè diffidant, ſuáſq; inimicitias eis denunciant, damna ipſis ſub-
ſequenter grauia inferendo, & beneficia ſeu feuda ſic relicta, prætex-
tu gwerræ ſeu inimicitiæ iterum inuadunt, & occupant, & detinent
occupata. Ea propter præſenti conſtitutione in perpetuum ualitu-
ra ſancimus, quòd talis reſignatio ſeu renunciatio haberi debeat pro
non facta, niſi liberè & realiter facta fuerit per eoſdem, Ita quòd poſ-
ſeſsio beneficiorum & feudorum huiuſmodi dominis ipſis corpora-
liter & realiter aſsignetur, in tantum quòd nullo unquam tempore
diffidantes ipſi in bonis, feudis ſeu beneficijs reſignatis, dominos ipſos
perturbent per ſe aut alios, aut moleſtent, nec ad hoc conſilium præ-
ſtent, auxilium, uel fauorem. Contrarium faciens, ſeu dominos ſuos
in beneficijs & feudis reſignatis, uel non reſignatis inuadens, quo-
modolibet perturbans, uel damna in ipſis inferens, ſeu conſilium, au-
xilium præſtans talia facientibus, uel fauorem, feuda & beneficia hu-
iuſmodi eo ipſo amittat, infamis exiſtat, & Banno Imperiali ſubiace-
at, & nullus ad feuda uel beneficia pateat ei de cætero quocunq; tem-
pore aditus uel regreſſus, nec de nouo concedi ſibi ualeant ullo m[illegible]-
do, Et facta eis contra, ac illorum conceſsio, ſeu inueſtitura ſ[illegible]a,
uiribus non ſubſiſtat. Poſtremò omnes pœnas prædictas, illos uel
illum, quæ prædicta reſignatione non facta, contra dominos ſuos
fraudulenter agentes, ſcienter eos inuaſerint uel inuaſerit diffidatio-
ne quacunq; præuia, uel obmiſſa, uigore præſentis ſanctionis incur-
rere decernimus ipſo facto.

De conſpiratoribus. XV.

DETESTANDAS præterea & ſacris legibus reproba-
tas conſpirationes & conuenticulas, ſeu colligationes illi-
citas, in ciuitatibus & extra, uel inter ciuitatem & ciuita-
tem, inter perſonam & perſonam, ſeu inter perſonam &
ciuitatem prætextu parentelę, ſeu receptionis in ciues, uel alterius cu-
iuſcunq; coloris coniurationes, inſuper cōfœderationes & pacta, Nec
non et conſuetudinem circa huiuſmodi introductam, quam cenſemus
potius corruptelam reprobamus, damnamus, & ex certa ſcientia irri-
tamus, quas ciuitates, ſeu perſonæ cuiuſcunq; conditionis aut ſtatus,

ſiue

ſiue inter ſe, ſiue cum alijs, abſque auctoritate Dominorum, quorum ſubditi uel miniſteriales, ſeu in quorum diſtrictu conſiſtunt, eiſdem Dominis nominatim non exceptis fecerint hactenus, & facere præſumpſerint in futuro, ſicut per ſacras diuorum auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum leges prohibitas non ambigitur, & caſſatas, illis confœderationibus & ligis duntaxat exceptis, quas Principes & ciuitates, ac alij ſuper generali pace prouinciarum atq; terrarum inter ſe formaſſe noſcuntur. Illas enim noſtræ declarationi ſpecialiter reſeruantes, in ſuo decernimus uigore manere, donec de hijs aliud duxerimus ordinandum, perſonam ſingularem quæ de cætero contra tenorem præſentis conſtitutionis, ac legis noſtræ antiquæ, ſuper hoc æditæ, confœderationes, colligationes, conſpirationes, & pacta huiuſmodi inire præſumpſerit, ultra pœnam legis eiuſdem notam infamiæ, & pœnam decem librarum auri, Ciuitatem uerò, uel Vniuerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem centum librarum auri. Necnon amiſsionis & priuationis libertatum & Priuilegiorum Imperialium pœnas incurrere decernimus, eo ipſo medietate pœnæ huiuſmodi pecuniariæ Fiſco Imperiali, Reliqua uerò Domino diſtrictus, in cuius prçiudicium factæ fuerint, applicanda.

De Pfalburgerijs. XVI.

CAETERVM quia nonnulli Ciues & ſubditi Principum, Baronum, & aliorum hominum, ſicut frequens ad nos querela perduxit, iugũ ordinariæ ſubiectionis quærentes abijcere, imò auſu temerario contemnentes, in aliarum Ciuitatum, ciues recipi ſe procurant, & frequentius in præterito procurarunt. Et nihilominus in priorum Dominorum, quos tali fraude præſumpſerunt, uel præſumunt deſerere terris, ciuitatibus, oppidis, & uillis, corporaliter reſidentes, Ciuitatum ad quas hoc modo ſe transferunt, libertatibus gaudere, & ab eis defenſari contendunt, qui in partibus Alamaniæ Pfalburgerij conſueuerunt uulgariter appellari. Quoniam autem patrocinari non debent alicui fraus & dolus, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine omnium Principum Electorum Eccleſiaſticorum et ſecularium ſano accedente Conſilio, ex certa ſcientia ſtatuimus, & præſenti lege perpetuò ualitura ſancimus, quod prædicti Ciues, & ſubditi eis, quibus ſubſunt taliter illudentes in omnibus terris, locis & prouincijs ſacri Imperij, à præſenti die inpoſterum ciuitatum, in quorum ciues qui tali fraude recipi ſe procurant, uel hactenus procurarunt, iuribus & libertatibus in nullo potiantur, niſi ad huiuſmodi ciuitates corporaliter & realiter tranſeuntes, ibiq; larem ſouentes, continuò ueræ & non fictæ reſidentiam facientes, debita onera & municipalia ſubeant in eiſdem.

Si qui uerò contra præſentis noſtræ legis tenorem recepti ſunt, uel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti cuiuſcunq; conditionis, dignitatis, aut ſtatus exiſtât, in nullo caſu penitus ſiue cauſa ciuitatum, ad quas recipi ſe procurant, iuribus & libertatibus gaudeant, quomodolibet uel fruantur non obſtantibus quibuſcunq; Iuribus, priuilegijs, uel conſuetudinib. obſeruatis, quantocunq; tempore & obtentis, quas & quæ in quantum præſenti noſtræ legi obuiant præſentibus ex certa ſcientia reuocamus, & de prędictæ Imperialis plenitudine poteſtatis, omniq; carere decernimus, robore firmitatis, Circa præmiſſa Principum, Dominorum & aliorum hominum, quos taliter deſeri contingit uel continget. In poſterum iuribus circa perſonas & bona ſubditorum quorumcunq; ipſos ſæpedicto modo deſerentium ſemper ſaluis, hos nihilominus qui ſæpedictos ciues & ſubditos alienos recipere contra præſentis noſtræ legis diſpoſitionem præſumpſerint, uel recipere in præterito præſumpſerunt. Si eos omnino non dimiſerint infra menſem poſt intimationem præſentium eis factam, centum Marchas auri puri pro tranſgreſsione huiuſmodi totiens, quotiens deinceps factum fuerit incurrere decernentes, quarum medietas Imperiali fiſco noſtro, Reliqua uerò Dominis illorum qui recepti fuerint, irremiſsibiliter applicentur.

De diffidationibus. XVII.

EOS qui de cætero aduerſus aliquos inſertam diffidationis cauſam ſe habere fingentes, ipſos in locis ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempeſtiuè diffidant, declaramus damna quæcunq; per incendia, ſpolia, uel rapinas, diffidatis ipſis cum honore ſuo inferre non poſſe, Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, præſenti conſtitutione in perpetuum ualitura ſancimus diffidantes huiuſmodi quibuſcunq; Dominis aut perſonis, cum quibus aliqui fuerunt in ſocietate, familiaritate, uel honeſta quauis amicitia conuerſati, ſic factas, uel fiendas, inpoſterum non ualere, nec licere, prætextu diffidationis cuiuslibet quempiam inuadi per incendia, ſpolia, uel rapinas, niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter uel in loco quo habitare conſueuit, publicè fuerit intimata, poſsitq; de intimatione huiuſmodi per teſtes idoneos fieri plena fides. Quiſquis ſecus quempiam diffidare & inuadere modo præmiſſo præſumpſerit, Infamiam eo ipſo incurrat, ac ſi nulla diffidatio facta eſſet, quem etiam tanquam proditorem per quoſcunque Iudices pœnis legalibus ſtatuimus caſtigari.

Prohibemus etiam & damnamus uniuerſas & ſingulas gwerras, & lites iniuſtas, cuncta quoq; iniuſta incendia, ſpolia, et rapinas, indebita & inconſueta Theolonia, & Conductus & exactiones pro ipſis

condu-

conductibus extorqueri cõſuetas, ſub pœnis quibus ſacræ leges præmiſſa & eorum quodlibet ſanciunt punienda.

Litera intimationis. XVIII.

VOBIS Illuſtri & magnifico Principi, Domino Marchioni Brandenburgenſi, ſacri Imperij Archicamerario, Coëlectori & amico noſtro chariſsimo, electionem Romanorum Regis, quæ ex rationabilibus cauſis iam imminet faciendam, præſentibus intimamus, uosq; ex officij noſtri debito ad electionem præfatam ritè uocamus, quatenus à die tali, &c. Infra tres menſes continuò computandos, per uos ſeu nuncios aut Procuratores ueſtros, unum uel plures ſufficiens mandatum habentes, ad locum debitum iuxta formam ſacrarum legum ſuper hoc æditarum, uenire curetis, deliberaturi, tractaturi, & concordaturi, cum alijs Conprincipibus & Coëlectoribus ueſtris & noſtris, de electione futuri Regis Romanorum, in Imperatorem poſtmodum (fauente Domino) promouendi, in eodem manſuri, uſq; ad plenã conſummationem electionis huiuſmodi, & aliàs facturi & proceſſuri, prout in ſacris legibus ſuper hoc deliberatè æditis inuenitur expreſſum, aliàs non obſtante ueſtra ſeu ueſtrorum abſentia in præmiſsis cum alijs conprincipibus & coëlectoribus noſtris, prout legum ipſarum ſanciuit auctoritas finaliter procedemus.

Forma Procuratorij mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios ſuos ad electionem faciendam duxerit deſtinandos. XIX.

NOS tali Dei gratia, &c. Sacri Imperij, &c. Notum facimus tenore præſentium uniuerſis, quòd cùm Electio Romanorum Regis ex rationabilibus immineat facienda, Nos de honore et ſtatu ſacri Imperij ſolicitudine debita intendere cupientes, ne tam grauibus diſpendijs periculoſè ſubiaceat, de fide & circumſpectionis induſtria dilectorum nobis &c. fidelium noſtrorum obtinentes, Vtiq; præſumptionis indubiè fiduciam, ſingularem ipſos & quemlibet eorum inſolidũ, ita quòd non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum eorum inceptum fuerit, per alium finiri ualeat & licitè terminari, omni iure & modo & forma, quibus melius & efficatius poſſumus ſeu ualemus, noſtros ueros & legitimos Procuratores, & nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, & ordinamus, ad tractandum ubilibet, unà cum alijs Conprincipibus & Coëlectoribus noſtris, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, & cum ipſis concordandum, conueniendum, & concludendum, de perſona quacunq; habili ac idonea, in Regem Romanorum eligenda, & ipſis tractatibus ſuper electione talis perſonæ habendis, pro nobis loco, & nomine noſtris intereſſendum, tractan-

dum, & deliberandum, Necnon uice & nomine noſtris, eandem perſonam nominandum, & in ipſam conſentiendum, ac etiam in Regem Romanorum promouendum, ad ſacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram præſtandum quodcunque iuramentum neceſſarium, debitum, ſeu conſuetum fuerit, circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum alium uel alios Procuratores in ſolidum ſubſtituendum, & reuocandum. Et omnia & ſingula faciendum, quæ in præmiſsis & circa præmiſſa, etiam uſq; ad conſummationem tractatuum, nominationis, deliberationis, & electionis huiuſmodi de præſenti faciendæ neceſſaria aut utilia fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna, Etiamſi præmiſſa, uel eorum quodlibet mandatum exigant ſpeciale: Etiamſi maiora, uel magis ſingularia fuerint ſupradictis, & quæ noſmetipſi facere poſſemus, ſi huiuſmodi tractatuum, deliberationis, nominationis, & electionis, futuræ negocijs præſentes & perſonaliter adeſſemus, gratum & ratū, habentes & habere uolentes, & nos perpetuò habituros, firmiter promittentes, quicquid per antedictos Procuratores, ſeu nuncios noſtros. Necnon ſubſtitutos aut ſubſtituendos ab ipſis ſeu eorum altero in præmiſsis, ſeu præmiſſorum quolibet actum, geſtum, ſeu factum fuerit aut quomodolibet ordinatum.

De unione Principum Electorum, & Iurium eis connexorum. XX.

CVM uniuerſi & ſinguli Principatus, quorum uirtute ſeculares Principes Electores Ius & uocem in electione Regis Romanorum in Cæſarem promouendi obtinere noſcuntur, cum Iure huiuſmodi, Necnon officijs, dignitatibus, & Iuribus alijs, eis & cuilibet eorum annexis, & dependentibus ab eiſdem, adeò coniuncti, & inſeparabiliter ſint uniti, quod ius, uox, officium, & dignitas, alia quoque iura, ad quemlibet Principatuum eorundem ſpectantia, cadere non poſsint in alium, præter illum, qui Principatum ipſum cum terra, Vaſallagijs, feudis, & dominio, ac eius pertinentijs uniuerſis dinoſcitur poſsidere, Præſenti edicto Imperiali perpetuò ualituro ſancimus, unumquemque Principatuum prædictorum cum iure & uoce electionis ac officio, cæteriſq; omnibus dignitatibus, iuribus, & pertinentijs ad ipſum ſpectantibus, Ita perſeuerare & eſſe debere unitum perpetuis temporibus indiuiſibiliter et coniunctum, quòd poſſeſſor Principatus cuiuslibet etiam Iuris, uocis, officij, dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum ſpectantiū, quieta debeat & libera poſſeſsione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipſeq; & nemo alius per cæteros Principes Electores ad electionem et omnes actus alios pro ſacri Imperij honore uel opportunitate gerendos, omni tempore aſſumi ſine contra-

contradictione qualibet & admitti, nec aliquid præmiſſorum ab altero, cùm ſint, & eſſe inſeparabilia, diuidi, uel nullo tempore debeant ſeparari, aut in Iudicio uel extra, diuiſim repeti ualeant uel euinci, uel etiam per ſententiam ſeparari, Nec aliquis unum ſine alio impetens audiatur. Quod ſi per errorem uel aliàs auditus quis fuerit, aut Proceſſus, Iudicium, Sententia, uel aliquid huiuſcemodi contra diſpoſitionem noſtram emanauerit, ſeu quomodolibet attemptari contigerit, hoc totum & omnia ex hijs & quolibet eorum ſequentia eo ipſo uiribus non ſubſiſtant.

De ordine proceſsionis inter Archiepiſcopos. XXI.

QVONIAM autem ſuperius in principio conſtitutionum noſtrarum præſentium, circa ordinationem Eccleſiaſticorum Principum Electorum, in Cõſilio & in Menſa, uel aliàs quotiens Imperialem Curiam celebrari, ſeu Principes Electores deinceps cum Imperatore uel Rege Romanorum congregari contigerit, ſufficienter duximus prouidendum, ſuper qua priſcis audiuimus temporibus pluries diſceptatum, expedire credimus etiam proceſsionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc Imperiali edicto decernimus, ut quotieſcunq; in congregatione Imperatoris uel Regis Romanorum & Principum prędictorum, Imperatore uel Rege ipſo deambulante, Inſignia ante faciem ſuam portari contigerit, Archiepiſcopus Treuerenſis in directa diametrali linea ante Imperatorem uel Regem tranſeat, illiq; ſoli medij inter eos ambulent, quos Imperialia uel Regalia continget inſignia deportare. Dum autem Imperator uel Rex abſque inſignijs eiſdem inceſſerit, extunc idem Archiepiſcopus Imperatorem uel Regem præfato modo præcedat, ita, quòd nemo penitus inter eos medius habeatur, alijs duobus Archiepiſcopis Electoribus loca ſua iuxta diſtinctionem prouinciarum ſuarum circa ſeſsionem ſuperius declaratam. Etiam circa proceſsionem perpetuò ſeruaturis.

De ordine proceſsionis principum Electorum, & per quos inſignia deportentur. XXII.

AD declarandum autem in Imperatoris uel Regis Romanorum deambulantis præſentia Proceſsionis ordinem Principum Electorum, de quo ſuprà fecimus mentionem, Statuimus, ut quotienſcunque in celebratione Imperialis Curiæ, Principes Electores cum Imperatore ſeu Rege Romanorum in quibuſcunque actibus uel ſolennitatibus proceſsionaliter ambulare contigerit, & Imperialia uel Regalia debuerint inſignia deportari, Dux Saxoniæ Imperialem ſeu Regalem enſem deferens, Imperatorem ſeu Regem immediatè præcedat, & inter illum & Archiepiſcopum Treuerenſem medius

habeatur, Comes uerò Palatinus pomum Imperiale portans, à latere dextro, & Marchio Brandenburgenſis ſceptrum deferens, à ſiniſtro latere ipſius Ducis Saxoniæ linealiter gradiantur, Rex autem Bohemiæ Imperatorem ſeu Regem ipſum immediatè nullo interueniente ſequatur.

De benedictionibus Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris. XXIII.

QVOTIENS inſuper in Imperatoris uel Regis Romanorum præſentia Miſſarum ſolennia celebrari, ac Moguntinen. Treueren. & Colonien. Archiepiſcopos, uel duos ex eis adeſſe contigerit, in cõfeſsione quæ ante Miſſam dici conſueuit, ac in porrectione Euangelij oſculandi, et pace poſt agnus Dei portanda, Necnon in benedictionibus poſt finita Miſſarum ſolemnia, ac etiam ante menſam faciendis, & in gratijs poſt cibum acceptum agendis, Is inter eos ordo ſeruetur, prout de ipſorum Conſilio duximus ordinandum, Quod prima die hæc omnia & ſingula à primo, ſecunda die à ſecundo, tertia uerò à tertio peragantur. Primum autem uel ſecundum, aut tertium hoc caſu, ſecundum quod prius uel poſterius quilibet eorum conſecratus exiſtit, debere intelligi declaramus. Et ut ſe inuicem honore condigno præueniant, & exemplum alijs inuicem honorandi, is quem circa præmiſſa ordo tetigerit, ad hoc alterum conniuentia & caritatiua inclinatione inuitet, Et tunc demùm ad præmiſſa procedat ſeu quodlibet præmiſſorum.

Infrà ſcriptæ leges promulgatæ ſunt in Curia Metenſi, per Dominum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem, & Bohemiæ Regem Auguſtum, Anno Domini Milleſimo tricenteſimo quinquageſimo ſexto, in die Natalis Chriſti, aſsiſtentibus ſibi omnibus, ſacri Romani Imperij Electoribus, præſentibus Dominis, uenerabili in Chriſto Patre, Domino T. Epiſcopo Albanenſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ac Carolo Regis Franciæ primogenito, Normandiæ Duci, illuſtri ac Delffino Wienenſi.

Si quis cum Principibus, militibus, uel priuatis ſeu quibuſcunque perſonis plebeis, etiam ſceleſtem factionem aut factionis ipſius inierit Sacramentum, uel dederit de nece uenerabilium & illuſtrium noſtrorum, et ſacri Romani Imperij, tam Eccleſiaſticorum quàm ſecularium Principum Electorum, ſeu alterius eorundem, Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. Eadem enim ſeueritate uoluntatem ſceleris, qua effectum puniri Iura uoluerunt, ipſe quidem utpute Maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus Fiſco noſtro addictis, filij uerò eius quibus uitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus. Paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis metuuntur exempla, à materna, uel auita omnium etiam proximorum

morum hæreditate & ſucceſsione habeantur alieni, teſtamentis alio- rum nihil capiant, ſint perpetuò egentes, & pauperes, infamia eos pa- terna ſemper comitetur, ad nullum unquam honorem nulláque Sa- cramenta perueniant: Sint poſtremò tales, ut hijs perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium, & uita ſupplicium. Denique iube- mus eos eſſe notabiles ſine uenia, qui pro talibus unquam apud nos interuenire tentauerint, ad filias ſanè eorum quolibet numero fue- rint, falcidiam tantùm ex bonis matris, ſiue teſtata, ſiue inteſtata de- fecerit, uolumus peruenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimo- niam, quàm integrum emolumentum, aut nomen hæredis conſequan- tur. Mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate Sexus minus auſuras eſſe confidimus.

Emancipationes quoque, quę à prædictis ſiue in filios poſt legē dun- taxat latam, ſiue in filias fuerint collatæ, non ualeant. Dotes, donati- ones, quorumlibet. Poſtremò item alienationes, quas ex eo tempore, qualibet fraude, uel iure factas eſſe conſtiterit, quo primum memora- ti de ineunda factione ac ſocietate cogitauerint, nullius ſtatuimus eſſe momenti. Vxores ſanè, prædictorum recuperata dote, ſi in ea condi- tione fuerint, ut quæ à uiris titulo donationis acceperunt, filijs debe- ant reſeruare, tempore quo uſusfructus abſumuntur, omnia ea Fiſco, noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant, quæ iuxta legem filijs debeban- tur: Falcidia etiam ex hijs rebus filiabus tantùm, non etiam filijs de- putetur. Id quod de prædictis eorumq; filijs cauimus, etiam de Satelli- tibus, Conſcijs, ac miniſtris, filijsque eorum ſimili ſeueritate cenſemus. Sanè ſi quis ex hijs in exordio initæ factionis ſtudio ueræ laudis ac- cenſus, ipſe prodiderit factionem: & præmio à nobis & honore do- nabitur. Is uerò qui uſus fuerit factione, ſi uel ſero, tamen incognita adhuc Conſiliorum arcana patefecerit, Abſolutione tantùm ac ue- nia dignus habebitur. Statuimus inſuper, ut ſiquid contra prædictos Principes Electores Eccleſiaſticos uel ſeculares, commiſſum dicatur, etiam poſt mortem rei, id crimen inſtaurari poſſe. In hoc item crimi- ne, quod ad læſam in Principibus Electoribus ſuis Maieſtatem per- tinet, etiam in caput Domini ſerui torquentur.

Volumus inſuper et pręſenti Imperiali ſancimus edicto, ut etiā poſt mortem noſcentiū, hoc crimen inchoari poſsit, ut conuicto mortuo memoria eius damnetur, & bona eius ſucceſſoribus eius eripiant. Nā ex quo ſceleratiſsimum quis cœperit conſiliū, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Porrò ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neq; manumittere eū poſſe, nec ei ſoluere iure debitorem de- cernimus In hac cauſa in caput Domini ſeruos torqueri ſtatuimus, id eſt, propter cauſam factionis damnandæ, contra Principes Electores Eccleſiaſticos & ſeculares, ut præmittitur, & ſi deceſſerit quis propter incertam perſonam, ſucceſſoris bona ſeruentur, ſi in cauſa huiuſmodi fuiſſe mortuus arguatur. Si cæte-

Si cæteros Principes congruit in ſua integritate ſeruari, ut corroboretur iuſtitia, & ſubiecti fideles pace gaudeant, & quiete: Multò magis magnifici Principatus, Dominia, honores, & Iura electorum Principum debent illæſa ſeruari. Nam ubi maius incumbit periculum, maius debet remedium adhiberi, ne columnis ruentibus, baſis totius ædificij collidatur.

Decernimus igitur, & hoc perpetuis temporibus ualituro ſancimus edicto, quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus, inſignes & magnifici Principatus, uidelicet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxoniæ, & Marchionatus Brandenburgenſis terræ diſtrictus, Homagia, Vaſallagia, & alia quæuis ad ipſa ſpectantia, ſcindi, diuidi, ſeu quauis conditione dimembrari nō debeant, ſed ut potius in ſua perfecta integritate perpetua maneant, Primogenitus filius ſuccedat in eis, ſibiq; ſoli Ius & Dominium competat, niſi forſitan mente captus, fatuus, ſeu alterius famoſi, & notabilis defectus exiſteret, propter quem non deberet ſeu poſſet hominibus principari, in quo caſu adhibita ſibi ſucceſsione, ſecundo genitum ſi fuerit in ea progenie, ſeu alium ſeniorem fratrem, uel conſanguineum laicum, qui paterno ſtipiti, in deſcendenti recta linea proximior fuerit, uolumus ſucceſſurum. Qui tamen apud alios fratres & ſorores, ſe clementem & pium exhibebit, continuò iuxta datam ſibi à Deo gratiam, & iuxta ſuum beneplacitum, & ipſius patrimonij facultates, diuiſione, ſciſsione, ſeu dimembratione Principatus, & pertinentiarum eius ſibi modis omnibus interdicta.

Die qua ſolemnis Curia Imperialis uel Regia fuerit celebranda, ueniant circa horam primam Principes Electores Eccleſiaſtici, & ſeculares, ad domum habitationis Imperialis ſiue Regalis, & ibi Imperator uel Rex ipſe omnibus inſignijs Imperialibus induetur, & aſcenſis equis omnes uadant cum Imperatore uel Rege ad locum ſeſsionis aptatæ, & ibi quilibet eorum in ordine & modo ſuprà in lege de ordine proceſsionis ipſorum Principum Electorum plenius diffinito, portabit etiam Archicancellarius, in cuius Archicancellariatu hæc fuerint, ſuper Baculo argenteo omnia Sigilla & Tiparia Imperialia ſiue Regalia, Seculares uerò Principes Electores ſceptrum, pomum, et enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt. Portabuntur etiam immediatè ante Archiepiſcopum Treuerenſem ſuo loco tranſeuntem, Primò Aquiſgranenſis, Secundò Mediolanenſis corona, & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui iam Imperialibus Infulis eſt decoratus, quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem iuxta placitum deputandi. Imperatrix etiam uel Regina Romanorum ſuis auguſtalibus amicta inſignijs, poſt Regem uel Imperatorem Romanorum, & etiam poſt Regem Bohemiæ, qui Imperatorem immediatè ſubſequitur competentis ſpacij interuallo, ſuis

aſſociata

aſſociata proceribus, ſuisq; comitata uirginibus, ad locum Seſsionis procedat.

De officijs Principum in ſolemnibus Curijs Imperatorum, uel Regum Romanorum XXIIII.

STATVIMVS, ut quandocunque Imperator uel Rex Romanorum ſolemnes Curias ſuas celebrauerit, in quibus Principes Electores ſua deſeruire ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in hijs ordo ſeruetur. Primò enim Imperatore uel Rege ipſo in ſede Regia, ſiue Solio Imperiali ſedente, Dux Saxoniæ officium ſuum agat hoc modo, ponetur enim ante ædificium Seſsionis Imperialis uel Regiæ aceruus auenæ, tantæ altitudinis, quòd pertingat uſque ad pectus uel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, quæ ſimul faciant in pondere, duodecim Marchas argenti. Et ſedens ſuper equo, primò menſuram eandem de auena plenam accipiet, & famulo primitus uenienti miniſtrabit eandem, Quo facto figendo baculum in auenam recedet, et uice Mareſcalcus eius, puta de Papenheym accedens, uel eo abſente Mareſcallus Curiæ auenam ipſam diſtribuet.

Ingreſſo uerò Imperatore uel Rege ad menſam, Principes Electores Eccleſiaſtici, uidelicet Archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum cæteris Prælatis, benedicent eandem ſecundum Ordinem, qui circa hæc eis in ſuperioribus eſt præſcriptus, Et benedictione completa, ijdem Archiepiſcopi omnes ſi aſſunt, Alioquin duo uel unus Sigilla, & Tiparia, Imperialia ſiue Regalia, à Cancellario Curiæ recipient, eoq; in cuius Archicancellariatu Curiam ipſam celebrari cõtinget, in medio procedẽte, & alijs duobus ex alterutro latere ſubiunctis, Sigilla & Tiparia ipſa omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint manibus contingentes ea portabunt, & ante Imperatorem uel Regem reuerenter ponent in menſa. Imperator uerò ſiue Rex, eadem ipſis ſtatim reſtituet, & in cuius Archicancellariatu hoc fuerit, ut præfertur, is maius Sigillum collo appenſum, uſq; ad finem menſæ geſtabit, & deinceps donec ad hoſpitium ſuum perueniat, ab Imperiali ſiue Regali Curia equitando. Baculus uerò de quo præmittitur, eſſe debebit argenteus, duodecim Marchas argenti habens in pondere, cuius tam argenti quàm precij partem tertiam, unuſquiſque Archiepiſcoporum ipſorum perſoluet, & Baculus ipſe protinus unà cum Sigillis & Tiparijs debet Cancellario Imperialis Curiæ aſsignari, in uſus ſuos beneplacitos conuertendos: Poſtquam autem is quem ordo tetigerit portando Sigillum maius ab Imperiali Curia ad hoſpitium ſuum redierit, ut præfertur, ſtatim Sigillum ipſum, per aliquem de ſuis familiaribus, prædicto Imperialis Curiæ Cancellario remittet ſuper

equo, quem iuxta propriæ dignitatis decentiam, & amorem, quem ad Cancellarium Curiæ geſſerit ipſi Cancellario tenebitur elargiri.

Deinde Marchio Brandenburgenſis Archicamerarius, accedat ſuper equo, habens argenteas peluues cum aqua in manibus ponderis duodecim marcharum argenti, & pulchrum manutergiū, & deſcendens ab equo dabit aquam Imperatori, uel Regi Romanorum manibus abluendis.

Comes Palatinus Rheni intrabit ſimiliter ſuper equo, habens in manibus quatuor Scutellas argenteas, cibis impletas, quarum qualibet tres marchas habeat, in ſeatera, & deſcendens ab equo portabit & ponet ante Imperatorem uel Regem in Menſa.

Poſthæc Rex Bohemiæ Archipincerna ueniat ſimiliter ſuper equo, portans in manibus Cuppam uel Ciphum argenteum, ponderis duodecim marcharum, coopertum uino & aqua permixtim impletum, & deſcendens de equo, Ciphum ipſum Imperatori uel Regi Romanorū porriget ad bibendum.

Sicut autem hactenus obſeruatum fuiſſe comperimus, ita ſtatuimus, ut peractis per Principes Electores ſeculares prædictis ipſorum officijs, ille de Falckenſteyn Subcamerarius, equum & peluues Marchionis Brandenburgenſis pro ſe recipiat. Magiſter Coquinæ de Nortenberg equum & ſcutellas Comitis Palatini, Vicepincerna de Lympurg equum & Ciphum Regis Bohemiæ, Vicemareſtallus de Papenheym equum, baculum, & menſuram prædictam Ducis Saxoniæ, ſi tamen ipſi in tali Imperiali ſeu Regali Curia præſentes extiſtant, & eorum quilibet in officio ſuo miniſtret. Si uerò ipſi uel eorum aliqui à præfata Curia ſe duxerint abſentandos, extunc Imperialis uel Regalis Curiæ quotidiani miniſtri uice abſentium, puta quilibet in loco eius abſentis, cui in uocabulo ſeu officio communicat, ſicut geret officium, ſic tollat in præmiſsis & fructum.

Imperialis inſuper menſa uel Regia ſic debet aptari, ut ultra alias aulæ tabulas ſiue menſas in altitudine ſex pedum ſit altius eleuata, in qua præter Imperatorem Romanorum duntaxat, uel Regem die ſolemnis Curiæ nemo penitus collocetur. Sedes uerò & menſa Imperatricis ſiue Reginæ parabitur à latere in aula, ita quòd ipſa menſa tribus pedibus Imperiali ſiue Regali menſa ſit baſsior, & totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electores, qui Principes ſuas inter ſe in una eademq; altitudine ſedes habebunt, & menſas.

Infra ſeſsionem Imperialem, menſe pro ſeptem Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus præparentur, tres uidelicet à dextris, & tres aliæ à ſiniſtris, & ſeptima directè uerſus faciem Imperatoris uel Regis, ſicut ſuperius in Capitulo de Seſsionibus, & ordine Principum Electorum, per nos eſt clarius diſtinitum. Ita etiam quod

nullus

nullus alius cuiuſcunq; dignitatis uel ſtatus exiſtat, ſedeat inter ipſos, uel ad menſas eorum.

Non liceat autem alicui prædictorum ſecularium Principum Electorum, peracto officij ſui debito, ſe locare ad menſam ſibi paratam, donec alicui ſuorum Conprincipum Electorum, eius Officium reſtat agendum. Sed cùm aliquis eorum uel aliqui miniſterium ſuum expleuerint, ad præparatas ſibi menſas tranſeant, & iuxta illas ſtando expectent, donec cæteri miniſteria ſua expleuerint ſupradicta: Et tunc demùm omnes & ſinguli pariter ad menſas ſuas ſibi poſitas, ſe locabunt.

Inuenimus etiam ex clariſsimis relationibus & traditionibus antiquorum, illud à tempore cuius contrarij iam non habetur memoria, per eos qui nos præceſſerunt feliciter eſſe iugiter obſeruatum, ut Regis Romanorum futuri Imperatoris, in ciuitate Franckenford celebraretur electio, Et prima Coronatio Aquiſgrani, & in oppido Nurenberg prima ſua Regalis Curia haberetur, Quapropter certis ex cauſis etiam futuris præmiſſa ſeruari debere temporibus declaramus, niſi præmiſsis omnibus, ſeu eorum alicui impedimentum legitimum obuiaret.

Quandocunq; inſuper aliquis Princeps Elector Eccleſiaſticus, uel etiam ſecularis, iuſto impedimento detentus, ad Imperialem Curiam uocatus uenire non ualens, nuncium uel Procuratorem cuiuſcunque dignitatis uel ſtatus tranſmiſerit, miſſus ipſe licet loco mittentis, iuxta datum ſibi ab eo mandatum, admitti debeat: In menſa tamen uel ſede quæ illi qui ipſum tranſmittit, deputata fuerit, non ſedebit.

De iuribus officialium, dum Principes feuda ſua ab Imperatore uel Rege Romanorum recipiunt. XXV.

DECERNIMVS hoc Imperiali edicto, ut Principes Electores Eccleſiaſtici & ſeculares, dum feuda ſua ſiue Regalia ab Imperatore uel Rege recipiunt, ad dandum uel ſoluendum aliquid nulli penitus ſint aſtricti: Nam pecunia quæ tali prætextu perſoluitur, officiatis debetur. Cùm ergò ipſi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præſint officijs, ſuos etiam habentes in officijs huiuſmodi ſubſtitutos datos ad hoc à Rom. Principibus, & dotatos uidetur abſurdum, quòd ſubſtituti officiales, à ſuis ſuperioribus quocunq; quæſito colore encenia poſtularent, niſi fortè ipſi Principes Electores ſpontè & liberaliter ijs aliquid largirentur. Porrò cæteri Principes Imperij Eccleſiaſtici uel ſeculares, dum prædicto modo eorum aliquis feuda ſua ab Imperatore Romanorum ſuſcipit, uel à Rege, dabit officialibus Imperialis ſiue Regalis Curiæ, ſexaginta tres marchas argenti, cum uno fertone, niſi eorum aliquis priuilegio ſeu indulto Imperiali uel Regali tueri ſe poſſet, &

probare ſe ſolutum uel exemptũ à talibus, aut etiam alijs quibuſcunque, quæ ſolui in ſuſceptione feudorum conſueuiſſent.

Prædictarum inſuper ſexaginta trium marcharum, & fertonis diuiſionem faciet Magiſter Curiæ Imperialis, ſiue Regalis hoc modo: Primò enim decem marchas pro ſemetipſo reſeruans, dabit Cancellario Imperialis ſiue Regalis Curiæ decem marchas, Magiſtris, Notarijs, dictatoribus, tres marchas, & Sigillatori pro cera & pergameno, unum fertonem, Ita uidelicet, quòd Cancellarius & Notarij Principi recipienti feudum, non ad aliud, quàm ad dandum ſibi teſtimonialem, recepti feudi, ſeu ſimplicis inueſtituræ literam ſint aſtricti. Item dabit Magiſter Curiæ Pincernæ de Lympurg, de præfata pecunia, decem marchas, Magiſtro Coquinæ de Nortemberg decem marchas, Vicemareſtallo de Papenheym decem marchas, & Camerario de Falckenſteyn decem marchas: Tali tamen conditione, ſi ipſi & eorum quilibet in huiuſmodi Curijs ſolennibus præſentialiter aſsint in ſuis officijs miniſtrando. Si uerò ipſi uel eorum aliqui abſentes fuerint, extunc officiales Imperialis ſiue Regalis Curiæ, qui talibus præſunt officijs, eorum quorum ſupplent abſentiam, ſinguli ſingulorum, ſicut uicem nomenq; & laborem ſufferunt, ſic lucrum & commoda reportabunt.

Dum autem Princeps aliquis equo uel alteri beſtiæ inſidens, feuda ſua ab Imperatore recipit, uel Rege, Equus ille ſeu beſtia cuiuſcunque ſpeciei ſit, debetur ſuperiori Mareſtallo, id eſt, Duci Saxoniæ, ſi præſens affuerit, Alioquin illi de Papenheym eius Vicemareſtallo, aut illo abſente Imperialis ſiue Regalis Curiæ Mareſtallo.

Præterea conſumatis hijs quæ in Imperiali qualibet Curia ſiue Regali fuerint pro tempore diſponenda, recipiet Magiſter Curiæ pro ſe totum ædificium, ſiue ligneum apparatum Imperialis ſiue Regiæ ſeſſionis, ubi ſederit Imperator uel Rex Romanorum cum Principibus Electoribus, ad celebrandas ſolemnes Curias uel feuda, ſicut præmittitur Principibus conferenda.

Cùm ſacri Roman. celſitudo Imperij, diuerſarum Nationum, moribus, uita, & idiomate diſtinctarum leges habeat, & gubernacula moderari dignum eſt, & cunctorum ſapientum iudicio cenſetur expediens, quòd Electores Principes ipſius Imperij columnæ & latera, diuerſorum idiomatum, & linguarum differentijs inſtruantur, ut plures intelligant, & intelligantur à pluribus, qui plurimorum neceſsitatibus releuandis Cæſareæ ſublimitati aſsiſtant, in partem ſolicitudinis conſtituti, Quapropter ſtatuimus, ut illuſtrium Principum, puta Regis Bohemiæ, Comitis Palatini, Ducis Saxoniæ, & Marchionis Brandenburgenſis, Electorum filij uel hæredes & ſucceſſores, cùm ueriſimiliter Teutonicum idioma ſibi naturaliter inditum ſciri præſumatur, & ab infantia didiciſſe, incipiendo à ſeptimo ætatis ſuæ

anno

anno in Grammatica, Italica, & Sclauica linguis inſtruantur, ita quòd infra quartumdecimum ætatis annum, exiſtant in talibus, iuxta datam ſibi à Deo gratiam, eruditi, cùm illud non ſolùm utile, imò ex cauſis præmiſsis, ſummè neceſſarium habeatur, eò quòd illæ linguæ, ut plurimum ad uſum & utilitatem ſacri Imperij frequentari ſint ſolitæ, & in hijs plus ardua ipſius Imperij negocia uentilentur.

Hunc autem proficiendi modum in præmiſsis poſuimus obſeruandum, ut relinquatur optioni parentum in filios, ſi quos habuerint, ſeu proximos, quos in Principatibus ſibi credunt uerisimiliter ſucceſſuros, ad loca dirigant, in quibus de huiuſmodi poſsint linguagijs edoceri, uel in proprijs domibus pædagogos, inſtructores, & pueros conſocios, in hijs peritos eis adiungant, quorum conuerſatione pariter & doctrina in linguis ipſis ualeant erudiri. DEO GRATIAS.



IN AVREAM BVLLAM CAROLI QVARTI IMPERATORIS GERMANICI, DOCTOR IVSTINVS GOBLERVS GOARINVS IVRISCONSVLTVS.

GRande bonum Imperij eſt concors Electio, contrà
Imperij diſpar factio, grande malum.
Non opus exemplis hanc rem monſtraſſe, fatemur,
Heu damno experta eſt Teutona terra ſuo.
Quando duos dederat procerum diſcordia Reges,
Tunc ſua pars ſtudijs utraq; uota regit.
Vnde furente graues exorti Marte tumultus,
Exitio patriæ ſæpe fuere ſuæ.
Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Diuino uates carmine, Homere, canis.
Ergò duûm Imperij eſt fugienda Electio diſpar,
Semper enim regni eſt, inuida ſocietas.
Quartus at edicto hoc, patriam decorare uolebat,
Carolus, & pacem ſic ſtabilire, ſuo.
Quod meritum eſt ingens, clarum, & memorabile ſemper,
Hincq; ſuos titulos Aurea Bulla tenet.

EPILOGVS D. IVSTINI GOBLERI I. C. INTERPRETIS.

IVſtitia in ſeſe uirtutem ut continet omnem,
Virtus iuſtitia ſic ſine nulla ualet.
Hanc nimium fragili retinemus ſorte, locoq;,
Ipſe ſuum ſeruet ni Deus autor opus.
Præſidijs igitur foueat cœleſtibus oro,
Qua ſine res hominum nulla quieta manet.
Si qua & in hoc forſan culpa eſt commiſſa libello,
Condones nobis, Lector amice, precor.

IN-

INDEX HVIVS OPERIS DE ORDINATIONE IVDICII CAMERAE ETC.

A.

Abbate ſeu Eccleſiaſtica perſona abſente, cui inſinuandi ſint proceſſus & mandata 50
Abrogatio priorum ordinationum Iudicij Cameræ 68
Abſolutio Banni ex uoluntate imperatoria fiat 110
Abſolutio contra læſi uoluntatem nulla concedenda 198
Acta abſentis Aſſeſſoris in Archiuum reponantur, aut alij præbeantur 21
Acta abſentis Aſſeſſoris ſi res feſtinationem poſtulat, Aſſeſſoribus præſentibus tradantur 16
Acta ad pronunciandum diffinitiuè ijs dentur, qui de illis prius interlocuti ſunt 15
Acta ad referendū Aſſeſſoribus tradita abſente Iudice in Archiuum non à Lectore ſeponantur 18
Acta cauſarum ad referendum inter Aſſeſſores æqualiter diſtribuantur 17
Acta duobus referenda committantur 27
Acta integra unà cum mandatis inſertis cōficiantur & offerantur 125
Acta quando denuò ſint reuidenda 18
Acta iudicialia domi ſecretò habenda et cuſtodienda 29
Acta Iudicij ſecreta ſunt celanda 229
Acta non in membranis, ſed papyro ſcribantur 125
Actor nihil probare uolens, producat omnia, & concludat 145
Actori non ſtatim Commiſſarios nominanti, poſtea id facere concedatur 144
Acta pauperis inſpicienda & cognoſcenda eſſe 62
Acta præter neceſsitatem ad referendum denuò dari non debent. 18
Acta ſine Iudicis cognitione in Archiuum non reponenda 20
Actio & petitio ſcripto eſt indicanda & proponenda 88
Actionum illarum omnium abrogatio, quibus hoc bello damnum datum eſt 215
in Actibus Iudicialibus minoribus properandum 29
pro Actis prioris inſtantiæ habendis intra 30. dies inſtaudum eſt apud priores Iudices 121
de Actis reuidendis & formandis ſententijs conſtitutio Imperatoria & Regia 137
Actor ſi iniuſtam cauſam fouet, reo ſpolia & captiui reddantur 114
Actor ſpoliatus ſpoliantem iure conuenire poteſt 99
Actor quando repetit libellum, ſeu articulatam actionem loco articulorum 141
Actores & ſui mandatarij ſaluo cōductu prouideantur ac defendantur 93
Actori denegata Iuſtitia, aperitur Cameræ Iudicium 96
Actori ius intra Menſem aperiatur 87
Actori liberum ſit, actionem articulatim, uel ſummariè proponere. 139
Actorum diſtributorum catalogi duo conficiantur 8
Actorum reuiſio, & ſuſpenſio Proceſſus 211
de Actorum diſtributione inter Aſſeſſores 17
Actorum & ſententiarum reuiſio et inſpectio quomodo facienda 171
Actorum & Syndicatus reuiſio reſeruatur litigantibus 172. 171
Actorum reuiſio 210
Actus leuiores enumerantur, qui coram duobus deputatis fiant. 117
Actus non neceſſarij ſunt omittendi 39
Adminiſtratori obſequantur Notarij 45
Adminiſtratori ut deputato 100. dentur 64
Adminiſtratoris diligentia in erratis Cancellariæ emendandis requiritur 42
Adminiſtratoris quantam oporteat eſſe induſtriam atq; diligentiam ibidem.
Adminiſtrator Cancellariæ qualis eſſe debet 41
Adminiſtrator in arduis cauſis ipſe manum admoueat 42
Adminiſtrator ſit deputatus Magiſtri nunciorum, & eorundem conciliator ſeu diſceptator 52
Adminiſtrator ipſe literas & proceſſus reuideat ac ſubſcribat 42
Adminiſtrator Teutonicus, item Dux Henricus Brunſuicenſis 218
cum Adminiſtratore tranſigunt partes uictrices de taxis expenſarum 48
Adminiſtratoris eſt acta in minorib. cauſis ſtatim compleri curare 42
Adminiſtratoris munus atq; officium deſcribitur 41
Admonitio quomodo fieri debeat à Prætore contra delinquentem uel inidoneum 14
Aduocati & Procuratores delinquentes quomodo puniantur 69
Aduocatorum & Procuratorum officium coram Iudicio, quod & quale 58

Aduocatorum & Procuratorum ſalaria 64
Aduocatorum diligentia potius quàm prolixitas productorum ſpectanda 65
Aduocatorum Iudicij Cameræ iuramentum 75. & 76
Aduocatus fiſcali adiungendus 31
Aegritudo corporis & infirmitas tantùm excuſat 68
Aequalitas & ordo in diſtribuendis Proceſſibus ſeruetur 50
Aequalitas & tempus in præſentandis Aſſeſſoribus ſeruanda 9
Aequalitas in diſtribuendis pauperum cauſis ſeruanda 35
Aequalitas precij in communicandis actis ſeruetur 126
Aequalitas ſeruanda, ne quis plus alio grauetur 30
Aequitas Adminiſtratoris litigantes partes in taxis non grauet 48
Aequitas promouenda eſt matura iuſtitiæ adminiſtratione 95
Agens Commiſſarium non partialem nominare poteſt 91
Allegatio obitus partium, cōpoſitionis et tranſactionis cauſæ coram deputatis 137
Alienatio rerum ſeu bonorum in fraudem 191
Alieni actores iurent de calumnia 40
Alij quoq; peremptoriales articuli in hoc termino exhibeantur 144
Alterationis articulus, & appendix Regia 223
A ludicris iocis, & colloquijs uanis corā tribunali abſtinendum 38
Ambrones & Celices qui olim fuerant 269
Ampliſſima pollicitatio 213
contra Anabaptiſtas uigore conſtitutionis agitur 111
Anticipationis facultas eſt conceſſa 157
Antigrapharij ſeu Copiſtæ notent ſollicitationis tempus pro copijs probationum habendis uel extrahendis 146
Antigraphi ſeu copiæ atteſtationum ex Cancellaria ſumendæ 40
Antigraphum mandati aliàs exhibiti à protonotario ſubſcriptum Procurator in alia quoque cauſa poteſt exhibere 139
Antigraphus cum archetypo concordans Principi tradendus eſt 54
Antiquæ cauſæ primùm expediantur 19
Appellandi ad tribunal Cameræ poteſtas ſit 98
Appellandi facultas ſeu poteſtas libera utriq; parti conceditur 94
Appellandi ſpacium ultra decem dies nullum detur 222
Appellandum in ſcriptis quomodo & quando ſit 128
Appellantis acta ubi in primo termino exhiberi nequeant, quid fiat 152
Appellantium temeritas eſt retundenda & punienda 120
Appellare ad Iudicium Cameræ nemo prohibendus eſt 119
Appellatio coram fide digno & approbato notario facta admittatur 122
Appellatio intra quod temporis ſpacium Imperiali Iudicio interponenda ibid.
Appellatio quando pro deſerta habenda 123
Appellatione remota, clauſula, hic reijcitur 89
Appellationes gradatim fieri debent 121
Appellationes quæ recipiantur, nec ne 120
Appellationes infra decem dies fieri debent 120
Appellationes non debent attentata cenſeri 122
Appellatio inſinuanda eſt in trimeſtri ſpacio 98
Appellationi coram Notario factæ deferri debet 122
Appellationis inſinuandæ tempus in ſextū menſem prorogari poteſt 123
Appellationis formalia ad fundandam Iuriſdictionem probanda 162
Appellationis formalia quomodo probentur 152
Appellationis formalia primùm iuſtificanda, deinde libellus & actio offerenda 162
Appellationis interponendæ ſpacium eſt uſq; in ſextum menſem 125
Appellationis uia nemini precludenda 88
qui poſt Appellationis deſertionem ſententiam confirmari petit, non audiatur. 124
Appellationum inſtrumenta quomodo fiant 264
Appellato contumace, quid appellanti concedatur 162
Appendix Regia corrigit præcedentem Paragraphum 12
Approbatio & confirmatio Regis ſuper deputatorum conſultatione 237
A prolixis prolegomenis abſtinendum Procuratoribus 39
Arca pecuniæ cuſtodiendæ paranda habendaque 62
Archiepiſcoporum benedictiones in præſentia Imperatoris
Archiepiſcoporum Treuerenſis, Colonienſis, & Moguntinenſis ſeſſio 293
Archiepiſcopo Moguntino Electori pars Syndicatum proponens duobus menſibus ante primam diem Maij ſignificet 176

Archetypi uel ſyngraphi pariter & antigraphi Proceſſuum à Grammatophoris ſubſcribant 154
Archiepiſcopus Moguntinus Adminiſtratori ac Scribis Cancellariæ ſalaria præbeat 64
Archiepiſcopus Moguntinus Archicancellarius Imperij, uocat & requirit Status ad uiſitationem celebrandam habendamq́ 67
Archiepiſcopus Moguntinenſis Cancellarius ordinet Adminiſtratorem cum ſex alijs perſonis 41
Archiua ſeu Grammatophylacia duo habenda 46
Archiua lectoribus ſint concredita ibid.
Archiuum alterum quæ acta contineat ib.
Archiuum nemo ingrediatur niſi iuratus 40
Archiua nemo præter lectores ingrediatur 46
Archiuum primum quid, qualiáq; acta contineat ibid.
Armorum uſus inſcio Principe interdictus eſt & prohibitus 180
Articuli actioni ſint conformes 141
Articuli additionales quando debeant exhiberi ibi.
Articuli de religione, pace, & iuſtitia deſignati 211
Articuli defenſionales, peremptoriales, Eliſiui, alijue quotati quando exhibeantur 143
Articuli per Procuratores ſupputētur ac quotentur, ad errorem in reſponſionibus uitandum 142
Articuli ſimul uno in termino producendi ſunt ibidem.
Aſſeſſoribus ordinarijs adduntur ſedecim alij Conſeſſores extraordinarij 238
Aſſeſſoribus deciduntur ſex hebdomadæ, quibus abſentibus non eſſe liceat 35
quorum conuictus & familiaritates Aſſeſſoribus ſint uitandæ 28
Aſſeſſoris diffinitiuè referentis tranſpoſitio ad interloquencium claſſem 20
Aſſeſſores affectibus ſepoſitis ius & æquitatem reſpiciant & impartiant 26
Aſſeſſores bini deputentur, coram quibus leuiores cauſæ actusq; agantur 136
Aſſeſſores conſultationis locum ſeu conclaue antè non egrediantur, quàm ſententia recitata & ſubſcripta fuerit 21
Aſſeſſores duo fiſcali adiungentur ac deputentur 31
Aſſeſſores & Protonotarius ad horam conſilij & conſultationis maturè præſtò ſint 21
Aſſeſſores hora ſolita in conſultationis loco compareant 27
Aſſeſſores Iuris ſcientia ſint inſtructi pariter & decorati 11
Aſſeſſores maturè & iuſto tempore in conſilio compareant 239
Aſſeſſores mutuò ſeſe audiant in ſuffragijs, ac relationibus 26
Aſſeſſores non niſi proprias & propinquorum cauſas aduocare debent 29
Aſſeſſores octem publicæ audientiæ interſint 30
Aſſeſſores partialitate ſuſpecti amoueantur, et non ferantur 26
Aſſeſſores ſint honeſtæ uitæ, ſpectatæ integritatis, legitimis orti parentibus 11
Aſſeſſores ſint numero uiginti quatuor 9
Aſſeſſores ſi titulo iuris non ſunt ornati, tamen ius calleant 11
Aſſeſſores tantùm uacent cauſis ac deliberandis ſententijs, ab alijs negocijs omnibus abſtinentes 26
Aſſeſſorum abſentia certò conſignetur 44
Aſſeſſorum affinitas & propinquitas partium Iudici indicanda eſt 18
Aſſeſſorum claſſes binæ conſtituantur, aut tres diffinitiuè conſultantur 19
Aſſeſſorum deliberantium claſſes ubi ſingulæ & quo tempore conueniant 20
Aſſeſſorum extraordinariorum continuatio 239
de Aſſeſſorum inhabilitate, & ut amoueri debeant 14
Aſſeſſorum miſsio, & ſurrogatio quomodo fieri debeat 32
Aſſeſſorum nemo præ alio multitudine cauſarum ſeu actorum prægrauetur. 17
Aſſeſſorum recentium uni nulli relatio abſque correferente permittatur 18
Aſſeſſorum ueſtitus ſit honeſtus, decensq́; uita 16
Aſſeſſorum officium in Iudicio quodnam ſit 39
Aſſeſſorum deliberantium ordo ſemel conſtitutus non facilè aut breui debet immutari 19
Aſſeſſorum negligentia & inhabilitas quomodo uindicanda 69
Aſſeſſor ſupinus & ignauus in officio à Iudice mulctetur 20
Aſſeſſore aliquo mortuo Statui aut Circulo mox indicetur. 13
Aſſeſſor præſentatus qualis eſſe debeat ibid.
Aſſeſſor ſuſpectus Iudici clam indicetur 18
Aſtu doliſue emungendæ à litigantibus partibus pecuniæ non utantur tabularij 54
Attentatorum Iudicium ſimul cum cauſa principali agendum 152

Atteſtationum exceptiones et replicationes intra quod tempus utrinq; dentur uſq; ad concluſionem 93
Audientiæ binæ in ſeptimana pro contributionum cauſis die Sabbati habeantur 33
Audientis in ordinarijs & extraordinarijs reciproca 130
Audientia ordinaria à Iudice & octo Aſſeſſoribus ſeruetur 130
Audientia publica placidè abſq; turbatione celebretur 23
Auguſtanum edictum ſeu decretū Anno 1555 245
Aurea Bulla 214
Aurea Bulla, & publicæ pacis conſtitutio coram Iudicio Cameræ defendantur 222
Auri, argenti, & aliarum ſpeciorum mineræ 298

B.

Bacillus ſeu uirgula, ac Iudicis munus cui committendum, abſente Cameræ Iudice 35
Baldi eulogiou de pace publica 204
Banni declaratio præcedat miſſionem manuum in Bannitos 181
Banniti bona ſua doloſè alienantes, & in aliorum tuitionem conferentes 195
Banniti bonorum ſpecificatio 161
Bannitus & proſcriptus quomodo ſit habendus 104
Bannum Imperiale 181
Banni executio in Ordinatione Imperialis Iudicij 182, 194
Belli nulla eſt ſacietas, aliarum uerò rerum omnium 203
de Bellum minantibus & auſugentibus 192
Benedictiones Archiepiſcoporum in præſentia Imperatoris 308
Bini utrinq; dati iudicādi habeant poteſtatem 91
Banniti bona & res ubicunq; ſita, ſunt concedenda 110
Bulla Reimundi de Banno eccleſiaſtico. 166

C.

Cæſar quatuor, Electores ſex, Circi totidem extraordinarios diſponant 239
Cæſarea Maieſtas ſe obliget ad ſeruandam tranſactionem Paſſauienſem 218
an Cæſar permiſerit, doceant, & mandatum exhibeant 208
Cameræ Iudicem & Aſſeſſores uni Iudicio huic deuinctos eſſe atq; incumbere 14
Cancellariæ habenda ratio in æqua mercede pro laboribus præſtanda 48
Cancellariæ metas & cancellos nemo prætergrediatur iniuriatus 40
Capitulatio Domini Lantgrauij 209
Carcer, ſeu cuſtodia delinquentium Procuratorum 70
Cauſa præter neceſſitatē tenuis aut exigua pleno Aſſeſſorum conſilio non diſceptetur 94
Cauſa quælibet intra ſemeſtre terminetur 29
Cauſa grauior ac prægnans prius ac potius expediatur 17
Cauſæ contributionum cæteris celerius expediantur 33
Cauſæ extraordinariæ quæ ſint, enumerantur 131
Cauſæ in ius uocandi exprimantur in citatione 138
Cauſæ Principatuum Imperatori & Regi reſeruantur in Imperio iuſtificandæ 98
Cauſæ minores 50 flor. in Iudicio Cameræ non admittuntur 120
Cauſæ ordinariæ & extraordinariæ non ſunt commiſcendæ 39
Cauſæ ſecundæ aut tertiæ dilationis allegandæ coram deputatis 137
Cauſæ ſuſpitionis articulatim dandæ ſunt Iudici 103
Cauſæ cuiuſq; circumſtantiæ & qualitas perpendenda 157
Cauſæ moram non ferentes à mandatis inchoari poſſunt 114
Cauſæ recentes aut nouæ quando ueterioribus ad referendum præponantur 19
Cauſæ quæ coram deputatis poſt Iudicialem audientiam tractentur 136
Cauſæ, quibus non eſt propria explicandi ratio præſcripta ſeu conſtituta, ſpectant ad ius Cameræ 118
Cauſæ prærogatiuam habentes ante alias promouendæ 42
Cauſæ caſusq; fiſcales in uniuerſum omnes coram Iudicio Cameræ tractentur 112
Cauſa ſemel deliberata non rurſus diſceptetur 27
Cauſarum diuerſitas & qualitas facit ut nonnunquam termini prorogentur 157
Cauſarum grauiorum acta primum referenti, deinde correferenti tradantur 18
Cauſarum ingens numerus & copia hoc tempore 30
Cauſarum multitudine nemo Procuratorum ſe prægrauet 34
Cauſarum ueterum ac priuilegiatarum ratio habenda, ut procedant 18
Cauſas ulterioris ſpacij legitimus Procurator alleget 135
in Cauſis & actibus minimis Iudex pro tribunali ſedens ipſe decernat 28
in Cauſis criminalibus nulla recipitur appellatio 120
Cauſis non releuantibus adiectis ſuccumbens in Bannum declaratur 165
Cautio Capitaneorum de cōmeatu ſoluendo 197
Cautio de redimendis actis ab Appellante præſtanda 124

Cautio de non uindicando ex iuſtis cauſis præſtita ſeruetur 115
Cautio ſiſtendi iuris 192
Cautionem ſtandi iuri conuentus Actori præſtare tenetur 170
Ceßio armatæ militiæ, & Philippi Heſſorum Langrauij liberatio 209
Circulares duæ quæſtiones ſeu rogationes in contumacijs fiant 135
Circularis quæſtio quarta, & quid in ea faciendum 134
in prima Circulari quæſtione quid agendum ſit 133
Circuli ſex in futurū quomodo Aſſeſſores præſentabunt 9
Circulis Imperij quando committenda ſit executio 168
Circulorum conuentus conſultantes de executione in potentem Bannitum facienda 169
Circulorum ſex nominatio qui ius habent præſentandi 10
Circumſtantiarum nomenclatura inſtrumentis eſt inſerenda 60
Circus uel Circulus Imperialis 184
Ciſta pro depoſitione pecuniarum cum quatuor clauibus paretur 47
Citatio à non Iudice impetrata nihil ualet, ſed reijci debet 87
Citatio danda accuſatori contra turbatorem ad uidendum ſe declarari in pœnam uiolatæ pacis incidiſſe 104
Citatio decernitur propter nullitatem proceſſus 121
Citatio in contumacem ad uidendum ſe in pœnam Banni declarari 165
Citatio, Mandatum, Proceſſus, breuißima narratione proponantur 137
Citatio præmittenda eſt ante declarationem 100
Citatio quomodo inſinuanda ſuſpecto turbatori pacis 103
Citatio ſimul cum inſertis articulis ſuſpitionis 188
in Citatione una ſi plures perſonæ complectantur, quid tabulario præbeatur 65
de Citationibus pluribus una profectione inſinuandis tabularius quid, quantumq́; ſumat 65
Citationes, mandata & Proceſſus quibus medijs & conditionibus impetrantur 118
Citationis terminus quando pro circumducto habendus ſit 140
Citationis emiſſæ & inſinuatæ terminus eſt expectandus utriq; Procuratori ibi.
Citationis inſertæ contra ſpoliatorem effectus 114
Ciuitates Goslariam & Brunſuigam concernentia 217
Corporis citati habenda ratio 190
Clauſula elegans & uetus, nec accipiam munera propter partes iuuandas, uel ipſe ego, uel quiſquam alius mihi, uel alij me conſcio, non fraude &c. 71
Clauſula iuſtificatoria inſeratur mandatis 114
Clauſula ſalutaris 232. 245
Clauſula, ſi pauper ad meliorem uenerit fortunam 79
Clauſula, ut ponitur, abrogatur 143
Clientes Procuratoribus mulctas non rependant 79
Commendatitiæ literæ abſentem non excuſent 15
Comes aut Baro uterq; ſit idoneus, & ad Iudicis munus gerendum aptus 11
Commiſſarij Imperatorij ac Regij interſint reuiſioni 174
Commiſſarij petiti non ſint partiales 89
Commiſſarij in cauſis maturè procedant, nec inanibus exceptionibus locum dent 89
Commiſſarij qui & quomodo petantur ac requirantur ibid.
Commiſſarij probationum dentur coram deputatis 137
Commiſſarij res eſt magni momenti, ideo non quilibet deputandus 145
Commiſſario priore defuncto alius ſurrogetur 89
Commiſſarius datus quid facere teneatur 88
Commiſſarius non partialis ab Imperatore uel Rege impetrandus 94
Commißionem dat Imperator his mediantibus 88
Commißiones nullæ ex Imperiali Curia Aſſeſſores grauent 26
Comitia. Colloquia religionis ergò 211
Comitia Friburgenſia allegantur 119
Comitiorum Auguſtanorum reſolutio Imperialis 186
Comitijs non interſint Procuratores, ut ibi cauſas agant 35
in Comitijs Auguſtanis publicè perlecta et publicata eſt hæc Ordinatio 124
Comitum Naſſouienſium executio ſuſpenditur, ad concordiam 210
Compulſoriales pro edendis actis præbeantur petentibus 129
Compulſoriales contra priores Iudices pro edendis actis dentur 124
Compurgatio. Et forma Iuramenti compurgatorum 189
Communitas in ius uocata quomodo ſe purget 103
Concludendi finaliter formula 154

Conclu-

Concludendi formula in cauſa oretenus ſeu uerbaliter 147
Concluſio finalis quomodo & quando reſcindenda 163
Concluſio mox ſuper actis primæ inſtantiæ fieri poteſt 154
Concluſiones in ſcriptis quo tempore fiant 147
Concluſiones uerbales quomodo & quando fiant ibi.
Concluſionis præcipitatio minimè concedatur 148
Concluſionis reſciſsio ibid.
Cõcordiarum diſtributio inter tabularios ſingulis anni quartalibus facienda 66
Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia etiam maximæ dilabuntur 203
Congregatio Principum 200
Conradi Celtis poëtæ Germani uerſus citantur 72
Conſenſio Principum belli in hac tranſactione ſeu compoſitione 218
Conſenſus partis aduerſæ ad tranſigendum requiritur 192
Conſeruatio ac defenſio pacificationis, Iuris, & ordinationis huius 199
Conſiliarij nouem dandi, ut ſuprà conſtitutum eſt 96
Conſiliarij quini dati nouenorum poteſtatem habeant 92
Conſiliarij Commiſſarij non ſint partiales 88
Conſiliariorum defectus numerus quomodo ſuppleatur 92
Conſiliariorum uiciſsitudo & æqualitas ſeruanda 240
inter Conſiliarios nouenos datos, quinq; ſint nobiles 91
Cõſiſtorio ſeu dicaſterio alicui inſinuatio quomodo facienda 57
Conſpiratores 302
Conſtitutio Iudicij Cameræ Anno 1555. Auguſtæ renouata 241
Conſtitutiones actorum & Procuratorum 263
Conſuetudines uanæ & ignotæ Appellationem impediunt 122
Contentio inter ſtatus Imperij, huius ordinationis ergò 90
Conteſtandi litem, concludendi actus &c. mox eo die præſtetur 133
Contra plurium atq; communium uaſallorum arces 194
Contributiones & quotæ ſeu taxæ à ſtatibus exigendæ 61
Contributiones, taxæ, et quotæ ſtatuum in Cameræ Iudicio iuſtificentur 111
Controuerſæ poſſeſsionis cauſæ utrinq; coram Iudicio Cameræ iuſtificentur 112
in Contumaces decernantur grauiores pœnæ 165
Contumacia non comparentis Appellantis 162
Contumacia partium comparentium, & earum ceſſatio & mora 159
Contumaciarum cauſæ, & circuitus quondam duobus tantum adminiſtrabantur 114
Contumaciarum audientia à Comite ſeu Barone & 4. Aſſeſſoribus ſeruetur 130
Contumaciarum auditores ſint quatuor, adiuncto Comite ſeu Barone loco Iudicis 135
Contumacis non reſpondentis pœna eſt, ut articuli pro confeſſatis habeantur 144
Contumax Bannitus quomodo liberatur 163
Contumax quando in Bannum declaratur 162
Contumax obedienti expenſas refundat 162
Copia exhibitarum literarũ ſemper apud Cancellariam maneat 47
Copiæ mandatorum etiam in alijs cauſis exhibeantur, collationatæ 57
Coram nouem conſiliarijs Principum quomodo ſit iure agendum 90
Cuſtodia qualis eſſe debeat eius perſonæ, quæ cautionem ſiſtendi iuris præſtare non poſſit 192

D.

Damnatio in prauos & malignos Iudices promulgata 66
Deambulationes & Colloquia relationis tempore prohibeantur 20
Decem extraordinarij Aſſeſſores quanto tempore recipiantur 204
Decimo termino quomodo & quid agatur 147
Declaratio contra inobedientes per fiſcalem Cameræ 102
Declaratio prioris articuli de copijs ſeu Antigraphis, partibus dandis 73
Decretum ſeu receſſus Regius 236
De his, qui ultra diem et annum in Banno perſeuerant 197
Delectus præſentandorum perſonarũ per Prætorem habendus 23
Deliberationes & conſilia ſunt celanda 29
Delicta inter grammatophoros et alios taxantur & notantur hoc loco 52
Denegantibus ſeu recuſantibus acceptare proceſſus & mandata quid agat tabularius 57
Deputatorum conſultatio 237
Deputatorum officium quod ſit in cauſis fiſcalibus 82
in Dictando feſtinandum lentè 25
Dictandum tardè, nec feſtinandum: nam ſat citò, ſi ſat benè 25
Dictata ad calamum tardè fiant, ut protocollari queant 39

Dies,

Dies, Menſis, & hora latæ ſententiæ notanda 115
Dies, tempusq́; in decretis ſtatuatur Procuratori ad agendum 133
Diffamare caue, quia reuocare graue 190
Diffidationes 304
Diffidationis & belli omnis abrogatio 280
Diffinitiuarum ſententiarum conſiliarij quot eſſe debeant 259
ad Dilationes accuſati fruſtraneas decernatur prout de Iure, niſi rurſus excuſationes legitimas adferat 156
Dilatorij termini tres 1. 2. 3. 148
de Dilatorijs exceptionibus et terminis earundem ibi.
Diſcordia in ſuffragijs quomodo concordanda 27
Diſputationes ſuperuacaneæ, & non neceſſariæ allegationes uitentur 17
Diſtributio fiat ſingulis anni quartalibus 50
Diui Auguſti Imperatoris præceptum ſeu dictum 203
Diuus Paulus, & Baſilius citantur ibid.
Doctor Bartholomæus Blaurerus Conſtantienſis allegatur 117
Doctor Hieronymus Schiurpff Iureconſ. allegatur 180. 181
D. Ioach. Mynſingerus allegatur 13. 35. 36. 99. 101. 102. 105. 109. 113. 114. 117. 120. 121. 121. 115. 141. 151. 152. 153. 155. 160. 186. 187.
D. Ioan. Ferrarius Montanus allegatur 117
Doctor Ioannes Oldendorpius allegatur 114. 123. 129. 148. 150. 155. 157. 164. 172. 186.
Domicilio præcluſo ad ianuam Proceſſus ponat tabularius 58
Ducis Henrici Braunſuigenſis, et nobilium controuerſia 217

E.

Eccleſiaſtica & ſecularia iudicia debent emendari ac reformari 87
Eccleſiaſticæ perſonæ ſi aduerſus pacificationem publicam deliquerint 193
Edictum generale contra inferiores Iudices pro integris actis edendis 126
Edictũ generale prius edendum quàm executio contra in Imperio reſidentes uſurpetur 167
Electores et Principes ſubmittunt ſe huic conſtitutioni, ut ſequitur 91
Electores, & Principes quomodo ius ſuũ proſequantur in Prælatos, Comites, Barones & nobiles 89
Electores per Procuratorem, cæteri autem citati perſonaliter compareant 103
ex Electoribus aut Principibus, quomodo Iudex uel Commiſſarius eligatur 88
Electorum, & Principum inter ſeſe iuſtificatio & Proceſſus ibi.
Electorũ Principum ad alios Principes comparatio 295
Electorum conductus qualis eſſe debeat 286
Electorum Principum unio, & Iurium eis connexorum 306
Electorum Principum immunitas 299
Electus Princeps aut Commiſſarius intra menſem tenetur decernere citationem 97
Equites priuati graſſatores 196
Equos habeant nuncij 53
Errata Iudici opportunè patefacienda 44
Erratum tantum, eiusq́; refutatio proponenda in Syndicatu & Reuiſione 274
Examinator & Scriba utrinq; dari poſſunt & eligi 102
Exceptiones contra articulos abrogantur, niſi in ſcriptis fiant 145
Exceptiones contra non ſufficientes reſponſiones admittuntur 145
Exceptiones dilatoriæ quæ ſint & appellentur 148
Exceptiones peremptoriæ quæ uocentur 149
Excommunicatio Eccleſiaſtica quando uictori communicanda 166
Excommunicatio ſit Banni præſidium 184
Excuſantes ſe de legitimis cauſis executionem ſoli facere non cogantur 166
Executio contra Comites & Barones quomodo facienda 56
Executio contra Prælatos ſeu perſonas Eccleſiaſticas quomodo facienda ibidem.
Executio difficilis ac ferè impoßibilis 168
Executio ſententiarum latarum certa ſit, firmaq́; 167
Executio fieri poteſt ad habitationem et domicilium partis 58
ab Executione & mandatis non eſt inchoandum 114
Executio contra Magiſtros ciuium & ſenatum quomodo fieri debeat 56
Executionem tabularius ad Proceſſus figat ibi.
Executiones quiſq; ſuas ipſe ſcribat 58
Executiones uel inſinuationes quomodo ſint faciendæ per tabularios 54
Executoriales actiones contra non parentem dentur ſub pœna Banni 164
Executorialium formula & effectus 164
Ex nouenis pauciores eligi poſſunt eandem poteſtatem habentes 91
Expenſarum ſcedæ partibus expeditis cauſis tradendæ 48
ad Expenſarum taxam referatur precium Aduocatorum & Procuratorum 172

Expen-

Expenſas eſſe deponendas ad Iudicium Cameræ 171
pro Expenſis, ad conſeruandam pacem atq; iuſtitiam factis coram Iudicio Cameræ agi poteſt 185
Expenſis compenſatis partes inuicem concordentur 48
Extra locum domicilij ſeu cœnobij exiſtenti prælato ipſi mandato inſinuari poſſunt, & eius familiaribus nequaquam 56
Extraordinarias impenſas fiſcus præſtet ſoluatque 63

F.

Famuli ſeu miniſtri Cancellariæ officium quod ſit 47
Fauores ſunt ampliandi, & odia reſtinguenda 204
Feriarum nomenclatura per totum annum 227
in Ferijs nullum exerceatur Iudicium 230
Feuda turbatoris ad dominos recidunt quamdiu uixerit 100
Feudales fructus præter impenſa Actori tribuantur 110
Feudales fructus dominus uincenti reddet, ſi qui ultra impenſa extiterint 166
Feudalium bonorum fructus turbatori ad æſtimationem Iudicij Cameræ dentur 100
Fiſcales cauſæ quando agendæ 130
Fiſcales cauſæ quæcunq; coram Iudicio Cameræ peragantur 110
Fiſcales Proceſſus ex fiſcalibus emolumentis ſeu mulctis ſoluantur 31
Fiſcali impedito Aduocatus eius cauſas agat 31
Fiſcali 500. tantundem ut Aſſeſſori, Aduocato fiſci 300. floren. numerentur 64
Fiſcalis, Aduocatorum, et Procuratorum officia in genere commemorantur ac reputantur 69
Fiſcalis ſit diligentiſſimus, præſertim turbulento tempore: & ſi qua fortè ſeditio in Imperio exorta fuerit uel extiterit 31
Fiſcalis qualis eſſe debeat 30
Fiſcalis ad pœnam non parentium compulſorialibus procedat. 227
Fiſcalis ante alios audiendus 32
Fiſcalis admoneat Magiſtratus Anabaptiſticæ ſectæ ſuſpectos 112
Fiſcalis binos illos deputatos in omnibus audiat ſimul, & Aduocatum ſuum 31
Fiſcalis conſtitutioni huic ſit ſubiectus & obediens 31
Fiſcalis cum partibus ſine deputatis non tranſigat 32
Fiſcalis ſecreta partium quandoq; reuelet 31
Fiſcalis & Aduocatus tantum cauſis fiſcalibus incumbant ibidem.
Fiſcalis ſit iuratus 31
Fiſcalis temerè litem motam de ſuo ære pendat reſarciatq;, ſecus autem ſi malè informatus fuerit ibid.
Fiſcalis unicè munus ſuũ obeat, nec alijs ſe implicet uel oneret cauſis 32
Fiſco non præiudicatur ſi læſus lædentem accuſat 101
Fraus & dolus expurganda 191
Fridericus & Maximilianus fortiſſ. & laudatiſſ. Imp. 203

G.

Gallicæ linguæ acta in Latinam conuertenda 125
Generalis contra, clauſula abrogatur 143
Germanicæ nationis libertatem concernentia 213
Grammatophori expedita ſint celeritate 53
Grauato licet appellare ad Iudicium Cameræ 119

H.

Hercules, Theſeus, Iul. Cæſar, Soſtratus, latronum & Piratarum ultores 170
Homerus Poëta citatur 203
Humanarum rerum miſera conditio 203
Hydræ caput, ſunt res mortalium ibid.

I.

Ianua aperta Iudicium & audientia habeatur 13
Idoneus alter in alterius decedentis locum eueharur 41
Ignorantia huius conſtitutionis neminem excuſat 124
Impenſas Principes ipſi ſoluant ſuis conſiliarijs 91
Impenſis Principum conſiliarij cauſas diſceptent ac iudicent 93
Imperator appenſione Sigilli ſui pacem corroborat atq; confirmat 201
Imperator ſex, Electores totidem: ſex uerò circuli ſinguli binos Aſſeſſores præſentabunt 9
Imperator & Rex quando pro executione ſunt implorandi 166
Imperatoris promiſſio ad pacem publicam ſeruandam 199
Imperialis poteſtatis plenitudo 150
Imperij grauamina Cæſarem latent 213
Imperio non immediatè ſubiectus coram Iudice ſuo ſtabit iuri 167
contra Imperio non ſubiectos Proceſſus nulli emittantur abſq; mandato Imperatoris 167
Implorans, generalia dicat, concludat, & decretum expectet 139
Indagatio ſeu inquiſitio criminis et delicti ubi & quo loco fieri debeat 69
Indicia ſuſpectæ uiolationis & Proceſſus contra ſuſpectum pacis turbatorem 102
Induciæ pacis & libertatis Germaniæ 211
Induciæ ſancitæ cuſtodiantur & ſeruentur 212
Induciæ ſanciuntur 212

In faciem

In faciem & ante oculos inſinuandum eſſe priuato homini uel priuatæ perſonæ 58
In grauibus & dubijs plures adhibentur 27
In grauioribus cauſis mandatum Imperatoris requiritur ad tranſigendum 32
Iniquitatis & circumuentionis contra aduerſarium allegatio 172
Iniuriarum cauſæ, in quibus ad palinodiam agitur, recipiuntur: Item ſeruitutum & perpetuorum cenſuum 110
Inobedientes & non ſoluentes fiſcali indicentur 61
In oppido ac ciuitate inſinuatio eſt facienda, non extra 57
Inſinuatio ad orignale & copiam ſcribenda 55
In præfixis cauſis quid agi aut proponi debeat 134
In ſcriptis agendum & proponendum 158
Inſigne Imperialis Iudicij (quod Pixidem appellant) non uſurpent pedeſtres tabularij 51
Inſinuatio Electoribus & Principibus quomodo facienda, & quid in ea obſeruetur 54
Inſinuatio & executio in priuatam perſonam facienda 58
Inſinuatio contra communitatem aliquam qui fieri debeat 57
Inſinuatio literarum Imperialium, uel Iudicij Cameræ 262
Inſinuationis locus 54
Inſinuationis modus ibid.
Inſpectatores ſeu uiſitatores defectus quoq; reformabunt 42
Inſtantia damni ob fractam pacem dati, ac ſpoliationis in hæredes rei cadit 186
Inſtrumenta inſinuationis & executionis facienda, & partibus tradenda 60
ab Interlocutorijs factæ appellationes non recipiantur 121
ab Interlocutorijs uim diffinitiuæ habentibus appellari poteſt 122
Interpretatio linguarum fiat à peritis 126
Inuentarium faciat Curator 79
Inuicem alij in alios irruentes, mutuò inter ſe ſubuertuntur 203
Inuicem ſeſe mordentes, inuicem conſumantur ibid.
Iſauri, & Iſauricus P. Seruilius dictus 269. 270
Is, cui denegatur uel differtur iuſtitia, conqueri id poteſt Iudicio Cameræ 88
Iudex ab Aſſeſſoribus alijsq; iuſtitiæ miniſtris reuerenter habeatur & colatur 16
Iudex ad ſuffragia Aſſeſſorum cognoſcenda ſit attentior 21
Iudex Cameræ egregia ſit ac decens perſona, ex natione Teutonica oriunda, conſuetudinum & morum paternorum gnara 21
Iudex Cameræ Iudicij & Aſſeſſores hunc articulum improbant 229
Iudex Cameræ in referendo & uocando Aſſeſſores non impediat. 239
Iudex & Aſſeſſores religioni Catholicæ Chriſtianæ Eccleſiæ conformes ſe gerant, hoc correctum eſt Auguſtæ, Anno 1555. 11
Iudex conuicia Aſſeſſorum & criminationes prohibeat: concordiam inter eos conſeruet, & delinquentes puniat 22
Iudex primæ inſtantiæ debet acta plena & integra edere 151
Iudex Proceſſus & negocia forenſia ubique dirigat, & mulctet ſupinos & negligentes 16
Iudice ipſo abſente, aut ægrotante, cui munus pronunciandi delegetur 25
Iudicem decet prouidere, ut deliberationes, relationes & ſuffragia ordine fiant 16
in Iudice uno ſeu pretore ipſo maximum cauſarum negociorumq; momentum eſt ibi.
ad Iudicem tanquam ad caput cauſæ omnia diriguntur ibid.
Iudices Cæſarei quomodo dentur & conſtituantur 9
Iudices inferiores acta non edentes partibus damna & expenſas refundant 127
Iudicia ſpecialia & compromiſſoria ſunt ab hac ſanctione excepta 88
Iudiciales expenſæ, taxæ, & moderationes 270
Iudicialiter petendum eſt, ſi quid petendum eſt 38
coram Iudicio Cameræ non ſolùm ad pœnam, ſed & pro illatis damnis et ſpoliatione principaliter agi poteſt 186
in Iudicijs ſcripto agendum eſt 125
Iudicij Cameræ titulus 183
Iudicij Cameræ poteſtas contra pacis uiolatores 193
Iudicij criminalis conſtitutio allegatur 192
Iudicij Cameræ conſeruandi ratio firmior inuenienda 61
Iudicij Cameræ poteſtas, Bannum ac pœnas eiuſdem concernens 187
Iudicij Cameræ uiſitatio annua ordinaria 173
Iudici Comiti 2000. floren. Comiti Aſſeſſori 700. Doctori Aſſeſſori 500. flor. pro 16. batzen præbeantur 63
à Iudicio Cameræ non appellatur 10
Iudicio Cameræ ſuus certus rectusq; curſus permittatur 129
de Iudicis Cameræ officio in genere 16
Iudicis eſt indagare multitudinem cauſarum in

Procuratoribus 34
in Iudicis & Aſſeſſorum diſcedentium locum qui locentur 12
Iudicium Cameræ eſt ſummum & ſupremum in Germania 10
Iudicium Cameræ Electorum Principum, & ſtatuum ære & contributione hodie conſeruatur 63
Iudicum octauo conſeſſu ſeu termino quid agatur 146
Iudicum malè iudicantium comminatio pœnæ 75
Iudicum ſordes & corruptelæ taxantur et notantur 174
Iuramenti Iudæorum forma 82.83.84
Iuramenti octenorum conſiliariorum tenor 91
Iuramenti conſiliariorum Principum remiſſio 97
Iuramenti ad effectum agendi relaxatio 115
Iuramenti nouem conſiliariorum tenor, & formula 90
Iuramenti Iudicis & Aſſeſſorum formula 72
Iuramenti Iudicis & Aſſeſſorum formula & tenor 71
Iuramenti formula ueteris militiæ honeſtiſſima 85
Iuramenti formula nouenorum conſiliariorum 92
Iuramenti formam hanc, Ego Titius iuro corporaliter ad ſancta Dei Euangelia &c. ponit Rofredus in conſtitutione Friderici Imperatoris, in principio, fol. 117. facie 2. Ergo non eſt noua forma 71
Iuramenti præſtatio per Procuratorem fit in animam Principis 104
Iuramentis præſtitis admittuntur litigatores et actores 41
Iuramentis reliquis liberentur & abſoluantur noueni conſiliarij 90
Iuramentorum conſiliariorum remiſſio 91
Iuramentum articulorum dandorum 77.78
Iuramentum calumniæ cum ſuis clauſulis 77
Iuramentum tabulariorum Cameræ Iudicij 81
Iuramentum Magiſtri tabulariorum ibid.
Iuramentum pro taxatis expenſis obtinendis 77
Iuramentum Adminiſtratoris 73
Iuramentum curatoris ad litem 73
Iuramentum fiſcalis 74
Iuramentum famuli ſeu miniſtri Cancellariæ 81
Iuramentum Appellanti iniungendum, & eius formula 110
Iuramentum articulorum petitum præſtetur 143
Iuramentum Quæſtoris 80
Iuramentum Aduocati fiſci 74
Iuramentum Secretariorum, Ingroſſiſtarum, & Copiſtarum 80
Iuramentum Commiſſariorum, conſiliariorum, Reuiſorum, & Syndicatorum 175
Iuramentum Medici, Chirurgi, Barbitonſoris &c. 82
Iuramentum Procuratorum 75
Iuramentum Scribarum Iudicij & Lectorum 78
Iuramentum aliud ſuper expenſis taxatis 77
Iuramentum paupertatis 79
Iuramentum Pedelli 80
Iurans de non uindicando, niſi cauſa cognita, non abſoluatur 115
Iure quiſq; ſuo ſaluo cum ſuis agere poteſt 93
Iure & iuſtitia lites componendas ac tranſigendas eſſe 180
Iuriſiurandi compurgatorum formula & proceſſus 104
Iuriſiurandi certa formula 214
Iuriſiurandi Deum & ſancta Euangelia, formula 212
Iuris ſiſtendi cautio 198
Iuſiurandum Atticum 85
Iuſiurandum Hippocratis & Heliaſtarum 84.85
Iuſiurandum Heliaſtarum facit huc apud Demoſth. quod infrà in fine huius primæ partis adiectum eſt 71
Iuſiurandum Iudicis ſurrogatus præſtet 23
Ius commune habeat ubiq; locum 176
Ius commune obſeruetur in non expreſſis 127
Iuſſio & prouiſio Imperatoris et Regis in executione graui & difficili, petenda & expectanda 170
Iuſtitia Reſpublicas quietas conſeruat 205
Iuſtitiæ denegatæ ac prorogatæ querela 117
in Iuſtitia uirtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni uiri nominantur 98

L.

Lædenti ſuſpecto dies dicetur ad purgandum ſeſe 105
Lædentis ſeu uiolatoris bona ſua alienantis, nõ ſunt acceptanda aut defendenda 106
Læſo fiat ſatisfactio 69
Lector ex Catalogo & ordine acta iudicialia diſtribuat 17
Lectores quid obſeruent præcipuè, & notent in audientia 45
Lectores Notarijs in perficiendis et complendis actis ſint adiumento atq; auxilio ibid.
Lectorum mutua opera & uiciſſitudo ibid.

Lecto-

Lectorum uiciſſitudo ſeruanda 45
Legati & nuncij ſtatuũ Imperij quomodo ſint audiendi 22
Leges bonæ ex malis moribus procreatæ ſunt 202
Lex diffamari, qua forma & figura coram Iudicio Cameræ tractetur 216
Linſenſe decretum ſeu receſſus 214
Lis quando eſt conteſtanda ſuper actione propoſita 141
Litera intimationis 305
Literæ ſententiæ, & Proceſſus ex Cancellaria petantur & præbeantur 133
de Literis ſententiarum redimendis 48
Lites inſigniores hic enumeratæ præcedunt 218
Litigatores pariter ac Procuratores ignorent quinam referentes ſint 29
Litiſconteſtationis formula 154
Litiſconteſtatio utrinq; cum requiritur, præſtetur 141
Litis conteſtationes paucis uerbis fieri debent 154
Litis conteſtationis affirmatiuæ per Actoris Procuratorem formula 141
Litis conteſtationis negatiuæ per rei Procuratorem formula ibidem
Loca in edictis contenta & nuncupata obſeruet tabularius 58
λύτρωσις & redemptio Philippi Heſſorum Principis 209

M.

Magiſter tabulariorum & receptor deligantur 41
Magiſter tabulariorum cuilibet audientiæ interſit 51
Magiſter tabulariorum Proceſſus & literas nuncijs præbeat 50
Magiſtratus alter alteri ſit contra profugos auxilio 107
Magiſtratus conniuens profugis incidit in uiolatæ pacis pœnam 107
Magiſtratus ciuitatis habet apprehenſionem facinoroſorum 69
Magiſtratus cui cautio eſt præſtita, pro informatione facti requiratur 115
Magiſtratus recuſatio in duobus tantum caſibus admittenda 163
Magiſtri ciuium certiores faciant Iudicem & Aſſeſſores de contributa pecunia 61
Magiſtro tabulariorum 10. floren. præter aliud ſtipendium præſtentur 64
in Maleficijs procedendi, tribunali ius ſuum cuiq; eſt reſeruatum 103
Mandata Iudicij Cameræ contra pacifragos, & qua forma procedatur 185
Mandata procuratoris non ad unum actum, ſed ad totam cauſam dari oportet 139
Mandati exhibitio non eget ſingulari Proceſſu 140
Maximiliani ſecundi Rom. Cæſaris etas carmine ſcripta per D. Iuſtinum 272
Maximilianus Imperator auus Caroli Quinti 1
Menſis pro triginta diebus computatur 123
de octenis Milliaribus unus florenus ſoluatur 65
contra Milites uagos, & quod Dominum, ſeu Ducem ſuum indicare teneantur 107
Milites uagabundi ſunt compeſcendi 108
contra Milites errones & uagabundos procedatur coram Iudicio Cameræ 112
Militum huius belli coniunctorum generalis ſecuritas 216
Militum erronum & uagabundorum Duc.s ſunt arreſtandi 108
Militum uagantium graſſatura non toleranda, ſed reprimenda 266. 267
Militum auocationis ſcriptum generale 185
Militum generalis reuocatio et miſſio ſub pœna Banni maturè facienda 103
Minores ſubmiſſiones ſunt per Notarios indicandæ 44
Mineræ auri, argenti & aliarum ſpecierum 298
Miſſio ineptorum & ſupinorum Grammatophororum 52
Miſſio non neceſſaria 167
Modeſtia tabulariorum ubiq; ſeruanda, præſertim apud exteros 53
Modi ac formulæ iuſtificationũ in cauſis ſpolij in ſequentibus deſcribuntur 95
Moneta in imperio concordanda, certoq; conſtituenda 64
Monetæ Principum 299
contra Moras nectentem compulſoriales decernantur 98
Motiuæ decretorum ſupplicationibus adſcribantur 218
Mulcta certa conſtituenda & æſtimanda ex qualitate perſonæ & cauſæ 168
Mulcta delinquentium & inobedientium Aduocatorum & Procuratorum 70
Mulcta duarum milium Marcarum auri puri 182
Mulcta plus tempore præſcripto abſentis 15
Mulcta unius floreni 70
Mulcta quadraginta marcarum auri puri contra inobedientes 108. 197
Mulctas & pœnas debito tempore exigat 32
de Mulctis, ſumptibus & impenſis in executione Banni factis 169

N.

Neceſſaria in ſcriptis proponantur à Procuratoribus 39
Nomen cauſæ initio inditum retineat Procurator 139
Nomen eius, in quem executio eſt facta, exprimatur 55
Nomina eorum contra quos ſupplicatur exprimenda 37
Nomina & cognomina eorum quibus executio facta eſt, conſignentur 57
Nominatio trium Principum, ex quibus actor unum eligere poteſt 91
Notarij à ſollicitationibus & procurationibus abſtineant prorſus 60
Notarij ignoti & inidonei taxantur & reijciuntur 59
Notarij in executionibus ſeſe tabularijs ſimiles gerant 60
Notarij ipſi ſua officia exerceant, non per alios 45
Notarij extra Iudicium Cameræ degentes 244
Notarij plerunq; ob inſinuationes ſunt leſi 118
Notarij acta maturè compleant 45
Notarij doceant monſtrentq; ſuam legalitatem 60
Notarij quid obſeruent in inſinuandis Proceſſibus ibid.
ex Notarijs bene ſe gerentibus fiant Protonotarij 45
de Notarijs edictum ſpeciale in Imperio euulgandum 60
Notarij publici etiam inſinuare proceſſus, & exequi poſſunt 59
Notariorum nomina, ſignaq; ſcribantur in album, ſeu catalogum 60
Notariorum examinatio ibid.
Notariorum extraneorum legalitatis approbatio 231
Notariorum executio permiſſa 50
de Notarijs Ordinatio diui Maximiliani Imperatoris 253
Notarius aliquis ſupplicationes, nec quiſquam Aſſeſſorum conſcribat 22
Notarius in protonotarij locum tempore neceßitatis ſurrogetur 44
Noua ſi proponenda fuerint, per iuramentum fiat 94
Noui proponendi nulla facultas abſq; iuramento concedatur 97
in Nouis quid agatur cum enumeratione, quæ nouæ cauſæ uocentur 133
Nullitas, informitas, & iniquitas in ſententia eſt attendenda 174
Nullitates cauſæ, quomodo & qualiter in iiſdem procedendum 155
Nullitas incidens cum principali nullitate pariter proſequenda eſt 156
Nuncij Cameræ quomodo conducantur ac ſuſcipiantur 52
Nuncij pedeſtris Imperialis ſigno abutentis pœna 5
Nunciorum & Notariorum ſecuritas & fides publica decernitur 67
Nunciorum ſeu tabulariorum officia 49
Nuncius Cameræ ſeu grammatophorus qualis eſſe debeat 52
Nuncius Cameræ non ſit pedeſter, ſed equeſter 52
Nuncius pedeſter iuramentum præſtet ibi.

O.

Octo aliæ perſonæ per Adminiſtratorem ſuſcipiantur 41
Octo modi & articuli ab Electoribus & Principibus ſequentes admißi & recepti 92
Officia Principum in ſolennibus Curijs Imperatorum, uel Regum Romanorum 311
Officialium iura, dum Principes feuda ſua ab Imperatore uel Rege Romanorū recipiunt 313
Ordinariæ ſunt cæteræ omnes præter illas ſuprà memoratas 132
in Ordinarijs quid agi conueniat 134
Ordinatio Imperialis Iudicij de executione declarati Banni 184
Ordine quiſq; ſuo audiendus Procurator, qui breues ſint in ſuis proloquijs 136
Ordo cuiuis Procuratori in agendo ſeruandus 25
Ordo eſt omnibus in officijs optimus, & ubiq; ſeruandus 41
Ordo in proponendis cauſis conſtituatur 23
Ordo iudiciarius commendatur 87
Originalia partibus litigantibus in iudicio exhibita reſtituantur 47
Ouidij uerſus citantur 28

P.

Pace & tranquillitate nullum pulchrius ſpectaculum 204
Pacificatio publica renouata 213
Pacis fractæ ſpolia antiqua & leuis 186
Pacis fractores non eſſe recipiendos 192
Pacis fractorum ſaluus conductus 191
Pacis fractorum receptores 193
Pacis publicæ conſtitutio Caroli Quinti Imperatoris 178
Pacis publicæ conſtitutio 183
Pacis publicæ uiolator damnum rependere leſo tenetur 109
Pacis publicæ conſtitutionis occaſio quæ 203

Pacis publicæ uiolatori non detur ſaluus conductus 90
Pacta & compromiſſa bis aduerſa excipiuntur 115
Palatini Comitis, & Ducis Saxoniæ ius 295
ad Palatinum Otthohenricum pertinentis 216
Pars contradicens mandato audienda eſt 115
Pars obediens ſemper nullas expenſas refundere tenebitur 160
Parte aduerſa non conſentiente in ſaluum conductum 192
Partes litigantes quando nō obſtringantur redimere literas ſententiæ 48
Partes ſe ad probandum offerentes mox Commiſſarios petere poſſunt 144
Partibus liberum ſit ubi uelint Aduocatos ſumere 34
Partibus pauperibus mulctæ ſubueniant 70
à Partibus litigantibus præter ſalarium nihil accipiant Procuratores 64
Partibus poteſtas ſit contradicendi literis & ſigillis exhibitis in Iudicio 46
in Partium contumacia & inobedientia quomodo procedatur 160
Partium pauperum pœna 71
Pauperes ſuæ paupertatis teſtimonia præbeant 62
Pauperi, cognita cauſa & uiſis actis, ſi iniquam fouet cauſam, Proceſſus non dentur ibid.
Pauperi iurato acta & proceſſus dentur ib.
Paupertatem iurans aget ſuper ſpolio 97
Pauperum cauſæ æquè diligenter ac diuitum tractentur 35
Pauperum cauſis Procuratores & Aduocati dentur 35
Pauperum litigantium temeritas & petulantia compeſcenda eſt & retundenda carceribus 63
Pax eſt utilitas publica 204
Pax eſt inane nomen in mundo 203
Pax hæc perpetuò, non ad tempus, conſtituitur ſeruanda 201
Pax hæc publica alijs Iuribus nihil deroget 198
Pax publica quomodo ſeruanda præcepta ſit, & ſub quibus pœnis 180
Pecunia conſeruandi Iudicij Cameræ à ſtatibus collata ubi reponenda ſit 61
Pecunia ad cauſam accepta taxetur 65
Pecunia reſidua Pixidi inſeratur 53
Pecunia partium litigantium Procuratoribus reddenda 53
Pecuniam Cancellariæ debitam Procuratores non retineant 40
Pecuniæ ſumma certa à parte reuiſionem petente deponenda &c. 173
Pedello 40. floren. dentur, & de proclamat. 1. floren. In fiſcalibus nihil 61
Peditum Dominis carentium conuenticula, factio & graſſatura in agricolas 196
Περιοχὴ, ſeu complexio breuis in conſtitutionem pacis publicæ D. Iuſtini Gobleri Goarini Iuriſconſ. interpretis 202
Perſonæ Iudicio Cameræ oblatæ nec hoſpites alant, nec mercaturam faciant exerceantue, 67
Perſonæ Cancellariæ omnes ſint iuratæ 41
Perſonarum Cancellariæ officia in genere cum diligentia præſtanda 42
Perſonarum qualificatio attendenda eſt 68
Petitio ex propoſita facti narratione ſpeciatim fiat 206
Pfalburgerij 303
Pinax ſeu tabula pij boniq; Principis carmine per D. Iuſtinum 275
Pluribus eodem tempore abſentiæ uenia non eſt concedenda 16
Plurium partium unus Procurator, unum quidem, ac primum nominet in Citatione 138
Pœnæ executorialibus inſertæ medietas fiſco, & altera medietas uincenti ſoluatur 164
Pœna non ſcribentium acta integra 125
Pacis publicæ tranſgreſſorum pœna 184
Politia Imperij, reformatio, et ordinatio defendenda in Iudicio Cameræ 318
Poteſtatis ſeu Magiſtratus requiſiti reſponſio ſit clara & diſerta 166
Præco ex ordine & catalogo nunciet Aſſeſſoribus audiencias 49
Præco uel ingrediens uel egrediens nihil obturbet, ſed quietè omnia faciat ibid.
Præconis ſeu Pedelli officium eſt recludere & claudere conclaue Iuridicum ibid.
Præconis officium in publica audientia Iudicij ibid.
Præfectis & officiatis Principum (hi ubi abſunt) inſinuentur Proceſſus 55
Præter cōtrouerſæ poſſeßionis cauſas aliæ coram ordinario iuſtificentur 113
Prætor album tractandorum negociorum penes ſe habeat, tribunal ipſum atq; perſonas eius concernentium, et quo tempore illa proponat 22
Prætor curet ut à primo ad ultimum Procuratorem quæſtio circumeat 138
Prætor & Aſſeſſores ſuper l. diffamari, à partibus informationes accipiant 116
Prætor & Aſſeſſores Iudicij quid in ferijs agant 128
Prætor diligenter uideat caueatq; ut æqualitas in deliberantium claßibus ſeruetur 19

Prætor omni tempore conſultationum ad manus habeat album ſuum, ſeu catalogum 18
Prætor prætereà ſuas habet pœnas infligere 70
Prætori quomodo & quanto tempore abeſſe liceat 16
Prætor ſeu Iudex Cameræ qualis eſſe debeat 9
Prætor ſeu Iudex litigatoribus non indicet, per quem aut quando cauſa referenda ſit 19
Prætor ſeu Iudex caput eſt Iudicij 16
Prætore quiſque ſuo, & iure ordinario utatur 87
Prætoris, Comitum, & Aſſeſſorum ſtipendia & ſalaria ſpecificè recenſentur 63
Prima Martij grauamina tranſmittenda Commiſſarijs 68
Princeps non comparens aliū Principem ſurroget ibid.
Princeps in loco domicilij, & ubi frequentius agit, accedendus eſt 55
Principes Electores in communi 294
Principes & Magiſtratus ſub quibus Bannitus reſidet, pro executoribus requiruntur 165
Principis Iudicis ſtipendium ſit maius & amplius 64
Principum congregatio 300
Principum ſucceßio 296
Priuilegiorum reuocatoria 301
Priuilegiorum ſeu libertatum publicæ pacis aduerſantium abrogatio 198
Priuilegijs & libertatibus in appellando parendum 122
Probatione admiſſa non aliæ ſcripturæ recipiantur, antequam probationes illæ fuerint productæ 145
Probatio ſententiæ, & purgatio publicæ pacis fractæ 102
Probatio ſuſpitionis contra pacifragum per indicia 103
Proceßionis ordo Electorum Principum, & per quos inſignia deportentur 307
Proceßionis ordo inter Archiepiſcopos ibid.
Proceſſus ad priuati hominis domicilium relinquendi 58
Proceſſus cauſarum ſimplicis querelæ 157
Proceſſus non remorentur, ſed maturentur 42
Proceſſus nullitas allegata audienda eſt 121
Proceſſus forma contra ſuſpectum fractæ pacis publicæ 188
Proceſſus in alijs cauſis prout de iure communi ſeruetur 176
Proceſſuum exequendorum & relationum tabidariorum catalogus 50
Proclamationes quomodo à præcone ſeu Pedello fiant 49
Procurator alter alteri non obſtrepet, nec ſermonem interrumpat 35
Procurator quiſq; ſuo loco, & in ſua ſtatione agat 159
Procurator plures cauſas quàm peragere poſſit, non acceptet 34
Procurator partium ſuarum ſecreta reticeat 31
Procurator non habens mandatum quomodo admittatur 139
Procurator quiſque ſuum protocollum reſpiciat 39
Procurator ſupinus & negligens in ratificatione impetranda ſoluat damna & expenſas 36
Procurator nullus ſit idem Aduocatus, & econtrà 34
Procurator ſi cauſam non allegat, expectet decretum 136
Procurator ordine quiſq; ſuo agat 39
Procurator quiſque ad ſuam cauſam ſit attentus 38
Procuratores à procacitate uerborum, et conuitijs ubiq; abſtineant 24
Procuratores quomodo iuramentum calumniæ præſtent cum ſuis clauſulis 77
Procuratores ignaui & negligentes amoneantur 34
Procuratores de rato cauentes in præparatorijs admittantur 36
Procuratores & Aduocati quot & quales eſſe debeant 33
Procuratores tantùm ſua officia obeant, cæteris abſtineant 35
Procuratores non perſuadeant litigatoribus ne Aduocatos ſumant 34
Procuratores ſua protocolla inſpiciant 23
Procuratores in tempore adſint Iudicio, & abſq; uenia non exeant 24
Procuratores nouitij exteras cauſas acceptare poſſunt 39
Procuratores ante concluſionem mandatis ad cauſam legitimati ſint 149
Procuratores alijs non tradant cauſas abſque notitione ac ſcitu Iudicis, & conſenſu partium ſuarum 35
Procuratores in termino Mandata ſua exhibeant 140
Procuratores tenentur reſponſiones inſpicere, ac ab inutilibus actibus ſeſe abſtinere 143
Procuratores inuicem ac mutuò ſibi non obſtrepent 39

Procu-

Procuratores & Aduocati ſint ſpectatæ integritatis, & ſufficientis eruditionis 33

Procuratores ratificationem non exhibentes condemnentur 36

Procuratores poteſtatem habeant ſubſtituendi coram Protonotarijs ibidem.

Procuratores non ſint Commiſſarij 145

Procuratores ſufficientia habeant mandata agendi &c. 36

Procuratores antè non concludant quàm fuerint ſufficientibus mandatis legitimati 148

Procuratores partes informent, ut pro actis inſtent 127

Procuratores non ſe inuicem laceſſant dicteriis iocis: delinquentes autem Prætor puniat 24

Procuratores quas expenſas ſoluere teneantur citra litigantium præiudicium 171

Procuratores quomodo ſua ſcripta exhibeant 38

Procuratorij mittendi per eum Principem Electorem, qui nuncios ſuos ad electionem faciendam duxerit deſtinandos, forma 195

Procuratoribus defectus & errores ſupplicationum non ſint manifeſtandi 45

Procuratorum eſt, propinquitatem Aſſeſſorũ & partium Iudici indicare 18

Procuratorum mores ante tribunal modeſti, grauesq; ſint & honeſti 18

de Procuratorum officio in genere 19

Procuratorum quiſq; ſuos terminos ex ordine obſeruent 135

Procuratorum nullus ſub ſpe ratificationis admittatur 16

Producta exhibita et receſſus notentur ſignenturq; 45

Profugi ad ius ordinarium ſuſtinendum compellendi ſunt 107

Prohibitio uiolentiæ patrandæ per Imperatorem & Regem 101

Prolixis prolegomenis in Iudicio abſtinendum eſſe 24

Proloquia actusq; ſinguli à Protonotarijs conſignentur 44

Promotoriales à Prætore Cameræ partibus datæ paßim non ſunt receptæ 118

Propinquum malus & ſublimius tribunal pro iuſtitia adminiſtranda quærendum 117

Protocollorum collatio mox poſt audientiam facienda 44

Protocollum primum ſit ſententiarum, decretorum, & receſſuum 43

Protocollum tertium ſit ſententiarum omnium & ſingulorum annorum 44

Protonotariorum protocollum indicet cauſarum audientias 131

Protonotariorum præcipuum officium deſcribitur 44

Protonotarij notent penes quem Procuratorem ſubſiſtat actus 133

Protonotarij ipſi ſua munia obeant, neceßitate ualetudinis non impediti 43

Protonotarij indices habeant ſeu regiſtra reſerendorum actorum 44

Protonotarij non ſunt dictatis Procuratorum obruendi: & habeat hic locum uetus illud, Sat citò, ſi ſat bene 23

Protonotarij munus in danda abſentiæ uenia 15

Protonotarius deliberationibus non occupatus Cancellariæ rebus incumbat 43

Protonotarius adiuncto Notario actus iudiciales conſcribant 44

Protonotarius in conſilio ſeu deliberationibus ſuffragia & ſententias annotet 43

de Prouocationibus & Appellationibus 119

Publica tuitio, ſecuritas, & defenſio omnibus Iudicij perſonis pollicetur his mediantibus 67

Publicæ pacis læſio quomodo fiat 100

Publicæ pacis Vuormaciæ facta conſtitutio Anno 1521. 178

Publicationem dictorum teſtium quando actor petat 145

Punctum de Cameræ Iudicio, & decem extraordinarijs Aſſeſſoribus 204

Punctum ex receſſu Auguſtanorum Comitiorum Anno 1559. Romanæ Cæſareæ Maieſtatis Ferdinandi primi Imperatoris Tranſactionem Pataujenſem eſſe ſeruandam 258

Puncta concluſæ cauſæ notentur 45

Punctus à Iudice Cameræ & Aſſeſſoribus impugnatus 138

Purgatio eorũ, qui bona ſua fraudulenter alienant, aut ab alijs acceptant 191

Purgatio proprio Imperatoris, Regis, & fiſcalis motu ad impeditionem partis imponi poteſt 105

Q.

Quæ ad rem & merita cauſæ proponantur et referantur 117

Quæ cauſæ in præfixis agantur 134

Quæ cauſæ ante alias prouehendæ & expediendæ 164

Quæ perſonæ & cauſæ ad Cameræ tribunal pertineant in genere 118

Quæſtiones circulares ex ordine ſunt agendæ iuxta cuiuſq; Procuratoris ſtationem 132

Quæſtor Iudici traditam & acceptam pecuniam indicet 62

Quæſtor ſit ſtatibus Imperij iuratus 62
Quæſtor qui ſit, et quod eius munus: idemq; rationem accepti et expenſi reddat 61
Quæſtori quotannis ducenti floreni numerentur. 66
Quæſtori indicentur abſentes 44
Qualificatio extraordinariorum Aſſeſſorum quæ ſit 232
Qualitas delicti attendenda 70
Qualitas perſonarum præſentandarum et idoneitas attendenda 13
Quando cauſa legis diffamari ad ordinarium eſt remittenda 116
Quando compurgatoribus opus eſt, quid faciendum 103
Quando ob contumaciam proſcripti potentis committatur Circulis quibuſdam executio 166
Quando Iudex Commiſſarios dare poteſt contra ſuſpectum iuramento ſe purgaturum 103
Quando minoribus ſeu leuioribus Principum familiaribus aut miniſtris Proceſſus iudiciales præſentandi ſint 95
Quando ſpacium illud ſex Menſium à Iudicibus Cameræ prorogari poßit 123
Quando utrinq; concludendum 146
de Quarta dilatione obſeruandum erit prout de iure 145
Quarto termino quid agatur 142
Quaterna ſcripta, non amplius, utrique parti concedatur 92
Quid agendum ſi tempus præſentationis elabatur, nec idoneus reperiatur 13
Quid in tertio et quarto ſcripto agendum 91
Qui ob fractam pacem bannuntur 192
Quomodo utrinq; dati iudicent inter Actorem et Reum 91
Quinto termino quid agatur 144
Quomodo accuſatori contra Banniti arces, munitionesq; auxilium præſtetur 194
Quomodo aduerſus pacis fractæ, aut lati ipſis auxilij ſuſpectos agi, et ad purgandum procedi debeat 187
Quomodo in perſonas plures una Citatione comprehenſas, non uno in loco commorantes executio fiat 138
Quomodo non obſeruati termini emendentur, reiterentur ac reparentur 158

R.

Ratio accepti et expenſi quotannis uiſitatoribus reddenda eſt à quæſtore 61
Ratio accepti et expenſi in fiſcalibus reddatur quotannis in uiſitatione cum præſentatione Regiſtri 32
Ratio quærenda unde porrò Iudicium hoc detur et conſeruetur 63
Receptores in pœnam uiolatæ pacis incidunt 106
Receptus ſi muneri fungendo impar fuerit, amoueatur 14
Reconuentio hic non habet locum 90
Reconuentio quando locum habet 93
Reconuentione quomodo procedatur 150
Recuſans facere purgationem reus criminis habeatur 104
Recuſationis ratio et actus præſcribitur hoc loco 174
Referentes ſententijs ſubſcribant 28
Reformatio lapſuum, erratorum, et defectuum Iudicij Cameræ 68
Regis Bohemiæ et regnicolarum immunitas 297
Regis Romanorum electio 291
Regiſtrum Iudicis Cameræ rerum cauſarumq; deliberandarum 22
Rei defenſionales articuli unà cum reſponſionibus hoc in termino producantur 142
Rei Procurator non potens agere, cauſas det in ſcriptis 135
Reipubl. felix et tranquillus ſtatus in gubernatoribus ſitus eſt 203
Relatio et referentis et correferentis ſimul et coniunctim fieri debet 15
Relatio inſinuationis 54
Relatio inſpectionis Iudicij Cameræ 205
Relatio Tabularij quid contineat 57
in Relationibus ordo ſeruandus 27
Religionis ergò tranquillitas eſto 211
Relationum iuſtus ordo ſeruandus, et non ſeruantem puniat Prætor 20
Reo contumace licebit actori comparenti proclamationum petere 149
Reo præfigatur ſeu detur terminus excipiendi contra probationes Actoris 146
Reo non comparente Actori idem licet 140
Replicæ contra articulorum exceptiones conceduntur Actori 143
Requirenti et interpellanti pro iuſtitia adminiſtranda parendum eſt 97
Requirenti parendum eſt in tribus Principibus proponendis non partialibus 97
Rerum forenſium docti et periti Aſſeſſores conquirantur ac ſuſcipiantur 239
Res dubiæ ad Imperatorem remittantur per Moguntinum 228
Res iudicata et diffinitiua 164
Reſeruatio et poteſtas pœnam fractæ pacis in mulctam commutandi 187
Reſeruatio ulterioris prouiſionis et declarationis huius ſanctionis 129

Reſer-

Reſeruationis clauſulæ, ſi pauper ad pinguiorem uenerit fortunam 63
Reſolutio dubiorum incidentium ab Imperatore & ſtatibus expectanda 238
Reſpectus perſonarũ habendus inter ſublimem & humilem 105
Reſponſiones quando fieri debeant 143
Reſtantes contributiones pendantur & præſtentur ſub pœna declarationis 240
Reſtitutio per articulos datos petenda 172
Reſtitutio contra ſententiam Iudicij Cameræ ibid.
Reſtitutio in integrũ aduerſus ſententiam peti poteſt ibid.
Reuiſa Cameræ Iudicij Ordinatio Auguſtana Anno 1555. tota ſeruanda eſt 251
Remiſſio actorum & Syndicatus: & quæ malè iudicantium pœna 69
Remiſſio, duobus menſibus ante primam Maij Archiepiſcopo Moguntinenſi ſignificanda 173
Reus Princeps Aduocatos & Procuratores parti agenti dabit de ſuis 96
Reus tres Principes nominatim indicat, ex quibus Actor unum eligit 94
Rhemfelſium rupes Rheni arx oppidi ſancti Goaris 269
Rotulus examinis & atteſtationum ſi prolixitas tempus ad dilationem requirit, reo præbeatur 146
Rubrica in imperialis Iudicij ordinatione 182

S.

Sabbatis ſingulis acta per Lectorem inter Aſſeſſores diſtribuantur 17
Salaria cæteris præſtanda in ſequentibus exprimuntur 64
Salarium idem extraordinarijs quod ordinarijs detur 232
Saluus conductus dandus 258
Saluus conductus, & ſecuritas dari debet Bannito tranſigere uolenti 191
Saluus conductus detur à Reo contra ipſum agenti, & ſuis, ſcripto 90
Saluus conductus ſuſpecto dandus eſt ad comparendum 103
Saxoniæ Ducis & Comitis Palatini Ius 295
Scribæ mandatis Adminiſtratoris pareant & obſequantur 47
Scribas & miniſtros Cancellariæ in leuioribus Adminiſtrator, in grauioribus autem Prætor punit 71
Scripturas proponendi formula 138
Secretariorum, Ingroßiſtarum & Copijſtarum officium 47
Secundo termino primæ inſtantiæ quid agatur 149
Securitas eorum, qui huic bello coniuncti & Banniti ſunt 214
Securitas Regiæ Maieſtatis atq; Electorũ Principum ut interceſſorum 219
Sententia lata abſq; fructu eſt, niſi executio ſequatur 164
Sententiæ ante meridiem conceptæ, poſt meridiem pronuncientur 44
Sententiæ ante publicationem celandæ 29
Sententiæ concipiantur & promulgentur ex iure ſcripto & conſuetudinario Imperij 26
Sententiæ & decreta Prætore & Aſſeſſoribus omnibus publicentur 130
Sententiæ latæ, quando & quomodo ratæ ſint 163
Sententiæ publicentur aperta theatri ianua 164
Sententiarũ autores ſiue architecti ubi diſcordauerint conſignentur 43
Sententiarum ferendarum poteſtas penes quos ſit 163
Sententiarum publicandarum protocollum ſecundum 42
Sententiarum qualitates in appellationibus attendendæ & indicandæ ſunt 37
Sententiarum publicatio tam diffinitiuarum quàm interlocutoriarum 164
Sententijs diffinitiuis mora indulgeatur conceditur q; 29
à Sententijs Imperialis Iudicij non appellari aut ſupplicari licet 172
Sententijs publicandis omnes Aſſeſſores interſint, publicatas uerò diuidantur in ordine ut ſequitur 30
Septimo termino quid & quomodo agatur 146
Sequeſtratio et inhibitio contra partes de poſſeß. contendentes 113
Seßio Archiepiſcoporum, Treuerenſis, Colonienſis & Moguntinenſis 293
Sex aliæ perſonæ ſunt Cancellariæ neceſſariæ 41
Sex circuitus actuum ſeu Circuli in audientia publica enumerantur 132
Sexto termino quid agendum ſit 145
Sigillum Imperiale penes Adminiſtratorem ſit 42
Sigillum imperiale citationibus & alijs Proceßibus appendatur 138
Sigillum Imperiale Adminiſtratori credatur 73
Simplicium ſpoliorum cauſæ coram ordinarijs Iudicibus explicentur 99
Singularitati & pertinaciæ non inſiſtendum 26
Singulis partibus ſeu litigatoribus ſinguli Procuratores & Aduocati dentur 84

Sollicitatæ literæ & petitæ redimantur 49
Specialeſ iuſtificandi modos habentes hic excipiantur 118
Spiræ ſit, habeaturq́; Iudicium Cameræ 66. 128
Spolis communia ac leuia 182
Spolis, & captiui immediatè reſtitui mandentur 113
in Spoliationum cauſis properè ac celeriter procedendum 98
Spoliationis ſimplicis cauſa quando ad Cameræ Iudicium deuoluitur ibid.
Spoliatis ante hanc conſtitutionem nihil præiudicatur 99
Spoliatis maturè adminiſtranda eſt iuſtitia 95
Spoliati omnes agere poſſunt, ſublimes iuxtà ac infimi 96
Spolij cauſa quando reaſſumenda eſt 98
Spolij cauſa intra anni ſpacium finietur 97
Spolij expeditio matura ſit 96
de Spolijs communibus ac leuibus 95
de Spolijs & ſpoliatis præter publicæ pacis uiolationem læſionemq́; factis ib.
Status ad complacendum Imperatori, ſuis impenſis Iudicium Cameræ ſuſtinent 61
Stipendia & ſalaria perſonarum Iudicij Cameræ 63
Submißiones ſuper interlocutorijs 28
Subſtitutiones ubi & quomodo fiant 36
Succeßio Principum 296
Succumbente in Bannum declarato, uincens autoritate prætoris occupat bona 165
in Suffragijs dandis breuitati non nimium ſtudendum eſt 21
Summariè in his uiolentijs procedendum eſſe 105
Summariè procedendum in cauſis ſpoliorum 97
Superior, aut uir bonus quando & à quo dandus 92
Supplicandum ad conſilium Iudicis 37
Supplicans pro Proceſſu mandatum exhibeat ibid.
Supplicantibus decernantur Proceſſus 205
Supplicationes acceptentur in ferijs, Citationes & Proceſſus decernantur 118
Supplicationes in conſilio expediendæ: item taxæ expenſarum 30
ad Supplicationes quemadmodum in Iudicio agi debeat 157
Supplicationi abſente parte Procurator ſubſcribat 37
in Supplicationibus exprimatur quanta ſit ſumma cauſæ ibid.
in Supplicationibus priora decreta communicentur ibid.
in Supplicationibus pro ſententijs circumſtantiæ exprimendæ ibi.
Supplicationum decernendarum pro Proceſſibus occaſio 206
Supplicationum tractationi priuatum tempus deputetur à Iudice 20
Suſpitionis excuſatio permittitur atq; conceditur 195
Suſpitionum omnijugarum cauſæ & occaſiones iudicialibus perſonis ſunt uitandæ 28
Syndicatus aut reuiſio aliqua ſi obuenerit, quid agendum 68

T.

Tabularij à Magiſtro ſuo expediantur 53
Tabularij à litigantibus niſi moram facere cogantur, nihil præter iuſtum precium ſumant: hic quoq; locum habet illud uetus, Nec omnia, nec paßim, nec ab omnibus 66
Tabularij excurſuri preſtò ſint 51
Tabularij ex quibus delictis, & quomodo puniantur 71
Tabularij maturent iter 50
Tabularij præter conſtitutum ſalarium litigantes non onerent 66
Tabularij ſeu nuncij Cameræ duodecim ſint 52
Tabularij ſupini ac negligentis pœna quæ ſit 59
Tabularij ſeu nuncij comparitio ac relatio poſt curſum coram Magiſtro facienda 53
Tabularij ipſi mox executionem conſcribant, & non alij 59
Tabularij ſtatuta ſeu ordinaria ſua mercede ſint contenti 54
Tabularij diligentia & induſtria ſumma in executione requiritur 58
Tabulario pedeſtri quando Imperatorium inſigne ſeu pixis indulgenda ſit ſeu concedenda 51
Tabulariorum ſeu grammatophororum officium quod 53
Tabulariorum generale officium quale ſit, hic deſcribitur 66
Tabulariorum 12. iuratorum ſalaria, quippe ſingulis dentur 13. floren. 65
Tabulariorum catalogus, in quo ipſi ſe ſubſcribant 53
Tabulariorum pœna 71
Tabulariorum alacritas in excurrendo 53
Tabulariorum concordiæ in pixidem conferendæ ſunt ac poſtea diſtribuendæ 51
Tabulariorum uetus querela 49
Tabularius antequam excurrat, plenam exequendi informationem ſeu inſtructionem accipiat 59
Tabularius executionem primum omnium Magiſtro ſuo recenſeat referatq́; ib.

INDEX.

Tabularius malè exequens denuò ſuis ſumptibus exequi compellatur 52

Tabularius ſe modeſtum & decentem gerat in inſinuationibus & mandatis exequendis 54

Talionis pœna 192

Taxa Cancellariæ ſpecificatur 47

Taxarũ controuerſiam ſedabit Iudex Cameræ 48

Taxarum moderatio & conſignatio ab inferioribus Iudicibus facienda 126

Tempore ſtatuto neglecto res deuoluitur ad Iudicium Cameræ 89

Tempus excipiendi contra nominatos Commiſſarios, & ex aduerſo replicandi 145

Terminus ſecundæ inſtantiæ qui 151

Termini tres in peremptorijs exceptionibus 1. 2. 3. ſoli 149

Termino tertio quid agatur 142

Termino nono quomodo & quid agi debeat 146

Termino undecimo, quomodo, & quid agi oporteat 147

Terminos ſeruandos eſſe ſub pœna 157

Terminorum prorogatio ad producendũ ſcripturas, quando facienda 92

Terminus probandi à mox dato decreto ſtatuatur 133

Terminus probandi quando aßignandus & præfigendus 145

Teſtes quando producendi ſunt, poteſt utrinq; Commiſſarius eligi 92

Teſtimonium non comparentis ad probandum impedimentum requiritur 104

Teſtium dicta obſignentur & recitentur 93

Tranſactio Patauienſis, Der Paſſawiſch vertrag 207

Tranſactionis Patauienſis ratificatio & conſeruatio 233

Tres libros habeant Protonotarij ſeu protocolla 43

Tribunalis quod officium ſit 47

Tribus diebus in ſeptimana ſit publica audientia 130

cum Turcis & alijs hoſtibus deliberatio puniendа 111

V.

In Vacantijs præſentes prærogatiuam præ cæteris habeant 25

Venia abſentiæ coram Protonotario danda & concedenda eſt ibid.

de Venia abſentiæ Iudicis Cameræ & Aſſeſſorum ſumenda ibid.

Venia Protonotarijs quando concedenda 43

Verba importantia Canonem latæ ſententiæ 181

Verbalibus proloquijs nihil deberi 65

contra Vueſtphalorum ſecreta iudic..., eorumque ſcabinos fiſcalis procedat 112

Victor non interpoſita appellatione ad executionem latæ ſententiæ procedat 97

Victori cuilibet executoriales dentur contra ſuccumbentem ad parendum ſententiæ 164

Vicißitudo in præfixis, ordinarijs & contumacijs ſeruetur 132

Vincenti bona uicti Banniti tradantur 165

Vicini Principes grauato ueniant auxilio 108

Violatæ pacis actio tranſit ad hæredes lædentis 102

Violator bannitus abſq; conſenſu læſi uel offenſi non abſoluatur 109

Violator concordiam aut pacem petens quomodo à Banno abſoluatur ibid.

Viri boni officium in arbitrando ſeu iudicando 92

Vir bonus communibus litigantium impenſis cauſam cognoſcit & iudicat ibid.

Vis, & uiolentia ad Imperatorem & Regem Rom. deferenda eſt 109

Vis & uiolentia ſi ab aliqua perſonarum Iudicij committatur 68

Viſitatio per quos Principes & ſtatus habenda ſit 67

Viſitatio quotannis prima Maij celebranda 173

Viſitatio quotannis prima Maij fiat in loco ubi Iudicium habetur 67

Viſitatoribus poteſtas plena datur his mediantibus 68

Viſitatorũ perſonæ quomodo qualificatæ ſint 237

Vnà cum interlocutorijs diffinitiuas quoq; concipiendas, ac per Protonotarium cõſcribendas eſſe 28

Vnio Principum Electorum, et Iurium eis connexorum 206

Vnus tantum præſentatus ſi fuerit idoneus recipiatur 14

Vuormaciæ ordinatio Cameræ Iudicij 1

Vterque referens producta & ſcripta æſtimet 65

Vtraq; pars contendentium audienda eſt 214

F I N I S.

ERRATA INTER EXCV-
DENDVM COMMISSA.

Folio 5. linea 29. lege de poteſtate, & non de pietate.
Folio 7. linea 4. lege de poteſtate, & non de pietate.
Folio 8. linea 5. lege qui ſint (ſcilicet termini)
Eodem fol. linea 14. lege reiterentur, non coiterentur. & repetantur, pro reparentur. Item dele, eæ.
Folio 11. linea 2. lege Cameræ Iudicij.
Folio 12. linea 5. legatur, appendix Regia, non regius.
Folio 14. linea 12. lege præſentati, & dele perſonæ.
Folio 15. linea 27. adde, nihilominus, præſtò ſunt.
Folio 16. linea 20. conſident.
Ibidem linea 27. lege, caput ipſius eſt.
Folio 17. linea 32. lege ponetur, aut ab Aſſeſſoribus.
Folio 18 linea 25. putent, exiſtimarent & arbitrarentur.
Folio 19. linea 36. Antiquæ religionis, aut Auguſt. confeſſ. alteratio Regis hic non eſt omittenda uel negligenda.
Folio 20. linea 36 pone tantum, pro ſolum.
Ibidem linea ultima, lege negligentur.
Folio 22. linea 23. lege, quouis tempore, pro quoquo.
Folio 23. linea 30. deeſt, ui uigoreq; iuramenti ſui.
Folio 24 linea 21. expunge, ſe.
Folio 26. linea 24. lege ſtuderet, pro ſtudet.
Ibidem linea 40 lege obſtrepet, non obſtrepat.
Folio 35. linea 19. Iudex Cameræ, qui pro tempore erit, qui, omiſſum eſt.
Folio 40. linea 34. lege Archiuum, pro Archiuium.
Folio 58 linea 8 in margine, lege, priuato homini, uel priuatæ perſonæ.
Folio 61. linea 3. humiliter & obedienter complacendo,
Ibidem linea 8. lege expenditore opus ſit.
Folio 62. in margine, ſouet, non ſouent.
Folio 67. corrige numerum 57. & pone 67.
Folio. 90 linea 6. conſtituatq;, qui ſint ex nobilibus &c.
Folio. 92 linea 41 petat, ut ij per Commiſſarium.
Folio 93. linea 2:. habendo, inuicem ſeſe non concordare poſſent.
Folio 94. linea 36. ipſi, non ipſæ.
Fol. 96. linea 4. Si deinceps, non ſic.
Ibidem in margine circa finem, lege, parti petenti, uel agenti.
Folio 109. in margine, lege permittit, pro promittit.
Ibidem in linea 27. lege, Prætore, non Prætori.
Folio 1, . in margine circa finem, lege, circuitus quondam.
Folio 147. linea 8. lege undecimo termino.
Folio 150. in margine circa finem, lege oportere, non oportet.
Folio 155 linea prima, lege, plures aut pauciores.
Eodem fol. linea 41. ſaltem indicanda fore.
Folio 164. circa finem, in margine, lege executoriales arctiores dentur, non actiones.
Folio 190. in margine, lege, habenda ratio, non habendi.
Folio 198. in margine, lege nulla, pro nullam.
Fol. 203. linea 7. lege ſacietatem eſſe, non ſocietatem.
Fol. 4. 4. in dedicatoria epiſtola, linea 21. lege, perfectum ingenio.
Ibidem in carmine heroico, uerſ. 4. lege, Triſtitia, & uarijs lædunt ſua pectora &c.